dn̄s pctōri cōgitāti de hmōi dicēs ei. Doleas ꝙ vadis in inferno: et ꝙ male vadis vbi ſuſpendet te diabolus: ⁊ ego liberabo te. Ezechiel. xviij. Si impius egerit pniaꝫ ab oībus pctis qͣ operatus eſt: ⁊ cuſtodierit vniuerſa precepta mea. ⁊ fecerit iudicium ⁊ iuſtitiam: vita viuet ⁊ nō morietur. Oīm iniquitatum eius quas operatꝰ eſt non recordabor. Et in fine capituli. Et quare moriemini domus Iſrael: quia nolo mortē morientis dicit dn̄s. Reuertimini et viuite: ecce ſentētia reuocata eſt. ¶ Secūda leuca prime diei peregrini in Hieruſalem eſt ex hoc ꝙ homo per contritionē liberatur a ſcd̄o malo facit pctm̄: qꝛ ſpoliat hominem omni bono gratie in preſenti / ⁊ glorie in futuro. Exemplū. Ecce homo ſedens in equo ⁊ denarios habēs: et omnia neceſſaria ſibi ſtultitia ſua peregrinando incidit in latrones: qui proſtrauerunt euꝫ ad terram: ⁊ abſtulerunt ei equum: frenū ſellam cingulū: ⁊ etiam multis plagis affixerunt: ⁊ ſemiuiuum reliquerunt: ⁊ ſpoliauerunt eū omnibus bonis ſuis: ⁊ factꝰ paup ⁊ nudꝰ obuiat regi. Rex dicit. Amice vnde venis. quō tibi eſt? Rn̄det. Spoliatus ſum in terra veſtra: oīa bona mea amiſi: qꝛ per ſtultitiā meam incidi in latrones. Dicit ei rex. Doleas ꝙ tua bona amiſiſti: ⁊ ego oīa tibi reſtituam: ⁊ adhuc ampliora tibi dabo. Non eſt dubium qn̄ eſſet ei facillimū dolere de amiſſis. Nullus enī perdit quin doleat? Nec eſt equꝰ ita velox in mundo: qui ita cito iret per vnam leucā ſicut iſte doleret. Hō āte peccatū diues eſt multum: quia qui deum hꝫ / habet omnia bona. Auguſtinꝰ. Promiſiſti mihi omnia bona ſi amem te: da mihi te ſolum ⁊ ſufficit mihi. Bernardus. Nimis auarꝰ eſt cui non ſufficit deus. ⁊ econuerſo. Qui nō hꝫ deum: nihil habet. Augu. Omnis copia q̄ nō eſt deus meus: egeſtas eſt. Iſte ſcꝫ qui deum habet ſedet in equo: quia aīa ſe hꝫ ad corpus ſicut ſeſſor ad equū qn̄ dn̄atur corpori. ſed incidit in latrones quādo incidit in peccata mortalia: ⁊ auferunt ei oīa bona ſua Thre. ij. Miſit manū ſuā hoſtis ad oīa deſiderabilia eiꝰ. Obuiat aūt ei rex qn̄ eū de pauptate ac miſeria ſua cogitare facit ⁊ auertere. ¶ Tertia leuca p̄me diete ſcꝫ ꝯtritiōis ex hoc ſurgit ꝙ hō liberaꝛ a tertio malo qd̄ facit pctm̄: ſcꝫ qꝛ facit hominē incurrere dei offenſam. Exēplū. Aliquis clericꝰ diu ſeruiuit ſummo pontifici: habebat bn̄ficiū magnū in manu ſua qd̄ debebat ei dare: deliqt iſte clericus ⁊ offendit dn̄m ſuū multū: ꝓpter qd̄ iratus dn̄s non vult ei dare bn̄ficiū qd̄ vacat. Tandē venit ad euꝫ dictus ep̄s ſua benignitate. Amice me offendiſti: ſꝫ ſi velles facere voluntatē meā pax eſſet inter me ⁊ te: ⁊ darē tibi qcqd retraxi tibi. Hoc ſolū facias: doleas ꝙ me offendiſti. Hō ſeruiēs deo expectat magnā p̄bendā glorie: ⁊ ſeruiendo ei tamqꝫ regi expectat magnū donū ſcꝫ regnū non trāſitoriū ſꝫ eternū. Dan̄. vij. Poteſtas eiꝰ poteſtas eterna: et regnū eiꝰ qd̄ nō corrūpeꝛ. Iſte offendiꝛ ꝑ pctm̄: ⁊ ꝑ illō pctōres odit. pſ̄. Iniquos odio habui: et legē tuā dilexi. ⁊ ſeparat a conſortio dei. Eſaie. lix. Iniqtates noſtre diuiſerūt inter nos ⁊ deū noſtrū. Sic obuiat ſūmꝰ pontifex chriſtꝰ pctōri ſuauiter ſonans vt ei diſpliceat ꝙ ſibi diſplicuit: ⁊ ſibi dabit grām quā ab eo ſubtraxit. ¶ Sꝫ queriꝛ cū ꝯtritio vedeaꝛ eſſe grāde donū dei: quō tā facile (vt diximꝰ) obtineri pōt? Ad ipſū ei habēdū opꝫ commoueri terrā cordis nr̄i: qd̄ nō eſt facile: ſꝫ ſolū illiꝰ eſt q̄ reſpicit trā ⁊ facit eā tremere. q̄ tāgit mōtes. i. ſupbos: ⁊ fumigāt. i. fumū ꝯtritiōis emittūt. Rn̄. Guil. Pariſiēſis ꝙ tribꝰ modis. Pmo tm̄ modo gratuito dono hoc eſt nulla coopatiōe: nullo merito ꝓprio vel alieno: ſꝫ ſola dei miſerētis viſitatōe: hoc aūt ex ſola ſcti ſpūs opatione ꝓcedit. Ioā. iij. Spūs vbi vult ſpirat. iō bn̄ dicit. pſ̄. Cōmouiſti trā ⁊ cōturbaſti eā. Qd̄ fit ex duplici reſpectu penitētis īſpirato a deo ſcꝫ ad carētiā glorie: ⁊ ꝯſideratiōnē offenſe: vt ſit exēplo axe duplex irriguū ſibi: ſupius ſcꝫ ⁊ inferius. ¶ Scd̄o ex ſuffragijs eccl̄ie ⁊ ſctōꝝ. Nam ſcti angeli intercedūt ⁊ orant ꝓ pctōribꝰ: et gaudēt ī eoꝝ ꝯuerſiōe / multiplex feſtū in ea faciētes. Primo feſtū natalis: qꝛ ī cōtritōne naſciꝛ chriſtꝰ ī corde pctōris: vl̄ ipſemet naſciꝛ filiꝰ dei adoptiuꝰ ꝑ grāꝫ ſibi tunc collatam. Scd̄o paſca ꝓpter trāſitū dn̄i. qꝛ ad ꝯtritū tranſit parcēs ei: et Egyptios vitioꝝ occidēs in eo. Vel ideo quia dies reſurrectiōis dies eſt paſce. Tūc autē a morte vitioꝝ ad vitaꝫ grē reſurgit. Vel etiā dꝛ reſurrectio gn̄alis: qꝛ ſicut dei virtute a q̄tuor ventis puluis incineratorūꝫ corporum colligitur ad reformationē corporum et ad iuſſum dei: ſic puluis cogita⸗

A Contritio. Cūꝯtritio ſit grande dei donū quō tā facile pōt obtieri

B Angelus. De multiplici feſto qd̄ faciūt angeli in ꝯuerſione pctōris.

Universidad de Deusto
Biblioteca



tionum:affectionum:verborū:⁊ operū col
ligit hic ⁊ cōglutinat in vnū ad hoc vt re
for[...] nouus hō ad iuſſum dei mouētis
cor. Joan.v. Uenit hora ⁊ nunc eſt qn̄ mor
tui audiēt vocem filij dei:⁊ qui audierint
viuent:⁊ deinde exeūt de tumulis.i.de re
bus male amatis. Prouer.xij. Deſideriuꝫ
impij.i.res deſiderata monumentū eſt peſ
ſimorū. Item in illo aduentu filij dei ī cor
hoīs penitentis(vt dr̄.j.Corin.iiij. Illumi
nant abſcondita tenebrarum.i. omnes fe
ditates ⁊ deformitates peccantis q̄s pri⁹
non videbat.⁊ manifeſtant cōſilia cordiū
p reuelationē confeſſionis coram confeſſo
re tam̄ coram pretore ⁊ tribunali. Et ſi
cut tunc damnandi veniunt tam̄ tremē
tes: dolentes:⁊ erubeſcentes ante tribu
nal iudicantis:ſic penitentes ad ſedem cō
feſſoris. Et ſicut dabunt dānandi in mor
tem eternam:ſic oīa peccata ⁊ membra ve
teris hoīs:tam̄ quidam impiorꝫ cetus
ptāte iudiciaria ⁊ virtute clauium in mor
tem eternam abſq̄ vlla reſurgendi ſpe dā
da ſunt. Qđ fit cum propoſitum nunq̄ de
cetero relabendi virtute clauium ⁊ mini
ſterio ſacerdotis penitenti infunditur. Et
ſicut iuſti aſſumuntur in vitam eternam/
ſic virtutes ⁊ dona tam̄ electorum cetus
nutrienda:augēda:⁊ roboranda ſunt. Ter
tio eſt eis feſtum pentecoſtes ꝓpter rece
ptionem ſpūs ſancti ex quo eſt ipſa contri
tio que ſeptem operationes in ipſo contri
to infundit:que ſunt ſeptem eius dona:et
quaſi ſeptem oſcitationes quas fecit puer
dum euꝫ Heliſeus ſuſcitauit:⁊ ſeptima ho
ra qua puerum reguli reliquit febris. Pri
ma eſt recogitatio bonorum a deo largi
tore receptorum:⁊ malorum eidem reddi
torum. Scđa eſt recordatio bonorum ꝓ
miſſorum ⁊ preparatorum deum diligen
tibus ⁊ querentibus:⁊ malorum minato
rum ⁊ preparatorum contumacibus ⁊ ad
deum redire nolentibus. Tertia eſt inqui
ſitio ⁊ preuiſio vie qua ab his malis effu
giat ⁊ ad deum rediens eius bona recupe
ret. His tribus cogitationibus quaſi tri
bus oſcitationibus velut os cordis aperit
ſpiritualiter ſuſcitandus vt ſpm̄ ſanctum
attrahat. quatuor ſequentes ſunt in volū
tate.ſ.timor:dolor:ira:pudor:⁊ a qualibꝫ
pōt incipere ſpūs ſanctus ſeminationem
virtutuꝫ motiuaꝝ ad bonū ſm̄ bn̄placitū
ei⁹. Quarto eſt eis aſcenſio:q2 p eā aſcēdit
penitens de ꝓfundo vitioꝝ in ſublime vir
tutū ⁊ grē:⁊ quaſi ab īferis in ipſum celū
eccleſie hoc eſt in puritateꝫ conuerſatiōis
ſancte:he ſunt quatuor ſolēnitates quib⁹
in celū reſonant angeli ſup ꝯuerſione pec
catoris. Sed ſicut gaudiū magnū eſt ange
lis dei ſup vno peccatore pniaꝫ agente:ita
gaudiū magnū eſt angelis ſathane ſuper
vno iuſto labente. Eccli.xviij. Si preſtiterꝫ
aīe tue cōcupiſcentias ſuas faciet te ī gau
dium inimicis tuis. pſ. Qui tribulant me
exultabunt ſi motus fuero. Ecōtrario tri
ſtitia eſt qn̄ perdūt magnum pctōrem. q2
preda quaꝫ multo tpe ⁊ labore acq̄ſierant
ſubito de faucibus eoꝝ eripit. Judith.vij.
Panis ſubcineritius hordeaceus ſubuer
tit caſtra Madian. ⁊ Judith.x. Poſt peni
tentiā ⁊ fletum vicit Holofernē. Sap.xij.
Dum diſciplinam nobis das:inimicos no
ſtros multiplr̄ flagellas. Grego. Un̄ bon⁹
ꝓficit inuidus ꝯtabeſcit. Tangit etiaꝫ qn̄
q̄ corda eoꝝ ex pijs operibus in paupes:
ſicut q̄ bonis ſibi datis bn̄ vtunt deus ſu
peraddit ad talēta. Tertio hec ꝯtritio po
teſt ꝯtingere ex vehementi conatu pecca
toris:quoquideꝫ mō in tali cooperat deo:
maxime aūt conamur ex ipſa magnitudie
⁊ horrore pctōꝝ. Plerūq̄ ei q̄ minora nō
ſentiunt nec terrent eis in monſtrifica ſce
lera:⁊ abominationes ignominioſiſſimas
labi ꝑmittunt:quoꝝ magnitudine territi
non ſolū illa:ſed etiā minora q̄ nō videbā
tur nec ſentiebant ſtudioſiſſime corrigunt
Queādmodū modicā labem in peplo ſuo
mulier interdū lauare negligēs:aliq̄ ma
gna ſorde ſupiniecta non ſolū illā: ſꝫ etiaꝫ
minores q̄s pri⁹ negligebat ſtudioſiſſime
diluit ⁊ abſtergit. Sic ⁊ p modica ſciſſura
veſtis nō ſtatiꝫ reficit:ſed poſt̄ icreuerit
ei⁹ reparatio feſtinat. Sic p leui dolore capi
tis nō ſtatī adit medic⁹:ſꝫ iuxta illud. pſ.
Multiplicate ſunt infirmitates eoꝝ:poſt
ea accelerauerūt ad medicū: ⁊ vir pōt ca
pi ſtrenu⁹ miles in prelio:niſi cū grauiter
vulneratus eſt. Sic nec in pctīs ſtrenuus
niſi cū graui pctō vulnerat⁹ ē. Ezec.iij. In
vulnerib⁹ eoꝝ captus eſt. Et nō obſtāte q̄
ſit conat⁹ magn⁹ a pncipio:ī finetn̄ cōuer
titur in gaudiū. Invitꝫ patrū ſancta Sin
cletica dicit. In his q̄ ꝯuertunt ad deū la
bor eſt ⁊ certamen:⁊ poſtea ineffabile gau
dium. Sicut enim qui volunt ignem accē
dere primo fumant:⁊ ex fumi moleſtia la



chrymantur:⁊ ſic obtinent quod volebāt:
ita oportet nos cum lachrymis:⁊ labori
bus in nobis diuinum ignem accendere.
vt a deo qui ignis conſumēs eſt. quod vo
lumus obtinere valeamus.

¶ Sermo ſcđs de pnīa p thema p̄cedēs.

A Cōuerſio. Quē cauſe ꝑpter q̄s differt pctō2 ꝯuerti: ⁊ q̄bus vtitur dn̄s ad eū ꝯuertendū.

Ibimus viā trium
dierū ⁊c. Licet dn̄s iubeat cui
libet pctōri vt eat viam triuꝫ
dierum in ſolitudine pnīe:ni
hilominus differt miſer pctō2 illud prece
ptum adimplere:viſus dicere illđ. Eſaie.
xxviij. māda/remanda/manda/remāda/
expecta/reexpecta/excepta/reexcepta:mo
dicuꝫ ibi/modicū ibi/ vbi q̄ter dr̄ expecta
vel reexpecta. Expecta ꝓpt vite lōgitudi
nem quā nobis ꝓmittimus:reexpecta ꝓ
pter mundi dulcedinē quam diligim⁹:ex
pecta iterū propter laborē penitētie quaꝫ
metuimus:reexpecta propter confuſionē
et verecundiā quā in confeſſione formida
mus: que quatuor retrahunt pctōrem a
pnīa. Sed quid rn̄debit eis dn̄s qn̄ requi
rent eum in die tribulationis? Certe illud
quod poſtea ſequitur. Et erit eis verbum
dn̄i:manda/remanda/manda/remanda/
expecta/reexpecta:expecta/reexpecta:mo
dicum ibi:modicū ibi:vt vadāt: ⁊ cadant
retrorſum:⁊ cōterant/ ⁊ illaqueent et ca
piant. Per que verba quadrupliciter vo
cat dn̄s miſericorditer peccatoreꝫ. Primo
inceſſanter vocādo auerſum. Eſa.xxx. Au
res tue audient verbū poſt tergum monē
tis. Secundo letanter recipiendo conuer
ſum:vt patuit ī filio prodigo cui data eſt
prima ſtola:anulus:⁊ calciamēta. Tertio
amicabiliter corrigiendo peruerſum. Eze
chiel.xviij. Nolo mortem peccatoris:ſꝫ vt
magis conuertatur ⁊ viuat. Et quare mo
riemini domus Iſrael? Quarto longani
miter ſuſtinendo ſubuerſum. Eſaie.xxx.
Propterea expectat dn̄s vt miſereatur ve
ſtri. Propter hoc Samuel quater vocat⁹
ter cucurrit ad Heli:⁊ quarta vice reſpon
dit. Loquere dn̄e ⁊c. Samuel dormiens
dormientem in peccato ſignificat. Hunc
dominus ter vocat: ſed ſemper currit ad
Heli.i.fortitudinem cogitans et dicens.
Adhuc ſum iuuenis ⁊ fortis: adhuc bene
poſſum mūdi delectatiōib⁹ ⁊ luſib⁹ vaca
re:⁊ adhuc poſſum ad agēdā pnīam tēp⁹
recupare. Sꝫ qn̄ poſt trinā vocationē; ſcꝫ
inſpirando:p predicatores monēdo:⁊ per
infirmitatē robur corporis auferēdo:duꝫ
vocat eū quarto mortē ⁊ iudiciū c[...]remū
cōminando:tūc neceſſe eſt:vt rn̄deat illud
Samuelis.j.Reg.iij. Loq̄re dn̄e q2 audit
ſeruus tuus. Tunc enī non pōt ampli⁹ re
currere ad Heli.i.fortitudinē ſuā: q2 ſicut
dr̄ Job.ix. Si fortitudo querit:robuſtiſſi
mus eſt. Quis ei reſtitit ei ⁊ pacē habuit?
q.d.nullus. Sic Paulus iuuenis proſtra
tus ⁊ infirmatus:dixit. Dn̄e quid me vis
facere? Hoc autē nemo dicere pōt niſi grā
dei adiuuante. Roma.vj. Spūs adiuuat
infirmitatē noſtram. Quā quidam a bea
ta virgine poſtulabimus dicentes. Aue.

¶ Ad pambulādū aūt primā dierā ſcꝫ cō
tritionis videndū eſt quid ſit ꝯtritio ⁊ de
conditiōibus ei⁹. Un̄ ſm̄ mgr̄m ſniaꝝ in
quarto. Cōtritio eſt dolor p pctīs volūta
rie aſſumpt⁹ cū ꝓpoſito cōfitēdi ⁊ ſatiſſa
ciendi. Ex quo colligi poſſunt quatuor cō
ditiones ad contritionem requiſite.

B Contritio. Quid ē ꝯtritio

¶ Prima eſt q̄ ſit in ea dolor vel triſtitia
cordis. Puer enī ⁊ ſi cū delectatione cōci
pitur nō tn̄ ſine amaritudine parit. Mē
brum extra iuncturā ſi reintegrari debeat
neceſſe eſt vt doleat:ſic pctō2 q̄ extra cor
pus chriſti. Un̄ mltis de cauſis req̄ritiſte
dolor. Primo q2 mēbrū(vt dictū eſt) rein
tegrari nō pōt: nec corpori reuniri a quo
ſeparatū eſt abſq̄ dolore grādi. Duo me
talla diuerſa nūq̄ pfecte vniunt niſi vtrū
q̄ vel alterū molle fiat ⁊ liq̄fiat:⁊ quādo
ſimul vtrūq̄:tūc optime iungunt. Repa
ratio aūt cordis humani fit in cōiunctiōe
ad deū. Deus quātū eſt ex parte ſua ſem
per liqueſcit ⁊ molleſcit p miam:iō nō re
ſtat niſi q̄ pctō2 liq̄fiat p contritionis do
lorē. Ezechielis.xxiiij. Liq̄fiat es ei⁹.i.du
ritia peti:⁊ conflet in medio eius inquina
mentū eius: ⁊ conſumatur rubigo eius.
Cryſoſtomus ſuper Mattheum. Nemo
aliquando flens ad deum acceſſit: qui nō
quod poſtulauit accepit. Sicut enī ignis
duram lignorum materiam diſſoluit: ſic
contritio dura corda emollit. ¶ Secundo
quia peccatū eſt rubigo: ideo per multas
attritiones ⁊ contritiones oportet ipſum
expelli. Grego. Ferrum mentis noſtre ad
ſubtilitatem non ducit:niſi frequenter aſ
peritate malorum elimetur. Sed frequē
ter multum atterit deus hominem flagel
lis et tribulatiōib⁹, vt ad eum per contri

C Dolor: Quare dolor req̄rit ad contritionem.

Universidad de Deusto Biblioteca



ſtionem redeat: ſed refugit homo Ezechie-
lis. xxiiij. multo labore ſudatū eſt: non exi-
uit ex ea rubigo. ¶ Tertio: q2 ſicut i corpo-
rali ſic in ſpirituali medicina: medicina cō-
traria dȝ eē cauſe morbi. Cauſa aūt cuiuſli
bi morbi peccati eſt libido ſeu volūtas im
proba: qua vult homo delectari ꝓpter ſe
in creatura: ideo nil mirum ſi remediū hu
ius morbi debeat eſſe cōtritionis dolor. i.
oppoſitus libidini. Auguſtinus. Bona eſt
lex q̄ dum concupiſcētiā prohibet oīa ma
la ꝓhibet. Quia enī peccata incipiūt a cor
dis ꝯcupiſcētia: iuſtū ē ꝙ oīs eoꝝ remiſſio
incipiat a cordis contritiōe. ¶ Quarto q2
offenſo principe dȝ ei in loco vbi facta eſt
offenſa: fieri ſatiſfactio. In corde autē eſt
pctm̄ primo ꝑpetratū: ergo i corde debet
eē pria ſatiſfactio. Hec autē dolor cordis:
⁊ cū pctōr habeat ad deū inimicitias: pax
fieri non pōt niſi ſoluat ꝯtritionis amari
tudinē. Eſaie. xxxviij. ecce i pace amari ⁊c.

D
Zachry ma.

¶ Quando enī homo corā leone ſe proſter
nit: parcit ei: quanto magis corā leone de
tribu iuda? Apud mundanos cū aliquis
poſt forefactū lachrymatur dici ſolet: ille
ſatis poteſt flere: lachryme eius nihil pro-
ſunt. ſed apud deum non ſic. pſ. Poſuiſti
lachrymas meas in conſpectu tuo. Quan
tumcūqȝ enim peccauerit homo in deum:
ſi ex corde lachrymet̄ ſemꝑ deus illud ac-
ceptat. Nō eī dubitabat Tobias q̄n de⁹ la
chrymas ⁊ preces ei⁹ admiſiſſet: hn̄t eī he
lachryme vim mollificatiuā: nā eis ſtatim
placat̄ deus q̄ pctōri erat durus. Eſt enim
contritio vnguentū quo vnguntur pedes
dn̄i ⁊ lenitur ipſe vt pctā dimittat. Sicut
pluuia poſt intēſum feruorē deſcēdēs mi-
rabiliter aerē tēperat et refrigerat: ſic de
ꝓfūdo cordis exeūtes lachrymarū pluuie
irā dei mitigāt. Sic fecit Dauid dicēs. Ti
bi ſoli peccaui. pſ. Fulgura in pluuiā fe-
cit. i. irā dei fulgurantē in pluuiam contri
tionis cōmutauit. ¶ Circa qd̄ queruntur
tria. Primū eſt vtrū dolor cōtritionis de-
beat eſſe cōtinuus. Secundū vtrū debeat
eſſe maximus. Tertio vtrū minim⁹ dolor
poſſit eſſe contritio: et ad peccati deletio-
nem ſufficiat.

Zachry me mol lificant deum.

E
Contri tio.
Utrum dolor ꝯtritio nis de- beat eē ꝯtinu⁹.

¶ Ad primum videtur ꝙ ſic. Hieremie. ix.
ſcribitur. Quis dabit capiti meo aquam
et oculis meis fontem lachrymarū: ⁊ plo
rabo īterfectos populi mei die ac nocte. i.
aſſidue. Ad cuius reſpōſionem ſit Prima
veritas. Prelatis ⁊ capitibus populorum
pro peccatis eorum continuo videret̄ eſſe
lugendum: continuam em̄ hn̄t occaſionē
et materiam luctus. Hoc ptȝ ex auctorita
te iam allegata. caput ſiquidem lugere hȝ
pro ſeparatione ſinguloꝝ ſuorū mēbrorū.
Cum ergo mēbra eius aſſidue ꝑ pctm̄ ab-
ſcindantur a cōmunione eccleſie: ſequit̄ ꝙ
eis dȝ eſſe cōtinuus luctus. Sil'r pater
pro continua interfectione filiorū ſuorū.
Si Aaron non potuit offerre ſacrificium
mente lugubri pro interēptiōe ſuoꝝ duo-
rum filiorū/ quātomagis pater ſpiritua-
lis pro aſſidua mutilatione ſuoꝝ tot⁹ de-
beret eſſe luctuoſus? Preterea natura fon
tis eſt vt aqua interior pellat exteriorē: et
que aliam expellebat iterū cedat impellē-
ti: ⁊ ſic continuus fluxus a fonte nunq̄ re
cedit. Sic dolor contritionis lachrymas
exterius exire compellit: ⁊ culpa ſubdito-
rum que eſt materia doloris ad dolendū
compellit: ⁊ quia illa culpa eſt quaſi cōti-
nua videtur talibus opus eſſe cōtinuo lu
ctu. his tamē temporibus videtur capiti-
bus ꝙ mēbra eorum ad ipſos non perti-
neant: ⁊ patri ꝙ nihil ei⁹ intereſt de filijs:
neqȝ paſtori de ouibus. Indurati ſunt ad
ſuos quaſi non ſint ſui. Iob. xxxix. Hec eſt
cauſa quare in eccleſia ponūtur oua ſtru
tionis pendētia: in ſignum ꝙ ſicut ſtru-
tio ſuorum obliuiſcitur ouorū: ita prelati
ſubditorum. ¶ Secunda veritas. Non eſt
opus peccatori aſſiduo lugere ꝑ peccatis.
Probat Alexan. in quarto: q2 pctōr tenet̄
malum quod fecit deteſtari: ⁊ cū preceptū
ſit affirmatiuū obligat ad ſemꝑ ſed nō ꝑ
ſemꝑ: immo pro loco ⁊ tempore: cum reco
gitat mala ſua quibus deū offendit. Ideo
illa obligatio eſt ꝑpetua ſed non ꝑpetuo
exequēda: ſed quando penitens recordat̄
peccatorum: nūc enim tenetur ea vel dete
ſtari: vel in eis non complacere. Bern. Do
lor bonus eſt ſi non ſit continuus. Mel eī
abſynthio admiſcēdum eſt. Moli ſiquidē
debet chriſtian⁹ inter duas molas ſcilicet
ſpem ⁊ timorē. ſimiliter diſcreta charitas
non ſemper mouet ad dolorē nec ſemꝑ ad
gaudium: ſed quādoqȝ ſic: ⁊ quādoqȝ nō.
Habent enī animalia ſancta oculos ante
et retro. Per anteriores conſiderant gau-
dia eterna. per poſteriores ſua peccata. ſȝ
Hugonē dn̄s ſoluens penitentē ligat eū
vinculo ꝑpetue deteſtatiōis culpe. Greg.



ſuper illud. Iob. xiiij. Anima ipſius ſuper
ſemetipſo lugebit: dicit. Dignū eſt vt in ſe
ſemꝑ merores inueniat: q̄ in ſe gaudia re-
licto creatore querebat. ¶ Tertia veritas.
Bonū eſt peccatori frequēter reducere pec
cata ſua ante oculos ſuos: vt ea ſepe dete-
ſtetur maxime grandia: licet non ſit neceſ
ſe. Prima pars patet: q2 maxime per hoc
homo humiliatur et auertit ſe a peccato.
Per hoc enim ꝙ peccatū deteſtat̄: ſe elon
gat ab eo et eius amicitia: ⁊ tantomagis
quanto plus ⁊ plurib⁹ vicibus ipſum de-
teſtatur. Naturale eſt cuilibet animali ſe-
pe videre vel tāgere locū ſui doloris: ⁊ ad
memoriam reuocare: ſic pctōri quaſi natu
rale debet eſſe ſepe redire ad cor vbi eſt lo
cus vulneris: ⁊ vbi ſunt punctiōes pecca-
torum vt ſepe tāgat ipſum dolore contri-
tionis. Cultor enim vinee cum ſpinam in-
uenit in vineam non proijcit: ſed ponit in
ſepe: vt de ea clauſuram faciat ne beſtijs
detur ingreſſus: ſic cum quis pctm̄ inue-
nit in conſciētia dȝ de eo facere ſepem fre
quenter cogitando: ⁊ ſuꝑ hoc dolēdo: ne ꝑ
complacentiā hoſti pateat ingreſſus. Filij
Iſrael poſt tranſitum maris rubri (vt in-
quit Hiero. in libr. de. xlij. manſionibus)
poſt ſuſceptam legem: poſt deguſtatū mā
na: iterū ſtationē fecerunt ſupra mare ru-
brum ſȝ non inde tranſierūt. Sic poſt euā
gelicam diſciplinam et cibos dulciſſimos
triumphorum in tentationib⁹: bonum eſt
interdum nobis apparere mare. ideſt diſ
crimina pctōꝝ in quibus ſtetimus: nō vt
iterū ad illa trāſeamus: ſed vt ea fugiam⁹
et deteſtemur. Sed tamē iſtud non eſt ne-
ceſſe: immo nec iuxta qualitates perſona-
rum expedit: ſicut in timoratis conſciētijs
qui propter hoc ſemꝑ ſunt i luctu ⁊ timo-
re: ⁊ propter hoc agitantur in ſuis conſciē
tijs: ⁊ auertuntur a multis bonis facien-
dis. Quibus cōſulendum eſſet vt omnino
ſe auerterent a cogitationibus hmōi: ⁊ ſic
quod vni eſt bonū alteri non eſt vtile nec
commodū. ¶ Quarta veritas. Suppoſito
ꝙ velit peccator ab omni pctō purgari:
videretur ipſum oportere pene aſſiduo cō
teri vel ſaltem atteri: quia ſicut dicit Ale-
xan. in quarto. Nullus adultus eſt q̄ non
addat venialia. Eccle. vij. Non eſt iuſtus
in terra q̄ faciat bonū ⁊ nō peccet. ⁊ Pro-
uer. xx. Quis poteſt dicere: mundū eſt cor
meū: pur⁹ ſum a pctō? Ideo poſito ꝙ nul

E
Uenia le.
Suffi- cit attri tio ad delēdū veniale pctm̄.

lum ſuperadderet actuale mortale quaſi
continuā opȝ eſſe attritionē. Et notanter
dicimus attritionē: quia non importat ꝓ
poſitum cōfitēdi ſicut contritio: nō eſt em̄
neceſſe confiteri de venialib⁹. Ideo ad de-
letionem peccatorū venialium non eſt ne-
ceſſaria contritio ſed ſola attritio. delētur
tamen eorum plurima aliquantula deuo-
tione vel eleemoſynis: vel aſꝑſione aq̄ be
nedicte: vel gn̄ali cōfeſſiōe: ⁊ multis alijs
modis: quibus factis non eſſet aſſidue at
terendū. ¶ Secūda queſtio vtrū dolor de
peccatis in ꝯtritione debeat eſſe maxim⁹.
Et videt̄ ꝙ non: q2 ex quantitate effectus
indicat̄ quantitas cauſe: ſȝ lachryme ſunt
effectus doloris: ergo quātitas lachryma
rum quantitatē doloris indicat. Sȝ cōtri
tus quandoqȝ non tm̄ lachrymat̄ ꝑ pec-
catis ſicut pro morte amici/ vel leſione ali
qua corporali: ergo. Reſpōdeo ſm Durā-
dum in quarto diſ. xvj. Duplex poteſt eſſe
dolor contritionis. Unus qui eſt diſplicē
tia volūtatis in quo eſt eſſentialiter cōtri
tio. Alius eſt q̄ eſt dolor ſenſitiue partis q̄
ſequit̄ ad cōtritionē. ¶ Scd̄a veritas. Lo
quēdo de primo dolore dicendū eſt ꝙ pōt
ad duo cōparari. Primo ſi cōparet̄ ad do
lorem qui habet̄ de alijs a pctō ſic dȝ eſſe
maior. Patet primo q2 ſm Aug. Oīs do-
lor in amore fundatur. Ex hoc eī ꝙ aliq̄d
amamus dolemus de eius amiſſione: ⁊ ſic
ſm quantitatē amoris dȝ eſſe quantitas
doloris in amore fundati. Sed dolor con
tritionis fundat̄ in amore charitatis. Ex
hoc enim dolem⁹ de peccato commiſſo q2
ſeparat a deo cui coniungimur ꝑ charita
tem: ergo cū amor charitatis ad deū de-
beat omnē alium excellere amorē: dicente
dn̄o. Qui amat patrē aut matrem pluſq̄
me/ non eſt me dignus. Relinquitur ergo
ꝙ dolor cōtritionis debeat omnē aliū do
lorem excellere. vn̄ Hierem̄. vj. Luctū vni
geniti: fac tibi planctū amarum. Quātum
aūt doleat mater de morte vnigeniti cla-
rū eſt: ⁊ hō vix dolet de morte aīe ſue. For
ſitā poſſet eſſe occaſio nō dolēdi ſi plures
haberet animas: quaꝝ vnā ſaluaret alijs
ꝑditis: ſȝ hȝ tātūmodo vnam. Ideo dice-
bat Iob. iij. Quaſi inūdantes aq̄ ſic rugi-
tus meus. pſ. Exitus aquarū deduxerunt
oculi mei. ¶ Tertia veritas. Nullus cōtri-
tus tenetur apud ſe facere comparationē
iſtam cogitādo ſcȝ an plus doleat de pec-

A.
Contri tio.
Utrum dolor ꝯtritio nis de- beat eē maxi- mus.

Universidad de Deusto
Biblioteca



cato cōmiſſo ꝙ ſi pr̄ ſuus eſſet mortuus ⁊
ſic de alijs. Si tn̄ faciat tenet̄ ex electione
voluntatis plus deteſtari pctm̄ cōmiſſum
ꝙ q̄dcūqꝫ aliud dānū. Nec dꝫ cōfeſſor hu
iuſmodi cōparationē facere penitenti aut
ab eo exigere. Sufficit em̄ (vt dicit Guil.
Pariſien. lib. de ſacramentis) ꝙ dolor pec
catorum tantus ſit: qui faciat egrum que
rere pn̄ialis ſacr̄i medicinam: tradereqꝫ ſe
regendū ac medicandū ſpūali medico ſcꝫ
cōfeſſori. Et q̄d minus habꝫ motus iſte de
mortificatione veteris hoīs/ ſupplet ⁊ ſu
ꝑaddit efficacia ſacr̄i pn̄ialis. ¶ Quarta ve
ritas. Si cōparet̄ dolor ꝯtritionis de vno
peccato ad dolorē de alio: ſic non quilibꝫ
dolor contritionis dꝫ eſſe maximus: quia
ſicut vnum peccatum eſt grauius altero:
ſic dolor contritionis de vno ꝙ de altero.
¶ Quinta veritas. Loquēdo de dolore par
tis ſenſitiue qui ſequit̄ ad contritionem/
talem dolorem non opꝫ eſſe maximum: q̄r
facilius mouent̄ vires interiores qn̄ ratio
deliberat de corporalibus ꝙ qn̄ deliberat
de ſpūalibus/ ꝓpter maiorem ꝓpinquita
tem ad eorū obiecta. Et ſi talis dolor poſ
ſet eſſe maximus: nō tn̄ deberet eſſe: quia
omnis actus a virtute imperatus dꝫ hr̄e
menſuram vt non recedat a rectitudine ra
tionis: nec etiam deficiat: ſed fletus quem
in ſe excitat contritus eſt imperatus a vir
tute pnīe: ergo non dꝫ excedere menſuram
rationis. Jdeo ſi triſtitia vel fletus ſit tan
tus ꝙ ſubiectum corrumpat: vel notabilr̄
ꝯſternat/ eſt irrationabilis ꝯ illud Rom̄.
xij. Rōnabile ſit obſequium veſtrum. Et ſic
dolor qui ſequitur ptem ſenſitiuam nō dꝫ
eſſe maximus ſed moderatus. Et ideo do
lor vel odium vel diſplicentia peccati ſpiri
tualis elicita a gr̄a ſufficit ad deletionem
peccati: ſuppoſito ꝙ nullus in corpore do
lor ſequeretur. Vn̄ videt̄ aliqui ꝓ rebus
humanis ita triſtari ꝙ ſepe rationis vſū
amittunt: ⁊ qn̄qꝫ ad deſperationem indu
cunt̄. ¶ Sexta veritas. Dolor iſte ſenſiti
uus qui ad lachrymas ꝓuocat non eſt ad
contritionem neceſſarius/ maxime viris ꝑ
fectis. vt dicit Bernardus ſup cātica. Pri
mo q̄r lachryme ſunt effectus triſtitie vel
doloris ſenſitiui: ideo maior fletus eſt ſi
gnum maioris doloris ſenſitiui: ⁊ q̄r non
ſunt immediate ⁊ de per ſe effectus triſti
tie voluntatis: ideo non ſunt argumentū
maioritatis vel minoritatis eius: cum qn̄
q̄ꝫ homo fleat inuitus ⁊ qn̄qꝫ flere nō poſ
ſit volens. Preterea ſm̄ Joannem de Ger
ſono/ penes hunc dolorem non ſemꝑ ē mē
ſuranda bonitas penitētis. Stat ei duos
eſſe (vt ſepe videmus) quorum vnus ex cō
plexione naturali cor hꝫ ſtrenuum ⁊ virile
nec lachrymis idoneum: ita vt vel vix vel
nunꝙ flere poſſit. Erit aūt alter cordis fe
minei mollis/ ad omnem miſerationis oc
caſionē lachrymis laxus vel pronus. Pri
mus eliciet deteſtationem peccati ſui intē
ſius in animo fortius: ⁊ laudabilius in ca
ſu ꝙ alius: nec apprehendet illū ſapiētis
verbum. Cor durum male habebit in no
uiſſimo. Neqꝫ em̄ durum cor ſed molle ha
bere dicendus eſt. Fit tamen (vt ſepe) re
dundantia doloris cordialis in corpus/ ni
ſi ſiſtat ſe libere mēs ne fluat ī inferiora: ſi
cut in Chriſto fuit: ⁊ ſicut in Adam eſſe po
terat qui nullum motum hn̄s preuenien
tem vſum rōnis/ imperabat vt placebat ī
corpus. Hec Gerſon. ¶ Septima veritas
ſm̄ Altiſſiod. iiij. par. cōiter plus dolet aīa
de preterito peccato in memoria retēto ꝙ
de pn̄ti: q̄r melius ſentit dolorem pcti qn̄
dimiſſū eſt ꝙ qn̄ non eſt dimiſſum: q̄r qn̄
dimiſſum eſt hꝫ penitens odoratum ſpūa
lem bn̄ diſpoſitum: ita ꝙ pōt ſentire feto
rem peccati ⁊ per hoc ipſum abhorrere: ſꝫ
qn̄ eſt in peccato non ſentit. Demones em̄
odorē ſpūalem ei abſtulerunt: dicente dn̄o
per Ezech. xiij. Naſum tuum ⁊ aures tuas
preſcindent. Fetidus homo non pōt ſenti
re fetorem ſuū: ⁊ aīa exiſtens in fetore pec
cati ꝑ viam nature vix ſe ſentire pōt. Si
cut dr̄ Amos. iiij. Aſcendere feci putredi
nem caſtrorum veſtrorum ad nares vr̄as:
⁊ non rediſtis ad me. ¶ Tertio querit̄ vtrū
contritus doleat quātum dolere debꝫ: vel
quātum dolendū ſit? Reſponſio. Hoc du
pliciter pōt intelligi. Uno mō ꝙ minus do
leat ꝙ dolendum ſit ei ex debito: ⁊ ſic non
plus quis tenet̄ dolere ꝙ requirat morti
ficatio pctōrū: ſeu ꝯueniens ꝑparatio ad
mortificationem. Si vero attendatur ad
condignitatē peccati: tunc verū eſt ꝙ mi
nus dolet vnuſquiſqꝫ peccator de peccatꝭ
ſuis mortalibus incomparabilr̄ ꝙ dignū
ſit ei dolere. Nec virtus humana ſufficeret
dolorem illum portare: ⁊ fundere lachry
mas in iſta mortalitate quibus digna ſūt
eius peccata mortalia. Ad hoc eſt exēplū.
Cum em̄ deus ſit in infinitū dignus dili

*B*
*Contri-*
*tio.*
*Utrū ꝯ-*
*tritus*
*doleat*
*quātū*
*dolere*
*debeat*



gi: ⁊ dignus vt diligat̄ in infinitum: ⁊ di
lectione infinita: nullus tn̄ peccat ex eo ꝙ
non diligit eum in infinitū. Sic longe ma
iori luctu digna ſunt pctā mortalia ꝙ lu
geant̄/ etiam a digne penitentibus: nō tn̄
peccant qui de eis dolent quātum ſufficit
ad abolitionem eorū: ⁊ quātum deo ſatis
eſt. Huius eſt exemplū. Eſt vir dignitatis
eminētis: quem ſi honorares eo vſqꝫ vt di
gnus eſt/ totum q̄d habes expenderes: nec
adhuc dignitatem eius honore equares.
Nunq̄d ꝓpter hoc ꝙ totum illud non fa
cis peccas in eum minus honorando eum
ꝙ debeas? Abſit. imo dico ꝙ abſoluis te
ſi honoras quātum debes ⁊ teneris. ¶ Se
cunda veritas. Nō eſt neceſſe corporalē de
peccato habere dolorem tātū quātus for
taſſe eſſet de temporali malo vel incōmo
do: ſed ſufficit ꝙ cōmiſſum peccatum ſibi
diſpliceat: ⁊ nequaꝙ in ſimili caſu deum
offendere vellet. Neqꝫ oportet male dāna
ri/ mori aut omnibꝰ bonis ſpoliari ꝙ pec
caſſe: aut hoc mō peccare. Nec talem hunc
opꝫ eſſe dolorem qualem de ſe diuina po
ſtulat immenſitas cum hoc ſit impoſſibile
q̄r ipſa eſt infinita: ⁊ noſtrum dolorē opor
tet eſſe finitum. Uerum eſt tn̄ ꝙ hic dolor
tanto eſt melior quāto in aīa ⁊ corpore eſt
maior: dummodo aſſit quo ad corporalem
dolorem debita diſcretio: vt ex eo corpus
deſtrui aut rō ledi nō poſſit. Et ꝑ hec mul
te vitant̄ tentationes ⁊ ſcrupuli cum quis
nimium veretur nunꝙ ſatis penitere/ aut
ſuum nō facere debitum. Nequaꝙ enī de
bitum facere poſſumus quātum diuina al
titudo depoſcit: neqꝫ ſm̄ beneficia que ab
ipſo recepimus nec hoc a nobis requirit
pius pater: ſed ꝓ mira gratie ſue benigni
tate ſibi ſufficere vult ⁊ nos in amicos pa
ratus eſt habere: ſi ea que in certo numero
certis agenda diebus mandata nobis tra
didit/ compleuerimus: que ſub intermina
tione mortis eterne nobis mandauit: que
continent̄ in duobꝰ mādatis: diliges dn̄m
deum tuum: ⁊ diliges ꝓximū tuum ſicut
teipſum. Diligere aūt ipum ſup oīa eſt vt
nullo pacto q̄dlibet aliud quis amare ve
lit ꝑ q̄d ꝑderet dei amorē: ⁊ diligere ꝓxi
mum ſicut ſeipſum eſt ei finalr̄ vitā opta
re eternam grām in preſenti ſeculo: ⁊ id ei
facere velle quod rationabiliter ⁊ iuſte in
ſimili caſu ſibi quiſquis fieri vellet. Hec
Gerſon.

¶ Sermo Tertius per idem thema.

Vnumquēqꝫ ve-
ſtrum vocat dn̄s ad pn̄iam
faciendam: cui reſpondemꝰ
illud ſepe ꝓpoſitū. Jbimꝰ
viam trium dierum in ſoli
tudinem. Eſa. xxij. vocauit dn̄s ād fletum
⁊ ad planctum ⁊ caluitium ⁊ ad cingulū
ſacci. Jn quibus verbis tangunt̄ tres die
te pnīe: ad quas dn̄s vocat. Prima eſt cor
dis contritio: ibi ad fletum. Nullus em̄ ſa
ne mentis ſine dolore cordis: ⁊ lachrymis
attendit ſe cōmiſiſſe factum: vnde debeat
morti ⁊ ſuſpendio adiudicari. Sic eſt qui
cōmiſit peccatū. Luc. xix. Si cognouiſſes
⁊ tu ⁊c. i. ſi que tibi adiudicata ſunt ⁊ ven
tura attēderes: fleres. Unde Luc. xxij. Pe
trus qui īterp̄tatur agnoſcens fleuit ama
re. Scd̄m eſt oris gemēs ⁊ amara confeſ
ſio cum dr̄ ad planctum. Mater enim de
morte vnici filij ſui qui dꝫ eſſe heres ma
gni regni/ non loquitur ſine dolore. Sic
nec quis de peccato ſuo ꝑ quod ꝑdidit re
gnum dei dꝫ ſine gemitu loqui in cōfeſſio
ne. Tertium eſt voluntaria ſatiſfactio: que
primo eſt ꝑ eleemoſynas: cuꝫ ſubditur ad
caluitium: id eſt ad temporalium abdica
tionē. Nullus em̄ dꝫ hr̄e carum aliquid ꝯ
ſui redemptionē a carcere: ⁊ tormēto. Sic
ē ꝙ ꝑ eleemoſynas redimit̄ quis a purga
torio frequenter ⁊ a carcere inferni. Dan.
iiij. peccata tua eleemoſynis redime. Ca
pilli em̄ tpalia ſunt: ſe ergo decaluat q̄ tē
poralia paupibꝰ adminiſtrat. Eſa. vj. erit
ꝓ criſpanti crine caluitium. i. ꝓ gloria tpa
li pauptas ⁊ eleemoſyna. Vn̄ caluitium ē
amotio capillorꝫ de capite non de manu.
⁊ ita ē ꝙ eleemoſyna ⁊ abdicatio tpalium
dꝫ fieri de mēte ⁊ voluntate q̄ ē caput aīe
non ope tantum. Vn̄. iiij. Reg. ij. dicit̄ de
Heliſeo qui oleum multiplicauit. i. opꝰ mi
ſericordie fecit: ꝙ caluus erat. Jtem calui
tium eſt ſubtractio capillorum ab anterio
ri: ſic hr̄e debemus tpalia a parte poſt: nō
a parte ante: ſicut Paulus q̄ dicebat Phi
lippē. iij. poſteriorum oblitus ad anterio
ra me extendo. Scd̄o hec ſatiſfactio eſt ꝑ
carnis mortificationem cum ſubditur: ad
cingulum ſacci. Per hanc enim libido con
ſtringit̄. Catulus em̄ rabidus ligat̄ ne no
ceat. Corpus em̄ eſt quaſi canis rabie ple
nus: q̄d cū volūtati: ⁊ libertati ſue dimit

*A*
*Dies.*
*De tri-*
*bꝰ die-*
*tis pnīe*
*iuxta ꝓ-*
*phetia*
*Eſaie.*

Universidad de Deusto Biblioteca

ſitur/aīam rōnalem occidit. ideo coarctan
dum eſt. Job. xvj. Cōſui ſaccum ſup cutē
mean̄ ·es em̄ ꝯſuitur vt diu maneat. Sac
cum ergo conſuit qui pn̄iam diu ⁊ pſeue
ranter agit. Job. xxvij. Juſtificationē meā
quam incepi tenere non deſerā: in hoc eniꝫ
honoratur deus cum iuſtitia continuatur
in regno ſuo: inhonoratur aūt qn̄ in eodē
iuſtitia de malefactoribus negligitur. Sic
cum de nobiſmetipſis ſcꝫ in ꝓprijs corpo
ribus ſicut in terra nobis ab eo tradita iu
ſtitiaꝫ de peccatis exercemus. Ps. Honor
regis iudicium diligit: ſcꝫ iudicium pn̄ie.
Judith. ij. Non mortui qui ſunt in inferno
dabunt honorem ⁊ iuſtificationem deo: ſꝫ
aīa que triſtis eſt ſuper magnitudine pec
catorum ſcꝫ de peccatis dolendo: ⁊ incedit
curua: ⁊ in infimis ſcꝫ in confeſſione ſe hu
miliando: ⁊ oculus deficiēs ſcꝫ pre lachry
mis: ⁊ aīa eſuriens in ieiunio ſatiſfaciēdo
Jlla enim dat honorem deo. Quod vt ſimi
liter faciamus ad deum recurramus me
dio Marie dicentes Aue.

B Contritio. Jn ꝯtritione oportet eſſe ſufficiētē pctōꝝ diſcuſſionem

¶ Prius diximus iuxta diffinitionem con
tritionis de prima eius qualitate ſeu con
ditione. Nunc dicenduꝫ eſt de ſecunda. Se
cunda aūt conditio eſt ꝙ in dolore contri
tionis ſit ſufficiens peccatorum ⁊ proprie
conſcientie diſcuſſio. Sicut em̄ magn⁹ ca
lor in muſto facit totam vini ſubſtantiam
ebullire: virtute cuius purum ab impuro
diuidit: ⁊ a vini ſubſtantia tota feculentia
purgatur ⁊ ad fundum dolij deſcendens
totam vini ſubſtantiam reddit puram: ſic
feruor compunctionis in corde facit ipm̄
ebullire ꝑ contritionem: ⁊ purum ab impu
ro diuiditur per diſcuſſionem: ⁊ feces ip
ſas ad profundum cordis deſcendere per
iugē memoriā. Sic ſe conuertit Ezechias
ad parietem. i. ad ſuorum peccatorum cō
ſiderationem: ⁊ ſic meruit indulgentiam.
Preterea dicit Hermes in libro alkimie:
ꝙ ſi ſuper plumbum ponatur acetum de
ſtruitur plumbum: q: acetuꝫ penetrat ſub
ſtantiam eius: ⁊ conuertit in puluerem et
in colorem album tranſmutat. Sic acetuꝫ
doloris ꝯtritiōis plūbū. i. pctōrē pondere
peccatorum grauatum. Exo. xv. ſubmerſi
ſunt quaſi plumbum in aquis vehementi
bus: penetrat ꝑtingens vſq₃ ad intima cor
dis: conuertens ipſum in puluerem. i. vſq₃
ad minimas peccatorum circūſtantias re
ſoluens: cor ſuū diſcutiēdo: ⁊ in colorē al
bum. i. in honeſtam conuerſationem tranſ
mutando. Et bonum hoī conſilium eſſet
ſero dnm̄ tendit ad lectum ſe recolligere ⁊
videre quō per diem vixit: ⁊ ſic conteri de
peccatis ſi qō illo die inueniat perpetratū
⁊ dicere dn̄o tres ꝓpoſitiones in quibus
conſiſtit tota contritionis virtus vt ei di
mittat pctm̄. Si em̄ de corde ea deo dixe
rit: ei remittetur: nec ꝓpter hoc damnabi
tur ſi non confeſſus fuerit. Damnaret tn̄
ſi ꝑ tpe ⁊ loco ab eccleſia diſpoſitis nō cō
fiteret: maxime ꝓ illa negligētia. Sero ei
diligenter prudens homo computat expē
ſas ⁊ ſcribit eas vt memoriter teneat.

C Contritio. Utrꝫ teneat qs conteri de mortali oblito.

¶ Circa hoc queritur vtrū de mortali obli
to requirat ꝯtritio. Rn̄det Alexan. ꝙ pec
catum dupl'r intelligit oblitū. Uno modo
ſic ꝙ actus peccati ſit oīno traditus obli
uioni: hꝫ tn̄ notitia ꝯmiſſionis pcti. Sicut
aliqn̄ accidit alicui ꝙ oblitus eſt peccatuꝫ
ſuum: bn̄ tn̄ ſibi conſtat ꝙ pctm̄ cōmiſit: ⁊
ꝙ illud aliqn̄ ſciuit. Et hoc modo dolēdū
eſt in generali de ipſo peccato: ⁊ in ſpecia
li de ipſa obliuione que ſue negligētie im
putanda eſt. Spina in pede extrahi nō po
teſt niſi cuꝫ aculeo. nec ſpina peccati de pe
de affectionis vel de manu operis niſi cuꝫ
aculeo contritionis. Aut ita eſt oblitus ꝙ
actus peccati ⁊ notitia cōmiſſionis tradi
ta ſunt obliuioni: vt qn̄ qs ſicut nec cogi
tat vel cognoſcit ſe peccaſſe: ſic nec recor
datur ſe ſciuiſſe vnq̄ peccaſſe. Et ſic licet
non teneat ſub pena peccati: bonuꝫ eſt tn̄
ꝙ memor fragilitatis ſue conterat in ge
nerali dicendo. Delicta iuuentutis mee et
ignorantias meas ne memineris. Tenetur
tn̄ ſm Bon̄. iiij. diſti. xvj. facere quod in ſe
eſt vt peccata ſciat ⁊ recognoſcat. Qn̄q₃ ei
cōmittunt peccata ꝑ ignorantiam iuris:
⁊ tūc cognito iure ſcit ſe hō peccaſſe: vt pu
ta ſi fornicatus eſt ignorans illud eſſe pec
catum. Cōmittuntur etiam ꝑ ignorantiaꝫ
facti qn̄q₃ diligentia non adhibita ad me
moriter retinendum: ⁊ tunc tenetur vt ſi q̄
talia ſint orare deum vt ei parcat ⁊ reue
let. ¶ Sed dices. Quō ⁊ vbi hauriam has
contritionis lachrymas? Rn̄detur ꝙ in q
druplici puteo. ſcꝫ in puteo aquarū viuen
tium: in puteo interitus: in puteo ſcriptu
re: in puteo miſerie cordis. Jn puteo aqrū

D Puteꝰ. De quo puteis hauriunt aque cōtritiōis

viuentiū qui deus eſt haurienda eſt aqua
contritionis in ſitula cordis noſtri chorda
triplici funiculo contexta: oratione: medi



tatione: ⁊ amoris feruore. Cum enim con
tritio ſit donum dei maximū quo peccator
in ſeipſum redit qui a ſeipſo prius receſſe
rat. orōne petendū eſt donū illud. Jo. iiij.
Si ſcires donuꝫ dei: ⁊ quis eſt qui dixit ti
bi: da mihi aquam bibere: forſitan ab ipſo
petijſſes ⁊ dediſſet tibi aquamviuam. Qō
pꝫ ex ſimilitudine ⁊ exemplo nature. Sicci
tudine. Nam qn̄ viget ſic. itas maxima in
terra: deſiderat pluuia ⁊ adhoc fiunt pre
ces ⁊ ꝓceſſiones. Sic cum peccatrix aīa
eſt ſicut terra ſine aqua: debꝫ petere a deo
aquam illam cum Job dicendo. Dimitte
me vt plangam paululum. i. da mihi vng
reſpit: q: vt vulgo dr̄. Ung iour de reſpit
cent ſoulꝫ vault. Ad hoc eſt exemplū illi⁹
q̄ inducias petijt in morte: ⁊ tn̄ non obti
nuit: vt recitat Grego. in. iiij. dialogoꝝ. vt
plangam paululum: non vt gaudeaꝫ: aut
vt mala que geſſi cū gaudio iterū faciam:
ſicut ſit de porco qui dimittit vt impigue
tur ⁊ occidatur: vel ſicut fur qui ſemel vel
bis dimiſſus: iterū in furto deprehenſus
ſuſpendit: anteq̄ vadam ⁊ nō reuertar: q:
infernus eſt ſicut domus Dedali: cuius fa
cilis eſt ingreſſus: ⁊ exit⁹ difficilis aut nul
lus: ſicut naſſa in quā intrant de facili piſ
ces. Terra arida ad quam non pōt dedu
ci aqua: oīno ſterilis eſt ⁊ īfructuoſa: ⁊ ad
culturā inutilis: nec germinat niſi ſpinas
⁊ tribulos. Orandus eſt igit deus: vt mit
tat pluuiam deſuper. Eſa. xlv. Rorate celi
deſuper: ⁊ ſic nubes pluant iuſtum. Exem
plo in natura id apparet. Nam ſm philo.
viij. de aīalibus in Egypto eſt quedam be
ſtiola que pugnatura cum ſerpente prius
clamat: ⁊ timens morſum ſerpentis prius
ſe mergit in aquam: ⁊ poſtea pugnat. Sic
cum peccatis pugnaturi ⁊ cū antiquo ſer
pente: prius hn̄t ad deum ꝑ orationē cla
mare. Orandi etiā ſunt ſancti. Qn̄ em̄ hau
rire aquā ſoli non ſufficimus: haurientes
nobiſcum aduocamus: maxime, qn̄ pute⁹
altus eſt. Sic egit quidā qui a Magdale
na grām lachrymarum impetrauit. Et ad
hoc figuraliter īduceretur illud Solini (ſi
verum eſt) de quodam puteo ꝓfundo: in q̄
duꝫ deeſſet aqua: venit virgo ad os putei
⁊ ſuo clamore aquam eduxit. Sic aīa per
orationem ſanctoꝝ ſicut axa. i. vir ſanctus
impetrat irriguum contritionis ſuperius
⁊ inferius. i. in aīa ⁊ ſenſitiua parte terre
aride cordis noſtri: Scd̄o meditatione be
neficiorum: ⁊ maxime paſſionis Chriſti.
Neq₃ em̄ eſt ita dura rupes quin in ea fo
diendo poſſit quis peruenire ad aquā vi
uam. Sic non eſt cor ita durum qui. ſi cla
uis ⁊ lancea Chriſti penetraretur ⁊ ī ciſter
na corporis eius ⁊ in vulneribus intraret
quin molleſceret ⁊ inueniret aquaꝫ lachry
marum in abundantia. Sic Moyſes per
cuſſit petram virga ſcꝫ crucis: ⁊ fluxerunt
aque largiſſime. Quis em̄ ꝓfunde cogita
ret ꝙ ꝓ peccatis ſuis Chriſtus ſanguinem
ſuum fudit: ⁊ non inde ꝓ ſuis lachrymaſ
retur? Et hec aqua contritionis tanto dul
cior quanto amarior: ⁊ quanto de duriori
corde ꝓcedit: ſicut aqua de ꝓfundo ſcatu
riens vel de rupe: vel de loco alto: multo
ties eſt frigidior ⁊ ſapidior. Tertius funi
culus eſt feruens amor dei: quo hauritur
abunde fons lachrymarum. Dicit Philo
ſ. Meteororum: ꝙ ꝑ calorem ſolis in altū
eleuatur fumus qui conuertitur in pluui
am. Sic per feruorem charitatis eleuatur
in altitudinem cordis ira ⁊ deteſtatio fu
migans contra peccatā: que cito conuerti
tur in aquam lachrymarum. Et ſicut per
calorem igneuꝫ in capſella roſacea ipſe ro
ſe diſſoluuntur in liquorem odoriferum:
ſic per amorem per foramina oculoruꝫ ſtil
lat aqua lachrymarum. Et ſicut ꝑ pondus
lapidis ex oliuis ⁊ nucibus ſolet oleum di
ſtillare: ⁊ ſicut per kalorem incluſum in nu
be ſolent vapores diſſolui: ita ꝙ inde ſo
let pluuia emanare: ſic quando pondus
amoris premit cor humanuꝫ: ⁊ calor eius
ipſum coarctat: tunc per compunctionem
quandoq₃ ita diſſoluitur: ꝙ inde pluuia
⁊ liquor lachrymarum diſtillatur: ex quo
aer conſcientie ſerenatur: ⁊ terra corporis
noſtri bonis operibus fecundatur.
¶ Secundo haurienda eſt hec aqua in pu
teo interitus. de quo Pſalmiſta. Deduces
eos in puteum interitus. ⁊ hoc chorda ti
moris: ſitula ſancte meditationis. Hec ve
ro chorda triplici fune conficitur. ſcꝫ timo
re ignis eterni: timore ſupmi iudicis ⁊ di
uini iudicij: ⁊ timore perditionis eterni ꝓ
mij. Timor enim inferni eſt contritionis
cauſa ⁊ funiculus primus: q: ignis fumo
ſus: ⁊ nimiuꝫ frigus cōiter plorare faciūt.
Que omnia in inferno reperiuntur. Mat
thei. xiij. Jbi erit fletus ⁊ ſtridor dentium.
fletus propter fumum: ſtridor dentium ꝓ
pter frigus. Job. xxiiij. Tranſibūt ab aqs

Universidad de Deusto Biblioteca

mixtum ad calorem nimium. Ponat ergo
quis oculos cordis ad fumum infernalis
ignis: ⁊ ad gelu frigoris ꝑ frequentē cogi
tatio[illegible]: ⁊ fluent lachrymae: ſaltem ab inte
rioribus oculis. pſ. Aſcendit fumus i ira
eius. Fumus eſt contritionis dolor q̄ aſcē
dit in cor peccatoris ex conſideratione ire
dei: faciēs illachrymari. Et licet fumus vi
deatur oculos madefacere: tñ ſm Auicē
nam oēs fumi ſunt exiccantes: hinc eſt ꝙ
fumus iſte extrahēdo lachrymas per ocu
los exiccat in anima ipſa torrētes iniqui
tatis: vt ipſis exiccatis valeat ipſa anima
diuino amore ſuccendi. ¶ Scd̄a eiuſdē cō
tritionis cauſa ⁊ funiculus ſecūdus eſt ti
mor iudicis ⁊ iudicij dei. Si qs faceret cri
men coram terribili iudice clariſſime illō
vidente: ⁊ eum ſciret facile placabilem: ſi
eum preueniretq̄ lachrymis ⁊ ſuauibus
verbis: non differret quin ad eum accede
ret. Deꝰ aūt ſcit crimen peccatoris. Hebre.
iiij. Oīa nuda ⁊ apta ſūt oculis eiꝰ ⁊ Pſal.
In opibus manuū ſuarū compꝛhenſus eſt
peccator. Sepe enī compꝛhendit in crimīe
qñ non credit ſe cōprehendi: vt docet expe
rientia in morietibus morte ſubita: vel ꝑ
uentis ꝑ ipſam. Eccli. iij. Sapiēs cor ⁊ in
telligibile abſtinebit ſe a pctis: qm̄ deus
proſpector illius eſt. pſ. Seruaui oīa mā
data tua ⁊ teſtimonia tua: qm̄ omnes vie
mee in cōſpectu tuo. Sic tñ dñt eſſe iſti ti
mores moderati: vt inter ſpem et metum
ſemper maneat contritus. Dicit enī philo
ſophus tertio Meteororum ꝙ arcus cele
ſtis ꝑ materia ⁊ ſubiecto in quo recipitur
hꝫ nubē acualr rorantē. Et ſicut ibidē di
cit Albertus non apparet niſi quando ibi
partim fit turbidum ⁊ partim ſereuū: tur
bidum ex parte nubis: ſerenū ex parte ſo
lis. vt ſol poſſit in nubem abſq̄ omni im
pedimento dirigere radios. Sic qui plan
git in preſēti peccata ſua: eſt quaſi nubes
rorida guttas lachrymarum diſtillans.
Job. xxvj. Effundet pluuiā ad inſtar gur
gitum: qui de nubibus fluunt. Arcus ve
ro celeſtis diuinam inſpirationem ſignifi
cat. Geñ. ix. Arcum meum ponam in nubi
bus celi: in ſignum federis inter me et te.
Arcus ſolum apparet i nube rorida: quia
diuina propitiatio ſoluꝫ apparet in mēte
lachrymoſa. Oportet autē eſſe partim tur
bidum ſcilicet ex parte nubis. quod fit qñ
anima conſiderans ſeueritatem diuini iu
dicij: ⁊ multitudinem et magnitudinem
peccatorum tota inde turbatur. Pſalmi
ſta. Turbatus eſt a furore oculus meus:
et partim clarum ſcilicet ex parte ſolis: qr
neceſſe eſt vt in deo confidat: conſiderans
miām dei: ⁊ ſic lumen gratie dei lucebit in
anima in ſignum federis inter deū ⁊ pec
catorem: vt nō ſit deīceps diluuium diſſi
pans omnem animam viuā. Publicanus
enī ſperās de miſericordia dei: cū ex timo
re nō auderet ocl̄os ad celū leuare: potuit
ipſum celū ⁊ celi dñz ad ſe īclinare. pſ. In
clinauit celos ⁊ deſcendit. Tertius eiuſdē
funiculus eſt timor perditiōis eterni pre
mij. Ualde timet operarius ſue mercede pri
uari. Fugit Jacob a Labā ne ꝑderet mer
cedem temporalem: quanto magis nos a
ſeculi huius vanitatibus ne perdamꝰ eter
nam? Tertio aqua contritionis haurīēda
eſt ī puteo ſacre ſcripture. Amos iij. Quo
modo ſi eruat paſtor de ore leonis extre
mum auricule: vſq̄ ad extremum auricu
le a diabolo deuorati intelliguntur: in q̄
bus oīa bona gratie dentibꝰ diabolicis. i.
tentationibꝰ ⁊ peccatis conſumpta ſunt.
Hoc ſolo excepto ꝙ aliquid (licet ad mo
dicum) de dei verbis ⁊ ſacris exhortatiōi
bus libenter audiunt: quos quaſi ꝑ extre
mum auricule paſtor p̄dicās eripit. Sap.
xvj. Neq̄ herba: neq̄ malagma ſanauit
eos: ſed ſermo tuus dñe qui ſanat omnia
Et in eodē: in memoria ſermonū tuorū ex
terminabant. Sermo dei eſt theriaca con
tra omne venenū ſpirituale. gladius acu
tiſſimus contra omnē beſtiam. Hebre. iiij.
Uiuus eſt ſermo dei ⁊ efficax. Sonitu q̄p
pe vocis humane reptilia fugantur: ⁊ pro
pter hoc ſaluberrimū eſt ſermonē dei au
dire. Act. ij. His auditis compuncti ſunt
corde. Iſte eſt puteus abundantie: de quo
abunde hauritur. vñ ratio ſaturet. Hau
ritur aūt hec aqua chorda multiplici filo
i. multiplici vel quadruplici ſenſu ſcriptu
re contexta. Sed ex eo puerſi haurire no
lunt: ſed nec aliquid audire ꝑ qd̄ terrena
eoꝝ letitia pturbet: ſꝫ illos libēter auſcul
tant q̄ placentia loquunt. De q̄bꝰ apl̄s. ij.
Tim. iiij. Coaceruabūt ſibi mgr̄os prurie
tes auribus. ⁊ Eſa. xxx. ꝓpheta ex eoꝝ vo
ce: loquimini nobis placētia. Sed dñs di
ſcipulis talibꝰ ⁊ mgr̄is terribiliter cōmi
natur dicēs. Et qui bñficant ⁊ qui bñfi
cantur erūt p̄cipitati. Eſa. ix. Ait enī dñs.



Qui me audierit: abſq̄ terrore q̄ſcet. Pro
uer. j. ecōtrario ꝑ Eſa. j. Q̄ ſi non audieri
tis me gladius deuorabit vos. Q̄ gratuꝫ
ſit aūt ꝯminationem dei audire reuerēter
⁊ ꝙ iniurioſum ſit eā ꝯtēnere: in factis Jo
ſie regis ⁊ Joachim demōſtratur. Qui Jo
ſias audito legis volumīe tremuit: cui mā
dauit deus. Pro eo ꝙ audiſti v̄ba legis ⁊
ꝓterritū eſt cor tuū: ⁊ ego audiui ait dñs:
idcirco colligam te in pace. Joachim vero
q̄ non ſolum non timuit: ſed etiā volumen
Hieremi. combuſſit. diuinam inuectionem
ꝯmeruit: qua ei dictum eſt. Non erit ex eo
qui ſedeat ſuꝑ ſolium Dauid: ſed cadauer
eius ꝓijciet ad eſtum ꝑ diem: ⁊ ad gelu ꝑ
noctem. ¶ Quarto aqua contritionis hau
rienda eſt in puteo cordis profundiſſimo.
Hiere. xvij. Profundum eſt cor hoīs ⁊ in
ſcrutabile. Iſte eſt puteus humo ⁊ limo re
pletus a Philiſteis: quem Jacob munda
bat: vt abiecta terra manaret libero cōdu
ctu vena puriſſima. Quoties īplet aīa no
ſtra limo ⁊ terra. i. terrenis affectibus ⁊ de
ſiderijs: talibus obſtruit meatus cordis:
ne ibi fluant aque contritionis. Hauritur
aūt hec aqua chorda multiplici filo cōtex
ta quaſi ſeptem reſpectibus. Ubicunq̄ eī
peccator reſpiciat: ibi videt materiam do
loris ⁊ amaritudinis. Si ſurſuꝫ reſpiciat:
videt ſe ꝓpter peccata ſua exheredatū bo
nis eternis: videt ſe indignum ſupnorum
ciuium felici aſſociatione priuatum ſuper
ne patrie poſſeſſione: indignum corporis ⁊
aīe glorificatione excluſum a corone eter
ne ſusceptione. ⁊ a digne laborantium glo
rioſa ⁊ ſuper effluenti premij accumula
tione. Quis tot ⁊ tanta videat ſe amiſiſſe:
⁊ non lugeat? ¶ Scd̄o ſi intra ſe reſpiciat:
videt ſe per pctā ſua donis gratie ſpolia
tum: cōione ſancti ſpūs ⁊ matris eccleſie
priuatuꝫ: celeſtis patris cohabitatione or
batum: a fideli ſponſo aīarum Chriſto vi
duatum: bonis operibus ineptum: in bo
nis nature vulneratum. Uidet oēs vires
aīe ignorantia: cōcupiſcentia: ⁊ malitia de
prauatas: videt intra templum cordis ꝓ
prij erecta idola horrēda: imagines diuer
ſas deteſtabiliū criminū ſuoꝝ: videt aīam
ſuam ad imaginē ⁊ ſilitudinē creatoris fa
ctā multis turpitudinibꝰ deturpataꝫ ⁊ di
uinam pulchritudinem in porcinā cōmu
tatam: ⁊ ꝙ nec eam q̄ de celo eſt in ceno ti
muit volutare: immo vidēdo tātaꝫ anime
nobilitatē erubeſcit ex cōſideratione limi
ſui: qr corpus humanum de limo factum:
lineamenta ſue rectitudinis ſeruа[illegible] ⁊ aīa
ad pctā ſe miſerabiliter incuruauit. Unde
indigne habitat humanuꝫ corpus brutus
⁊ beſtialis ſpūs. Uidet iterum aīam ſuam
non ſolum languere infirmam: ſed etiam
iacere mortuam irreparabiliter: niſi de ex
celſo eā ſummus medicꝰ aſpiciat: ⁊ manuꝫ
ei ſue mīe porrigat: ⁊ ad vitam gratie re
ducat. Uidet etiā oēs ſuos amicos mortu
os. i. oīa ſua bōa opera mortua. Uidet do
mum ſuā illicitis deſiderijs vndiq̄ ſuccen
ſam: ⁊ pluribus ⁊ maioribus exponendā:
niſi deus quem aduerſarium ſibi fecit hō
peccando: hoc auertat. Ait enim Auguſt.
Peccator ⁊ homo duo ſunt deus hoīeꝫ fe
cit: homo vero pctōreꝫ. Dele ergo quod fe
ciſti vt deus ſaluet qd̄ fecit. Tertio videt
ſubtus ſe. Primo ſm exigentiam pctōruꝫ
ſuorum ſibi debitū eternum inferni ſuppli
ciū: niſi digne peniteat: vel ſi penitet ſibi
purgatorij incendiū paratum niſi pnīam
hic ꝑfecte ꝯpleat. Uidet etiā ſub ſe ſibi pa
ratum ſepulcrum: ⁊ neſcit qua hora ipſuꝫ
ſuſcipiat ⁊ includat. Uidet lutū qd̄ calcat
ſub pedibus ſuis: quo nobile corpus ſuuꝫ
viliꝰ fieri dēat ⁊ ꝯculcari. Uidet corpꝰ ſuū
appropinquare vſq̄ ad portas mortis: ⁊
neſcit quo tendat. Quarto reſpicit ante ſe
⁊ videt dñm Jeſum innocentē ꝓpter cul
pam ſuam morte condēnatum: diuerſis in
iurijs: contumelijs: ⁊ ſupplicijs afflictuꝫ:
cruci affixum. Uidet vite terminū ⁊ diē exi
tialem ad queꝫ inceſſanter feſtinat ſibi pre
fixum. Uidet ante ſe diuine ſeueritatis di
ſtrictum iudiciuꝫ in quo opꝫ oīa facta ſua
iudicari ⁊ ventilari. Uidet iudiceꝫ ſummū
ſibi offenſum: ſibiq̄ ꝯtrium. Quinto reſpi
cit homo retro ſe ⁊ videt vite ſue preterite
inutilitatem. bonoruꝫ vacuitatem: tempo
rum amiſſorum precioſitatem: operum cō
miſſorum prauitatem: morum acquiſitoꝝ
aſſuetam peruerſitateꝫ. videt contra ſe ex
tenſam ⁊ ſibi oppoſitā fere totā p̄teritam
ſuā etatē annoꝝ dierū ⁊ fere ſinguloꝝ mo
mentoꝝ. Uidet inſequenteꝫ ſe inſtanter ⁊
inceſſanter mortis ꝓpinquitatem. Sexto
reſpicit ad ſiniſtraꝫ ⁊ videt ibi infinita ma
la p̄ntis aduerſitatis: videt viſione intelle
ctuali hoſtes inuiſibiles tentantes ſeipm̄
deijcere: ⁊ pugnantes ⁊ laborātes vt a bo
no ſtatu eum deijciāt in pctm̄. Uidet ho

Univerſidad de Deuſto Biblioteca



Velociter accelerandũ eſt iter triũ dieruꝫ. i. pnie propter quatuor. Primo propter periculũ cõſuetudinis peccandi. q꞉ vt dicit Ariſtoteles in libro de memoria. Conſuetudo eſt altera natura: ⁊ difficile eſt aſſueta relinquere. Qui eni lapide cõſuetudinis ꝑmit̃ cũ Lazaro quaſi q̃triduanus fetet: nec facile reſurgit niſi clamet Ieſus Lazare veni foras. Hieremie. xiij. Si põt ethiops mutare pellẽ ⁊ pardꝰ varietates: ⁊ vos poteritis bene facere cũ didiceritis malum. Iſti ſunt de quibus. ꝑs. quos vix dñs ad ſe retrahit. qui dicunt̃ vincti ĩ mẽdicitate ⁊ ferro: ⁊ de quibꝰ iterũ. ꝑs. Qui eduxit vinctos in fortitudine. i. cũ violentia quoꝝ vnus dicebat: iniq̃tates mee ſupergreſſe ſunt caput meũ. Nã eſt pctm̃ cui reſiſtitur ⁊ nõ cõſentit̃. ⁊ illud eſt ſub capite. i. rõne de quo Geñ. iiij. ſubter te erit appetitus tuꝰ ⁊ tu dñaberis illius. Scdõ eſt pctm̃ cui conſentit̃: ſed tñ ex paſſione magis q̃ꝫ ex electione. ⁊ iſtud ꝑuenit vſq̃ꝫ ad caput. i. rationẽ q̃ eſt caput aĩe. Tertiꝰ eſt gradus pctĩ qñ hõ ↄſentit in ipſum ex habitu ⁊ electiõe/quẽ habitũ gñat ↄſuetudo praua: ⁊ tũc iniq̃tas ſupgredit̃ caput: et ita paulatĩ gradit̃ donec ſupgrediatur ipſum/ad modũ aquarũ currentiũ ⁊ creſcentiũ ⁊ rapientiũ vſq̃ꝫ in infernũ. Quorum vnꝰ dicebat. Ione. ij. Pelagus opuit caput meũ. ⁊ Threñ. iij. Inundauerũt aq̃ ſup caput meũ. dixi/perij. Scdã cauſa velocitatis eſt. q꞉ q̃ diu iacet in pctõ/facile ruit de pctõ in pctm̃. Nã vt dicit Gregor. pctm̃ qd̃ ꝑ pniam nõ diluit̃: mox ſuo pondere in aliud trahit. Sicut q̃ graue onus portat/facile cadit. ſicut lepus currẽs verſus vallẽ. Facile eni cadũt/q̃ verſus vallẽ inferni ſemꝑ vadũt: de q̃bus. ꝑs. Hi ĩ curribꝰ ſcꝫ ſupbie/⁊ hi ĩ eq̃s luxurie: ipſi obligati ſunt ⁊ ceciderũt. j. Theſſa. ij. vt ĩpleãt pctã ſua ſemꝑ. Oſee. iiij. ſanguis ſanguinẽ tetigit. i. pctm̃ ſequit̃ pctm̃ tamq̃ꝫ pena ipſius pctĩ. Oppreſſi eñi a tyrannis aſſiduo nouis exactiõibꝰ oppͥmunt̃. Queadmodũ Egyptij irridebãt ꝑplm̃ dñi. Exodi. v. qui ꝓpterea velociter exierũt. Inde. Eſaie. v. Ue eis q̃ trahũt longã reſtẽ ſcꝫ pctõꝝ. Iõ Eccli. xxj. Fili peccaſti: ne adijcias iterũ: ſꝫ et de priſtinis depͨcare vt tibi dimittant̃. Tertia eſt piculũ mortis ſubite/intẽpeſtiue: ⁊ incerte. Mat. xxiiij. Si ſci[ret] paterfamilias qua hora fur veniret: vigilaret vtiq̃ꝫ: ⁊ non ſineret ꝑfodi domũ ſuam. et Mar. xiij. Uigila[te] ⁊ orate: neſcitis enim qua hora dñs ve[ſte]r vẽturus ſit: ne forte ſtulto dormiẽti dicat̃ illud Luc. xij. Stulte hac nocte repetẽt a te animã tuã. Dormiunt eñi ſicut Helias ſub vmbra iuniperi. de quo legit̃ ꝙ optime cuſtodit ignem: ita vt quandoq̃ꝫ ſub ciner̃ibꝰ eius ſine extinctione ignis ꝑ annũ ſeruet̃. Inde iuniperus dicitur quaſi gignens pyr. Sic illi dormiunt ſub vmbra pctõꝝ: q̃ anime peccatrici ſeruãt ignẽ eternũ. Sed ⁊ ſi egrotanti detur ſpatium penitẽdi ⁊ deliberãdi: vis tñ ⁊ pondus egritudinis ita totuꝫ illum abſorbet: vt vix poſſit niſi morbo intendere. Inde egrotus prius vocat medicum corporalẽ q̃ꝫ ſpiritualẽ: ⁊ plꝰ gaudet de aduẽtu eius. cũ tñ medicina corporalis ſit carior medicina ſpirituali q̃ gratis offert̃: qua dñs ſolo verbo curat iuxta illud Sapiẽ. xvj. neq̃ꝫ herba: neq̃ꝫ malagma ſanauit eos: ſed ſermo tuus dñe. Quarta rõ eſt difficultas vere penitẽdi: q꞉ difficile eſt inueteratũ dierũ maloꝝ eſſe iuuenẽ dierũ bonoꝝ propter antiquã conſuetudinem. Eſt eñi de tali ſicut de nutritis in delicijs et bonis morſellis in curijs ⁊ domibꝰ ꝑncipum; quibus antiquatis ⁊ de curia licẽtiatis grauis eſt panis durus ⁊ parca dieta: veſtis exilis: ⁊ domus parua. Antiqua eñi gule ⁊ ſuperbie ceterorũq̃ꝫ vitioꝝ conſuetudo: ꝑ quã ſua natura eſt quaſi alterata: facit eũ abſtinentiã: humilitatẽ: ⁊ ceteras virtutes quaſi rẽ contra naturam abhorrere: ita vt ſicut dũ iuuenes ſunt abſtinere non poſſunt propter nature caliditatem: ſic nec in ſenectute propter conſuetudinem contrariã. Cuius cãm reddit Grego. dicẽs. Uſitata culpa ita obligat mentem ꝙ nequaq̃ꝫ ſurgere poſſit ad rectitudinem. Quapropter velociter redeundum eſt ad pniam: qd̃ fiet medio glorioſe virginis q̃ cõmiſcuit tria ſata farine. i. tres partes pnie vt efficeret̃ panis lachrymaꝝ. de quo. ꝑs. Cibabis nos pane lachrymarum. Et vt nobis porrigat illum panem dicamus. Aue.

B Iniquitas. Quõ iniquitates ſupgrediũtur caput.

¶ Ultimo dicturi de cõtritione. Primo dicemus de qualitate ⁊ effectibus eiꝰ. Scdõ

Universidad de Deusto Biblioteca



C
Contritio.
De ſex noibus contritionis.

de ſignis vere contriti. ¶ Circa primū ſciē
dum ꝙ ſm ſex effectus cōtritiōis ipſa cō
tritio ſi. ſortitur nomina. Primo vocatur
contritio. q: ſicut vnguentū ſanatiuū con
ficit ex multis herbis in mortariolo cōtri
tis: ſic cōtritiōis vnguētū ex herbis pec-
catorum q̄ naſcunt in terra noſtra dū con
terunt in mortariolo cōſciētie. Hec Bern.
ſuper Cantica. Scdo ſm Bon. et Alex. q:
quod conterit eſt cor pctōris qd̄ eſt tam-
ꝙ vas fictile repletū veneno peccati. Deu
terō. xxxij. Fel draconū vinū eorꝝ: ⁊ vene
num aſpidum inſanabile et duplici mola
conteritur. Una eſt ſurſum eleuās .ſ. ſpes
venie ex conſideratiōe diuine mīe: alia eſt
deprimens deorſum q̄ eſt timor pene ꝓue
niens ex conſideratione diuine iuſtitie. de
quibus Deutero. xxiiij. Non accipies loco
pignoris inferiorē ⁊ ſupiorē molā. Iſtud
vas idcirco hic conterit q: durū vt emol-
leſcat: vel magis vt peccati delectatio to-
taliter effundat. Jō dr̄ ꝯtritio nō fractio:
q: fractio eſt in maiores partes: ꝯtritio in
minores. Et quando eſt fractio ī maiores
ſapor aliquo modo remanet. vt aūt nō re
maneat nec ſapor nec veritas: ī partes mi
nimas conteritur. Hec aūt delectatio to-
taliter amittit ⁊ hic ⁊ in īferno. hic ꝑ gra
tiam: ⁊ in īferno ꝑ penā eternā. Utrobiꝗ
enī eſt cōtritio: in pena eterna. Eccli. xiiij.
Conteretur cū delinquente delictū. ⁊ ps.
Contritio ⁊ infelicitas in vijs eorū: ⁊ hic.
de quo ps. Cor contritū ⁊c. Sed aliter et
aliter: q: in inferno cōterit in puluerem:
non vt aliud vas fiat. q: de impijs dicit.
Nō ſic impij nō ſic: ſed tāꝗ puluis quem
proijcit ventus a facie terre. Sed in cōtri-
tione gratie eſt cōtritio ad faciendū ⁊ ge-
nerandū vas nouū ⁊ ſolidū per humores
gratie ⁊ lachrymarū. Ideo recte dicit cō-
tritio nō attritio quaſi ꝑtium tritarꝝ vnio
vt fiat vas in honorē. ſm illud de Paulo
vas electiōis eſt mihi iſte. ¶ Scdo vocat
ſciſſio. Un̄ quatuor ſcindēda ſunt. Primo
corda pctōꝝ tanꝗ̄ vtres diaboli: vt tota
fetulentia totūꝗ ius pctōꝝ inde effluat:
vt nulla in eis ſtilla remaneat. Scdo ſcin-
denda eſt veſtis peti ⁊ atterēda ⁊ annihi-
landa. Et tunc ſm Auguſtinū libro de do
ctrina chriſtiana. Timor q̄ eſt carnifex ani
me dꝫ punire ⁊ torq̄re aīam vt ab ea exeat
malus ſanguis: ſcꝫ peti. de quo. ps. Libe-
ra me de ſanguinib⁹. Tertio qū dimiſſum

eſt peccatum ⁊ deſtructū ꝑ contritionē et
diuiſum in minutas circūſtantias: ſcindē
da eſt ſeq̄la peccati: macula: ſcꝫ a pena: vt
macula ſemꝑ ſit in ꝓpoſito deteſtanda: et
pena ſatiſfactoria āplectēda. Peccatū em̄
dum in culpā ⁊ penā diuidit: ad modum
pomi putridi cuius pars putrida abſciſa
dimittit et pars ſana reſeruatur. Quarto
ſcindēda eſt carnalitas q̄ remanet vt fiat
homo magis ac magis ſpūalis. Corp⁹ enī
quod corrūpitur aggrauat aīam. Un̄ pec-
cator ex toto carnalis eſt: ſancti qui ſunt ī
patria ex toto ſpūales: q̄ ſunt in via partī
carnales/partim ſpūales: ⁊ pōt ī eis ma-
gis ac magis cōteri carnalitas. Sicut dr̄
apoſtolus. Mortificate mēbra veſtra que
ſunt ſuꝑ terrā: ⁊ mihi mundus crucifixus
eſt ⁊ ego mūdo. Hec carnalitas ſemꝑ ſcin
denda eſt: ⁊ ſcindēdo eam ꝑ timorē carni-
ficē aliqn̄ exeūt lachrymē exteriores. Ali
quando enī corpus cōpatit anime ⁊ econ
uerſo. Hec Altiſſiodoreñ. quo ad tria vlti
ma. ¶ Tertio dr̄ cōpunctio ſm Guil. trib⁹
de cauſis. Primo q: in contritiōe: tūc prio
ſentiunt ſpine ⁊ aculei pctōꝝ: cū ſpiritus
ſanctus cor pctōris infuſiōe gratie viuifi-
cat. ps. Conuerſus ſum in erūna mea: duꝫ
configitur ſpina. Ante eī aduentū ipſius
viuificū/corde ſtupido vel potius mortifi
cato vel mortuo: nec vulnus peccati/nec
ferrū in vulnere ſentiebat: nec aculei pec-
catorū: nec punitiōes ipſoꝝ. ps. Que dici
tis in cordib⁹ veſtris ⁊c. Multa enī dicū-
tur in cordibus. ps. Dixit inſipiēs in cor-
de ſuo non eſt de⁹. Et iterū. Ex abūdantia
cordis os loquit mala. Cubilia vero ſunt
cōſciētie in quib⁹ hō ſepe requieſcit quaſi
in fecibus. Poſt igit aduētum ei⁹ cōpūgi
mini in his q̄ dicitis in cordibus veſtris.
Secundo. Quia peccator eſt ſicut bos vel
aſinus in lutū merſus. Uel ſicut qui vulgo
dr̄ infangatus: cui aculei ⁊ calcaria adhi-
bent vt de luto exiliat. Sic clementiſſim⁹
pater pctōres de lacu miſerie ⁊ de luto fe
cis educere volēs pungit: vt ſupra petram
chriſtū dn̄m vel ſancte cōuerſatiōis ſolidi
tatē exiliant. Et q: nō ſufficit diuina pun
ctio: niſi etiā hō ex parte ſua ſe pungat ꝑ
timoris aculeū/ideo dr̄ compunctio quaſi
ſimul pūctio. Tertio: q: ſicut arbores thu
ris ⁊ myrrhe ſudib⁹ ferreis vulnerant: ⁊
ipſe vulnerate velut lachryme aromata
myrrhe ⁊ thuris proferunt. Thus enim ⁊



myrrha lachryme ſunt huiuſmodi arborꝝ
coagulatae. Sic cōpuncta corda peniten
tium thus deuote orationis et myrrham
interne amaricatiōis ꝓferunt. Hec Guili
elmus. ¶ Quarto dicitur conuerſio pecca
toris: q: peccator dū eſt ī peccatis ſubuer-
ſus hꝫ ſub quod dꝫ ſupra habere ⁊ ecōuer
ſo: q: ſpiritum hꝫ ſub carne ⁊ carnē ſupra
cum eſſe debeat econuerſo: ⁊ faciē vbi dꝫ
habere dorſum ⁊ ecōuerſo: quia habet fa
ciem ad poſteriora: id eſt temporalia ⁊ ter
rena. Ita enim oculos hꝫ ad ea vt non vi-
deat eterna. Prouerbio. xvij. oculi ſtulto-
rum in finibus terre. Aures etiam ſic hꝫ
ad illa vt eterna audire non poſſit. Prou.
xviij. Non recipit ſtultus verba prudētie.
Nares etiā ita habet ad eadem vt nihil re
doleat ſuaue niſi ſtercora tēporaliū. Eſaie.
iij. Erit pro ſuaui odore fetor: ⁊ famem et
palatū nō habet niſi ad illa: ⁊ ꝓpter hoc
non comedit nec ſaporat niſi illa. Simili-
ter diuerſus eſt habens in dextra quod dꝫ
habere in ſiniſtra ⁊ econuerſo. Eccleſiaſtes
x. Cor ſapientis in dextra eius: ⁊ cor ſtul-
ti in ſiniſtra illius: ⁊ ibidē. vij. Cor ſapien-
tis vbi triſtitia eſt: ⁊ cor ſtultorū vbi leti-
tia. Similiter eſt euerſus habēs extra qd̄
debet habere intra ⁊ econuerſo. Eſt enim
extra plenus ⁊ intus vacuus: extra diues:
intus pauper: extra veſtitus: intus nud⁹:
extra nitidus: intus ſordibus: extra dn̄s:
intra ſeruus: extra homo: intus iumētum
diaboli: extra homo: intus brutum: extra
ſanctus: intus execrabilis: extra monach⁹
et clauſtralis: intus omni laſciuia ⁊ inor-
dinatione ſecularis: extra rex coronatus:
intus latro ſpirituali ſuſpēdio damnat⁹.
extra epiſcopus pontificalibus ornamen-
tis decorat⁹: intus diabolice turpitudinis
inſignibus deturpatus. Ideo merito dici
tur conuerſio ab iſta peruerſitate ⁊ deor-
dinatione ad debitum ordinē ⁊ conueniē
tem diſpoſitionē. ¶ Quinto dr̄ ſacrificiū.
ps. Sacrificiū deo ſpūs contribulat⁹. Et
ſm Raymūdū li. iiij. c. de ſatiſ. Triplex eſt
mīa. Una ad proximum dando ſua. Secū
da in compaſſione proximi tanꝗ̄ hoſtiā
pacificam dando cor ſuum. Tertia vero in
cordis contritione quo ad ſeipſum: quan-
do ſcilicet miſeretur anime ſue iam depau
perate/vulnerate/⁊ morti adiudicate. Pri
ma eſt magna miſericordia ⁊ magnum ſa
crificium. Secunda eſt maius. Tertia eſt

maximum: q: in prima offert ſolū ſua deo.
In ſecunda cor per compaſſionem. In ter
tia ſeipſum offert deo in holocauſtū. Cor:
ſ. contritum ⁊ humiliatū quod ē ſacrificiū
valde acceptabile deo. ps. Tunc acceptas-
bis ſacrificiū iuſtitie. Ad quod opus mo-
net dn̄s. Eccli. xxx. Miſerere aīe tue pla-
cēs deo. i. ſi vis placere deo ⁊ exaudiri ab
eo. Aug. Rogat de⁹ vt tui miſerearis ⁊ nō
vis. Quomodo exaudiet te dn̄s in die ne-
ceſſitatis ſupplicantē: cū tu eū pro teipſo
non audis rogantē? Unde ſuper illud Lu
ce. xj. Date eleemoſynam. gloſ. Prima ele-
emoſyna eſt mederi aīabus noſtris. Sine
iſta non valent alie eleemoſyne. Dicit enī
Iob. xv. de peccatore. Non credat fruſtra
errore deceptus: ꝙ aliquo ꝓcio rediment⁹
ſit. Auguſt. in Enchirid. Qui vult eleemo
ſynam ordinate dare: a ſeipſo debet īcipe-
re: aliter crudelis eſt ⁊ non miſericors. Ec
cli. xiiij. Qui ſibi neꝗ̄ eſt: cui bonus erit?
Cato. Semper tibi proximus eſto. ¶ Sex
to vocatur terremot⁹ ſiue commotio. ps.
Commouiſti terrā et conturbaſti eā: ſana
contritiones eius. Cōmouetur ꝑ dolorē: ꝯ
conturbatur pre iniquitatū ⁊ malorū mul
titudine: ⁊ ideo ſequitur ſanitas. Uident
aūt ſm Guil. eſſe quinꝗ mot⁹ anime con
tra peccatuꝫ. Primus eſt motus timoris.
Eccls. j. Timor dn̄i expellit pctm̄. Si enī
adeo fortis fuerit ipſe timor vt ipm̄ timē-
tem fugere faciat ad pn̄ialis ſacramenti
refugiū ⁊ intra illud recipi: manifeſtū eſt
hmōi timore mortificatū radicit⁹ veterē
hoīem ⁊ iā affixū patibulo pn̄iali. Nō em̄
intrat pn̄ialis ſacramēti refugiū: niſi qui
ꝓtori ſpūali: id eſt ꝯfeſſori ſe tradidit cru-
ce penitētie crucifigēdū. Un̄ ſm Philoſo.
ij. Meteoroꝝ. Terremotus eſt qn̄ꝗ cauſa
diluuij ⁊ magne inūdationis ſuꝑ terram.
Sic mot⁹ timoris tremere faciēs pctōrē/
ſupuenire facit diluuiū lachrymaꝝ. Scd̄s
eſt motus pudoris: q̄ ſi fortis fuerit/eru-
beſcentē de peccato ſuo abſcōdi facit ope
rimēto cōfeſſionis ⁊ latibulo. Un̄ ſm Al-
bertum. Sonus quidā concomitatur ter-
remotum: qui nō quieſcit donec terra ſit
rupta: et tunc exit ventus cum magno ſo-
no. Sic motus pudoris conſcientiam agi
tat: vſꝗ quo ore aperto ſonus exeat con-
feſſionis et exeant exhalationes peccato-
rum que quidem terremotum anime faci-
unt. pſalmiſta. Perijt memoria eorum cum

A
Terremotus.
De quinꝗ motibus aie q̄ fierij ſolēt in ꝯtritōe

fonitu: eorū ſcꝫ peccatorꝫ: que non ceſſat
donec terra oris ſcindatur: ⁊ cor aperiatur
⁊ ventu ſuperinflationis expiret. ¶ Ter-
tius eſt motus ire ⁊ indignationis: qui tā
tus eſſe dꝫ: ⁊ tam ſucceſus: vt iuxta conſi
lium eccleſie: vindicare aggrediaꝛ in ſemet
ipſo dei contumeliam ⁊ proprias iniurias
quas peccando ipſemet ſibi irrogauit. Iu
xta quem modum iperaꝛ in. pſ. Iraſcimi-
ni ⁊ nolite peccare. Sed in quibus iraſci-
mini: in his que dicitis in cordibus vr̄is.
Tanta etiam dꝫ eſſe indignatio contra ſor
des peccatorꝫ ſua nobilitate idigniſſimas
⁊ ꝯ iugum diabolice ſeruitutis: vt dicat il
lud Eſa. lxiij. Indignatio mea ipſa auxilia
ta eſt mihi. ¶ Quartus motus abomina-
tionis. Latrina enim ⁊ venter humanus
iudicanda eſt conſciā: que abominabilem
peccatorum fetulantiam potius retinere ⁊
cuſtodire ꝙ vomitu confeſſionis euomere
eligit. Tantus ergo dꝫ eſſe abominationis
motus: vt nauſeam pure ⁊ integre ꝯfeſſio
nis iducat. Thren. ij. Magna ē velut ma
re contritio tua. Queadmodū enī mare ſe
purgat imundicijs ⁊ mortuis ſubmerſis
nec quieſcit quouſqꝫ cadauera eorꝫ ad ri
pam ꝓiecerit. Sic contritus qn̄ voluntas
peccandi in eo mortua eſt quieſcere non dꝫ
quouſqꝫ cum abominatiōe eijciat peccata
in confeſſione: que iam mortua ſunt ⁊ ſub
merſa in mari rubro contritionis. Vn̄ ⁊ fi
lij Iſrael qn̄ tranſierunt mare rubrum nō
fuerūt ſecuri: donec viderūt cadauera Egy
ptiorum ſubmerſorum in mari venire ad
ripā. ¶ Quint⁹ motus eſt horroris qn̄ hor
ret ita fortiter vitia: vt a peccatis tanꝙ a
mortiferis ⁊ venenatis: imo tanqꝫ ab ipſa
morte reſiliat: ⁊ velut ſerpētes ⁊ bufones
a ſe ꝓijcere: ⁊ tanꝙ paruulum ad matrem
eccleſiā ⁊ prēm confeſſorem: ⁊ ſignū ei⁹ re
cipi ſe faciat. Quādiu enī placēt hoī feces
pctōrꝫ: ⁊ aīa delectaꝛ in ipſis: tādiu feces
reſidēt in fundo ꝯſcīe qſi imobilr̄. Sꝫ qn̄
icipit reuoluere ⁊ diſcutere iniqtatē ⁊ tur
B
pitudinē pctōrꝫ: tūc qſi de ꝓfundo icipiūt
feces moueri: ⁊ ꝯſcīa agitari ⁊ turbari. pſ.
Contritio: Anxiat⁹ eſt in me ſpūs me⁹ i me turbatuꝫ
eſt cor meū. ¶ In ſcd̄a pte dicturi ſum⁹ de
Quatuor: ſigna hoīs vere contriti. ſignis vere ꝯtritorꝫ: quorꝫ primum eſt ſpō
tanea lachrymarꝫ effuſio. Qn̄ enī putatur
vinea ⁊ erit lachryma ſignū eſt vite. Cha-
ritas aūt calor eſt vitalis aīe q̄ ſudare fa-
cit lachrymas contritionis extinguentes

ignem inferni: ⁊ accendētes ignē celi quē
venit dn̄s mittere in terram q[illegible] eſt feruor
charitatis. Similes cuidā fonti qui dr eē
in Epiro in quo faces ardentes extinguū
tur ⁊ extincte accenduntur. Hac enī aqua
cor inflammatur: vt fluat ſicut cera a facie
ignis charitatis: de quo. pſ. Factum ē cor
meū tanꝙ cera liqueſcēs in medio ventris
mei. Hec eſt aqua qua raſoriū cōfeſſionis
facile diſponitur ad preſcindenduꝫ crines
peccatorum. Hic eſt inſuper fumus cami-
norꝫ cordis qui eſt ſignum magni ignis et
magni hoſpitis illuc ſuperuenientis. ¶ Se
cundum ſignum eſt deſiderium ⁊ ſitis flen
di ſi non poſſit haberi ſponte. Licet enim
aqua ſit inſipida: tn̄ dulcis eſt ſitienti. Sic
dolor licet ſit cordi humano inſipidus: tn̄
ſitienti ⁊ deſideranti ſalutem ſuam dolere
⁊ flere ꝓ peccatis dulce eſt ac deſiderabile
Vñ dulce erat illi flere q̄ dicebat. Fuerunt
mihi lachryme mee panes: qr dolore ⁊ fle
tu reficiebatur: ⁊ in dolore delectabaꝛ ſi-
tiendo ꝓpriam ſalutem. Prouerb. xxvij.
Aīa eſuriens etiam amarū ꝓ dulci ſumet.
Hec eſt pluuia voluntaria quam ſegrega-
uit deus voluntarie hereditati ſue poſtꝙ
redit ſerenitas mentis in qua deus habi-
tat: qr pſ. In pace factus eſt locus eius: ⁊
pſ. In mari via tua. i. in amaritudine con
tritionis. Placatur enim deus contritiōe.
In ſignum cuius videmus poſt peractam
pnīam in quadrageſima ꝙ frequēter de⁹
pulchrum largitur tempus: ⁊ ſolē tribuit
optatum quaſi oñdens ſe pnīa placatum.
Sed econtrario qn̄ poſt paſca vel in eſtate
ad peccata redeunt homines tanꝙ canes
ad vomitum: peſſima dat tpa pluuiarum
⁊ temporum intemperiem: infirmitates ⁊
peſtes ſicut factum eſt Rome in qua ꝓceſ
ſio ꝓpter tales dei vltiones fuit ordinata
i feſto ſancti Marci: ⁊ in Vienna ꝓ ſili cā
fuerunt ordinati dies rogationum. Inde
Iob. xxiiij. Dedit ei locum penitentie ſalꝫ
in eccleſia tpe quadrageſime: ⁊ ipſe ſepe
poſt paſca abutitur eo in ſuperbiaꝫ. ¶ Ter
tium ſignum eſt ſolicitudo grandis ſe ſer-
uandi a pctō. Tunc enim maximū ſignum
eſt ꝙ a peccatis ceſſare proponit. Hō eniꝫ
poſt lotioneꝫ magis ſolicite ſe cuſtoditab
imundicijs. Canti. v. Laui pedes meos q̄-
modo iquinabo illos: Sicut dolia qn̄ ple
na ſunt vino ſtudioſius religantur: ſic qn̄
aīa plena eſt amaritudine contritionis vt



redundet vſqꝫ ad ſummū ſcꝫ ad oculos: ſi
gnū eſt plenitudinis: ⁊ ꝙ meli⁹ preſeruaꝛ
a recidiuo peccati ⁊ ſi cōtingat recidiuare
ſicut ſepties in die cadit iuſtus: cito currit
ad medelam contritionis habēs ſpine pū
cturā (ſi viuus ſit) primo die illā extrahe-
re nititur. Sic de muſca intrante oculum
eius. Si vero mortu⁹ ſit nihil horū vel ſē
tit vel extrahit. ¶ Quartū ſignū eſt quan
do nullam penā corporalē ſuſtinere formi
dat: ⁊ ad omne opus bonū faciendū para
tus eſt: oēmqꝫ penā moderatā ꝓpter pctā
ſua portare. Unde quadriga bn̄ vncta fa
ciliter trahitur: ⁊ ei iponitur maius onus
ſine ſtrepitu ⁊ clamore. Si cū pſona ꝑmit
tit ſe vngi ⁊ duci ad libitū: portans gratā
ter oēm penitētiā ſibi iniūctā: ſignū eſt ꝙ
eſt vncta grā dei: ſicut coriū bn̄ vnctū extē
ditur: ⁊ vndecūqꝫ trahiꝛ. Si tamē non ſe
ꝑmittat regi vt aliquid pro deo ſuſtineat:
ſignuꝫ eſt ꝙ male eſt vncta. Inde de rota
bene vncta dr Ezechielis. j. Quocūqꝫ ibat
ſpūs rote: pariter eleuabātur. Spūs enī
vite erat in rotis. Hec autem eſt natura
iſtarum lachrymarū cōtritionis: etiā ad
opa bona fecūdare. Philoſophus. xvij. de
aīalib⁹ dicit ꝙ aque pluuiales magis ꝙ
fontales ꝯueniunt plātis nec aliqua earꝫ
ita bn̄ creſcit ſicut cū imbibitur aqua plu-
uie. Aqua fontis que ex terra procedit la-
chryme ſunt ſeculares: que ex amiſſiōe ter
renorū procedunt: ⁊ ille non multū fecun-
dant. Aque vero pluuie que de ſurſum ve
niunt: lachryme ſunt ſpirituales deuotio-
nis ⁊ ꝯtritionis: ſine qbus nō bn̄ rigatur
aīa ad fructificandū. pſ. Fuerūt mihi la-
chryme mee panes. Nō ei fuerūt panes for
maliter cū ſint aque ſed virtualiter: qr ſic
terrā noſtrā fecūdant: ꝙ panes nobis ad
ſuſtentationem vite producunt. Eſaie. lv.
Quomodo deſcēdit imber ⁊ nix de celo: ⁊
illic vltra nō reuertitur: ſed inebriat terrā
et perfundit eā ſic erit verbū meum. Pſal
miſta. Qm̄ ego in flagella paratus ſum: et
dolor me⁹ in cōſpectu meo ſemꝑ. Ceſari⁹.
Quodā viro ꝓdicāte de pctīs ⁊ penis ifer
ni: mulier qdā exclamauit ad euꝫ. Dn̄e qd
fiet de ꝯcubinis ſacerdotū? Ille ſciēs ipſā
ſimplicē in ioco rn̄dit. Nunꝙ ſaluabunꝛ:
niſi clibanū ardentē ingrediantꝛ. Illa aūt
nō ioco ſꝫ ad certū accipiēs verba die quo
dā accēſo clibano ⁊ nullo ibi pſente: clau-
ſoqꝫ oſtio flāmas clibani ingreſſa ſtatim

eſt extincta. De ore autē clibani viſa eſt a
multis ꝓpe locū adſtantib⁹ colūba alba
aſcendere in celū. Stupefacti dev[illegible]ōe pa
tētibus eis forib⁹ ⁊ ingreſſi feminā extin-
ctam de flāmis extrahētes tanꝙ ꝓprij cor
poris interfectricē in cāpo ſepelierūt. Ut
aūt deus mortē ſic ſimpliciter ſibi illatam
oñderet ꝙ nō ex malitia ⁊ deſꝑatione: ſꝫ
ex obediētia fuiſſet de nocte multis vidē-
tibus cādelis ardētibus ipſius tumulum
illuſtrauit.

¶ Sermo Septim⁹ de Pnīa: ⁊ ſpecialiter
de confeſſione primus ꝑ thema ꝓcedēs.

IBimus viā trium
A
dierum ⁊c. ¶ Tres ergo diete
Confeſſio.
iſte ſunt ꝯtritio ꝯfeſſio / ⁊ ſatiſ
factio. Per primam exit pctōr Per cō
terrā ⁊ iuriſdictionē iuſtitie: ⁊ ꝑ ꝯfeſſionē feſſio-
intrat curiā mīe. pſ. Introite portas eius nem in
in cōfeſſiōe. Alie aūt ſunt leges ⁊ alie cō- traꝛ in
ſuetudines in curia iuſtitie: ⁊ alie in curia iuriſdi-
mīe ideo aliter iudicatur peccator in hac ctioneꝫ
et in illa. Ille aūt facit bonā dietā (vt vul curie
go dr̄) q̄ pōt exire de Pariſius: ſed melio mīe.
rem q̄ exit de dn̄io iuſtitie vbi erat ꝯdēna
tus. Sꝫ non ſufficit niſi ꝑueniat ad curiā
mīe per ꝯfeſſionē. ſicut non ſufficit ꝑegri-
no ꝙ vadat ꝑ vnam dietā ad perueniēdū
ad locū ſuum ⁊ ibi remaneat: ſed opꝫ pri-
mam ⁊ ſecundā ⁊ ſic de alijs vſquequo ꝑ-
ueniat ꝑagere. Ideo male faciunt q̄ expe
ctant hanc dietā facere vſqꝫ ad annū vel
etiā vſqꝫ ad ſenectutē: cū parum errans a
via in principio erroris ad viam ſuā redi-
re pōt quod facere non poteſt diu errās.
pſ. In matutino interficiebā oēs pecca-
tores terre: vt diſperderē de ciuitate dn̄i
oēs operantes iniquitatē. In terra enim
vel ciuitate in qua non fit iuſtitia / abun-
dant latrones. Et mirabile eſt ꝙ ſic deci-
piuntur ſperantes longā vitam ad emen
dationē cum quotidie oculis ſuis cernāt
ꝙ de eis qui naſcunꝛ vix media vel tertia
pars ꝑuenit ad etatē quadragita ānorꝫ: ⁊ B
de magna ꝓle hoīs vix tertia pars expe- Cōſciē-
ctat ſenectutē. Feſtinemus igitur ingredi tia.
mīe curiā ⁊ hoc mediāte regina illi⁹ curie Sūme
ſcꝫ mīe quam ſalutabim⁹ dicentes. Aue. neceſſa
¶ Multi aūt ignorāt dietā iſtā ꝯfeſſiōis. riuꝫ eſt
Bernard⁹ in meditatiōib⁹. Multi multa ſtudere
ſciūt ⁊ ſeipſos neſciūt: qrūt deū ꝑ exteriora in libro
relinquentes ſua interiora quib⁹ interior ꝯſcīe.

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

eſt deuſ.tcū tñ iſta ſciētia maioꝛ ſit ⁊ ſuper
oēs alias:q꞉ nullus quantūcumꝗ litera
tus ei⸗ ere ſapiēs q̄ currit ad infernū. Et
tales ſunt ignoꝛātes viā iſti⁹ diete q꞉ nul
la alia ſciētia poteſt ſaluare animam ſine
iſta. Quid enim pꝛoſunt litere eruditiōis
Priſciani ⁊ leges ſtudere Juſtiniani i pel
lib⁹ capꝛinis:niſi de libꝛo ꝯſciētie deleant
literas moꝛtis? Quid pꝛoſunt hec lecta et
intellecta:ſi teipſum nō legas ⁊ ītelligas?
Legere eñ ⁊ nō ītelligere negligere eſt. lege
re in pellibus capꝛinis ⁊ non intelligere
i. intus legere in libꝛo conſciētie: neglige⸗
re eſt:immo poti⁹ inſanire:q꞉ magna inſa
nia eſt illū cōſciētie libꝛū negligere: ī quo
tam ſtricte debemus examinari in die iu⸗
dicij:⁊ non in alijs libꝛis. Bernard⁹. Stu
de cognoſcere teipſum:quia multo melioꝛ
et laudabilioꝛ eris ſi teipſum cognoſcas:
et in libꝛo conſcientie tue ſtudeas: ꝙ ſi te
neglecto: cognoſceres curſus ſyderum:
fundamenta terrarum: vires herbarum:
complexiōes hominū:haberes etiam no⸗
titiam oīm terreſtriū/celeſtiū: ⁊ inferno⸗
rū. Et ſic apparet ꝙ neceſſaria eſt iſta ſciē
tia ad ſalutē ⁊ pꝛopterea diligenter ſtudē
dum eſt in libꝛo ꝯſciētie. Sicut Dauid tā⸗
ꝙ bonus ſcholaris ſurgebat ad ſtudendū
ī iſta ſciētia dicēs. Media nocte ſurgebā
ad confitēdū tibi: ⁊ frequētabat ſcholas
cōfeſſiōis. Vñ dicebat. Cōfitebor dño ni⸗
mis i oꝛe meo. Nō pōt eſſe bon⁹ clericus ⁊
ſcholaris qui ſemel ī ſeptimana vadit ad
ſcholas. nec bonus artifex mechanicus q̄
non diligat artificiū ſuum. Sic q̄ ſemel in
anno confitet꞉ ⁊ quaſi coact⁹:imperit⁹ in
hac ſciētia dicendus eſt. Et ſicut ille dice⸗
retur maioꝛ clericus/ q̄ ſciret rñdere in di
ſputatione cōmuni coꝛā maioꝛibus cleri⸗
cis de mūdo vbi oēs alij eſſent ſtupefacti:
ſic erit de illo qui bñ ſtuduerit ī hoc libꝛo.
Bene enī rñdebit coꝛam ſummo cancella⸗
rio paradiſi:⁊ coꝛā illis magiſtris ſcʒ an⸗
gelis:apoſtolis:⁊ martyꝛibus: ⁊ alijs ſan
ctis non de vniuerſitate Pariſieñ. ſed pa⸗
radiſi. Jlli ſunt q̄ tres iſtas dietas veloci⸗
ter opere complent qui craſtinū non expe
ctant:qui dicunt illud Exodi.iij. Jbimus
viam triū dierū in ſolitudinē. ¶ Quia ma
teria de ꝯfeſſione tractāda venit: hic due
queſtiones tractabūtur. Pꝛimo an tenea
tur homo homini ꝯfiteri:⁊ virtute cuius
obligat꞉. Secundo cui faciēda eſt ꝯfeſſio.

¶ Ad pꝛimū q̄ſitū rñdēdo ſit pꝛima ꝓpo
ſitio. Bñ ꝓuidit de⁹ homini de ſacramen⸗
to confeſſiōis ad ſuā ſalutē operandum.
Pꝛobat Guills Pariſieñ. triplici rōe. Pꝛi
ma eſt q꞉ ſi natura arboꝝ ⁊ plantarū po⸗
tens eſt in reparationē ⁊ reſtitutionē oim
eoꝝ q̄ vis ⁊ ꝯtrarietas hyemalis eis abſ
tulit. Jn verno eī tēpoꝛe recuperāt que⸗
cūꝗ eis aſpitas hyemis abſtulerat floꝛes
et frondes:⁊ denuo ſe veſtiūt: quāto foꝛ⸗
tius natura humana eovſꝗ deſeri nō de⸗
buit:vt abſꝗ ſpe vlla ſurgendi caderet in
pctm̄: bñ ergo ꝓuidit ei de⁹ de remedio.
Scōa rō ſi ſerpēti ⁊ multis auibus vt aq̄⸗
lis ⁊ accipitrib⁹ ⁊ ceruis virtutē ſuiipſoꝝ
renouatiuā:vetuſtatū ⁊ defoꝛmitatū exter
minatiuā diuine ſapientie bonitas dedit:
quō incoꝛꝑabilr̄ magis hmōi virtute hoi
indigēti de illa nō ꝓuidit. Tertia ratio ſi
coꝛpi humano vires dedit q̄b⁹ a caſu ſuo
coꝛpoꝛali reſurgere poſſit: qualiter miſe⸗
ricoꝛdiſſim⁹ de⁹ aīam hois a tā neceſſaria
tāꝗ ſalubꝛi virtute nudā dereliquit? Et ſi
recidiuo coꝛpoꝝ dei pꝛouidētia medicinā
pꝛouidit: quō nō multo foꝛtius recidiuis
animarū? Si eñ coꝛpoꝛa non ſunt curan⸗
da niſi pꝛopter aīas:q꞉ nec vtilia niſi pꝛo⸗
pter aīas:quō non fuit cure creatoꝛi oīm
deo vt moꝛbis animarum ſiue pꝛimitiuis/
ſiue recidiuis medicinā pꝛouideret. ¶ Se
cunda pꝛopoſitio. A pꝛincipio generis hu
mani quodāmodo ad ſalutē videbat꞉ vo⸗
calis confeſſio ꝯferre. Pꝛobat Petrus Cā
toꝛ:q꞉ pꝛimi parentes poſt culpam a dño
ſūt req̄ſiti de culpa vt pctm̄ qō trāſgredi⸗
do ꝯmiſerant/ꝯfitendo delerēt. Serpens
aūt de culpa nō eſt requiſit⁹:q꞉ ꝑ cōfeſſio
nem nō reuocabat꞉ ad vitā. Cain ſimiliter
poſt fratricidiū a dño req̄ſit⁹ vbi eſt Abel
frater tuus:q꞉ ſupb⁹ pctm̄ ꝯfiteri noluit:
ſed potius mēdaciter negādo dñm fallere
conatus eſt dicens. Nunq̄d cuſtos fratris
mei ſum ego? venia indignus iudicat⁹ eſt.
Pꝛopt꞉ qō ſm Alex. de hal. iiij. par. tract.
de peni. Licet ante legē ſcriptā nullū fue⸗
rit inſtitutū ſacramētū: nihilomin⁹ erant
tunc quedā ſigna q̄ gerebāt in ſignū peni
tentie:q̄ habebāt ex inſtictu nō ex inſtitu⸗
tiōe. vt pʒ in exēplis eoꝝ qui nō habebāt
legē. Jone. iij. Peruenit verbū ad regem
Niniue ⁊ ſurrexit de ſolio ſuo:⁊ abiecit ve
ſtimentū ſuū ⁊ indut⁹ eſt ſacco: et ſedit in
cinere. Et dicit ibi gloſſa. Qui offenderant

C Confeſſio. Bene ꝓuidit de⁹ hoi de remedio ꝯfeſſionis.

D Confeſſio. Quō a pꝛincipio mundi ꝯfeſſio videbatur ad ſalutē ꝯferre.



deū luxu ⁊ ābitiōe/eoꝝ cōdēnatiōe placāt
per q̄ pꝛius offenderāt. Pꝛius quidē ieiu⸗
nium qō deo in occulto offert꞉:deinde ſac⸗
cus q̄ exterius hoībus exhibet꞉. Similiter
Job offerebat pꝛo peccatis filioꝛū. Job. j.
¶ Tertia ꝓpoſitio. Cōfeſſio vocalis i lege
ſcripta quodāmō videbat꞉ eſſe p̄cepti i ali
quibus caſib⁹. Pʒ ꝑ illud Eſa. xliij. Nar⸗
ra ſi q̄d habes vt iuſtificeris: vbi trāſlatio
ſeptuaginta hʒ dic pctā tua vt iuſtificeris
Et in lege p̄cepat dñs vt lepꝛa oñderetur
ſacerdotib⁹ ad quos ptinet diſcernere in⸗
ter lepꝛā ⁊ lepꝛā. Leui. xiij. Et ꝓuer. xxviij.
Qui abſcōdit ſcelera ſua nō dirigetur:q̄ aūt
cōfeſſus fuerit ⁊ reliq̄rit ea miam ꝯſeque
tur. Et eccli. iiij. nō ꝯfundaris pctā tua cō
fiteri. ⁊ iterū. Eccli. xvij. Ante moꝛtē ꝯfi⸗
tere. A moꝛtuo eñ velut ab eo q̄ nō eſt pe
rit ꝯfeſſio. Diſſoluat igit꞉ pctōꝛ colligatio
nes ipietatis. Eſa. lviij. Et Nume. v. viri
ſiue mulieres cū fecerint ex oībus pctis q̄
ſolent hoīb⁹ accidere:⁊ ꝑ negligētiā trāſ⸗
greſſi fuerint mandatū dñi/atꝗ delique⸗
rint/pctm̄ ſuū ꝯfitebunt꞉. Jnde Matt. iij.
Veniebāt ad Joannē cōfitētes pctā ſua.
⁊ Act. xix. Multi credētiū veniebāt ad Pe
trū cōfitētes ⁊ annuntiātes actus ſuos.
Hec tñ ꝯfeſſio nō erat ita pticularis ſicut
noſtra:ſed vel in gñali / vel ꝑ oblationeʒ/
immo ⁊ circūſtātias videbant꞉ ꝯfiteri. Le⸗
ui. iiij. v. ⁊ vj. Vñ in ſupꝛadicta auctoꝛita
te Nūeri. v. ꝯfitebunt꞉ pctm̄ ⁊ reddēt ipm
caput:q̄ntāꝗ partē deſuꝑ ei in quē pecca
uerunt. Ecce ꝙ de p̄cepto legis tenebant꞉
ꝯfiteri furtū qō reſtituebat꞉ cū additione
quīte partis. Hec tñ ꝯfeſſio vt dicit Boñ.
Alex. nō erat ſacramētalis. Pꝛimo q꞉ non
fiebat ſacerdoti eccleſiaſtico habēti pote⸗
ſtatē clauiū in ſpe remiſſionis pctī. Scōo
q꞉ fiebat in gñali ſoluʒ. Tūc eñ fiebant q̄
dam oblatiōes q̄bus cōfitebat꞉ gen⁹ pctī
ſcʒ vel ꝙ erat pctm̄ ex ignoꝛātia vl' ex ma
litia:vel ꝙ pctm̄ erat pꝛīcipis vel ſacerdo
tis/vl' ſimplicis aīe. Jn noua aūt lege ſpe
cialia pctā ⁊ ſpeciales circūſtātie cōfitent꞉
eo ꝙ ſpecialia magis moueāt erubeſcētiā
ꝙ gñalia. Tertio:q꞉ talis ꝯfeſſio ex opere
oꝑato grām nō cōferebat:lʒ ex opere ope
rante ⁊ ex obediētia ⁊ deuotiōe facientis
hoc faceret. ¶ Quarta ꝓpoſitio. Non de⸗
buit hmōi ꝯfeſſio ſacramētalis īſtitui ī ve
teri lege:ſʒ tm̄ ī noua. Hoc dupliciter pꝛo⸗
bat Boñ. iiij. diſ. xviij. ¶ Pꝛimo:q꞉ cōfeſ⸗

A Confeſſio. Jn lege veteri ꝯfeſſio aliq̄ videbatur eſſe ſub p̄cepto.

ſio pꝛincipaliter inſtituta eſt ꝓpter pecca⸗
ti deteſtationem. Pctōꝛ aūt dū male agit
odit lucē:⁊ nō vult vt ad lucē veniant ne
arguant꞉ oꝑa ei⁹: iō ī reuerſiōe ad iuſtitiā
reaargui infructuoſa oꝑa tenebꝛaꝝ. Que
aūt arguūtur a luīe manifeſtant꞉ a lumīe
Ephe. v. quod fit per confeſſionem. hoc
autem debuit inſtitui in illa lege in qua
maxime facta eſt manifeſtatio veritatis:
q̄ñ verbū caro factū eſt:vt ītelligibile fie⸗
ret ſenſibile. Tūc eñ tenebꝛoſa et occulta
debuerūt manifeſtari:⁊ verba coꝛdis foꝛ
mā vocis īduere:vt ſicut de⁹ inuiſibilis ſe
nobis viſibilē oñdit:ſic occultū verbū coꝛ
dis ſenſibili ſe deo ꝓbat ſermone. Hoc aūt
factum eſt in lege gratie:ergo. ¶ Scōo:q꞉
cōfeſſio oꝛdinat꞉ ad recōciliationē pctōꝛis
faciendam cū deo:mediāte tñ humano ar
bitrio:ita vt homo ſit iudex ⁊ arbiter īter
deū ⁊ hoīem. Arbiter aūt talis dʒ eē q̄ poſ
ſit ponere manū in āob⁹:vel inter vtrū⸗
ꝗ:qō eſſe nō potuit quouſꝗ deus factus
ſit homo:⁊ tunc hō deificatus dat⁹ eſt no
bis mediatoꝛ chꝛiſt⁹:qui ſcʒ potuit manū
ponere in vtrūꝗ/ relinquēs in eccleſia ad
hoc officiū miniſtros ſibi ſucceſſoꝛes. Vñ
Duran. diſt. xvij. iiij. Sicut lex vetus fuit
vmbꝛa. ⁊ figura legis noue: ⁊ ſicut in fide
veterum implicite cōtinebatur fides mo⸗
dernoꝝ:ſic in veteri lege confeſſio fuit in⸗
ſtituta implicite in vmbꝛa et in figura.
¶ Quinta pꝛopoſitio. Confeſſio nō eſt de
iure humano. Pꝛobat Durandus. iiij. diſ.
xvij. quia nulla lex poteſt pꝛecipere actuʒ
cuius non poteſt tranſgreſſoꝛem iuſte pu
nire. Fruſtra enim ferretur leges:niſi trāſ
greſſoꝛes poſſent puniri. Jdeo dicit Phi⸗
loſoph⁹. x. Ethicoꝛum ꝙ omnis lex habet
coactiuam vim per penā:ſed nulla lex hu
mana poſſet iuſte punire illum qui nō cō⸗
fitetur peccatum ſibi ſoli notum. Tum ex
defectu pꝛobationis:q꞉ de illis nullus te⸗
ſtificari pōt. Tū ex defectu auctoꝛitatis:
q꞉ ſolus deus eſt qui nouit coꝛda filioꝛum
hoīm:ergo nō eſt de iure hūano. ¶ Sexta
ꝓpoſitio. Cōfeſſio iuri naturali ꝓxima eſt
quia naturale ius hʒ vt ſi quis nos offen
dat/ipſe pꝛius poſſit de ſeipſo ius exhibe
re ꝙ clamemus ad aliuʒ iudicē. Qui ergo
offendit deum/ipſe pꝛimo eſt iudex ſuper
illa offenſa:ita ꝙ q̄diu viuit homo/tēpus
hʒ iudicandi de illa. Qui ergo timet iudi⸗
cium dei de offenſa pꝛius iudicat/ ne tem⸗

B Confeſſio. Confeſſio non debuit in lege veteri īſtitui.

C Confeſſio. Confeſſio nō ē de iure hūano.

Universidad de Deusto
Biblioteca



pore tranſacto iudicet a deo. pſ. Cum acce
pero tpˀs: ego iuſtitias iudicabo. ¶ Prete-
rea ſm geometras rectū eſt cuius mediū
nō exit ab extremis: ⁊ hoc eſt quaſi conna
turale rectitudini. Homo aūt naturaliter
naſcitur cū pena ⁊ moritur cū pena: ergo
ne mediū exeat ab extremis: naturale eſt
ei vt viuat in labore ⁊ pnīa. Item natura
le eſt ꝙ pn̄tatus regi ſordibus ⁊ fetulen-
tijs careat. Sic Dan. j. pcepit Nabuchodo
noſor vt conſpectui ſuo repn̄tarent iuue-
nes de ſemine regio forma decori. Sic Io
ſeph attonſus ⁊ veſte mutata pn̄tatus eſt
Pharaoni. Opꝫ ergo vt priuſq̄ accedamˀ
ad regem glorie tergamus faciem cōſcīe.
pſ. Preoccupemus faciem eius in ꝯfeſſio-
ne. ¶ Septima ppō. Sacrm̄ confeſſionis
eſt ex Chriſti inſtōne ⁊ per ꝯn̄s ex iure di-
uino. Ptꝫ. j. Theſ. iiij. Hec eſt voluntas dei
ſctificatio vr̄a. pſ. Facta ē Iudea. i. ꝯfeſſio
ſanctificatio eius: ergo de volūtate dei eſt
confeſſio. Vn̄ Tho. iij. par. q. lxxxiiij. ar. v.
in rn̄ſione. Sacrm̄ pnīe eſt ex inſtitutione
Chriſti. Vnde dn̄s in principio ſue pdicatio
nis non ſolum dicit hoībus vt peniteāt ſꝫ
etiam vt pnīam agant: ſignanter determi
nans modos actuum qui requiruntur ad
hoc ſacrum. Miniſtros etiam determina-
uit. Matt. xvj. vbi dicit Petro. Tibi dabo
claues regni celorum. Efficaciaꝫ vo huius
ſacri ⁊ originem virtutis eius manifeſta-
uit poſt reſurrectionem. Luc. vlt. vbi dicit
ꝙ oportebat Chriſtum pati ⁊ reſurgere a
mortuis: ⁊ predicari in noīe eius pnīaꝫ in
remiſſionem peccatorum in omnes gētes.
Vbi poſita reſurrectione ⁊ Paſſione Chri
ſti immediate virtute nominis Chriſti pa
tientis ⁊ reſurgentis hoc ſacrm̄ hr̄e videt
efficaciam ad remiſſionē pctōꝝ. Modus
aūt remittēdi pctā p miniſtros tangitur.
Io. xx. Quorū remiſeritis pctā remittunt
eis. ergo a ꝯrio ſenſu quoꝝ nō remiſeritis
nō remittunt eis. Sed ſacerdotes non re
mittunt niſi confitentibus ⁊ ſe pn̄tantibˀ
eis: ergo cōfeſſio eſt ex pcepto Chriſti. Nec
eſt credendū ꝙ eccleſia ⁊ apoſtoli illud iu
gū impoſuiſſent hoībus tam periculoſum
niſi Chriſtus verbaliter apoſtolis iſtō pre
ceptum dediſſet. Ideo fallit gloſ. de pe. et
re. di. j. c. in pnīa. que dicit ꝯfeſſionem ſo-
luꝫ eſſe de iure poſitiuo hūano. Fallit etiā
hiſtoria tripartita q̄ dicit ꝙ greci non cō-
fitent. Nam ⁊ Cryſoſtomˀ patrarcha Hie

D
Confeſ
ſio.
Confeſ
ſio ē ex
chriſti
inſtōne

roſolymitanus eorū doctor confeſſionem
deſcripſit/ꝙ eſt ſalus anima[illegible]m: remiſſio
peccatoꝝ: recuperatio virtutum fuga de-
monum: obſtructio oris inferni: ⁊ apertio
paradiſi: qd̄ non ita feciſſet niſi greci confi
terentur. Quod etiam experimento diſcit:
qꝛ Greci cōfitentur ſicut ⁊ Latini. Et ſi di
catur ꝙ per auctoritatem illam: quorum
remiſeritis pctā ⁊c. ſolum ordinauit mini
ſtros eccleſie ad remittenduꝫ peccata: nec
inſtituit aut precepit vt peccatores accede
rent ad eos in confeſſione. Rn̄det. Bon.
iiij. diſ. xvij. Sufficit ꝙ egroto exponatur
medicus. ⁊ medicina ſibi neceſſaria. Unde
Hugo de ſancto Vict. dixit medicis vt cu-
rarent: ſed non dixit infirmis vt ad medi-
cos curandi cauſa venirent. Hoc enim q̄ſi
certum eſſe voluit: qꝛ egri libenter ſaluteꝫ
quererent ⁊ ſe curandos offerrent ſi medi
cos inuenirent: hec ille. Propter hoc chri
ſtiano multum dꝫ eſſe ꝯmendabilis cōfeſ
ſio ab eius auctoritate qui eaꝫ adduxit ſcꝫ
filius dei. Cum deus ante aduentum ſuū
multa bona mundo mandauerit per nun
tios ſuos: ipſe tn̄ quedam in pſona ppria
attulit mundo: vt eſt preceptū de dilectio
ne inimicoꝝ: de pace ſeruanda cum his q̄
oderunt pacem. Et confeſſio peccatorum
homini ſigillatim facta apparet eſſe opti-
ma: qꝛ optimus eam attulit. Optimi eniꝫ
eſt optima adducere. vt dicit Dionyſius.
Gratia enim iſta quam deus homini in ſa
cramento iſto facit: eſt vna de proprijs gra
tijs que ad tpˀs gratie pertinent. Non em̄
in veteri lege remittebatur peccatum his
qui confitebantur: vt patuit in Achor Io
ſue. vij. quem poſt confeſſioneꝫ lapidauit
omnis populus. Ideo amplectenda eſt cō
feſſio tempore gratie tamquam mīa domi
ni huic plenitudini temporis reſeruata: ⁊
tamq̄ res optima ab optimo adducta. Et
hanc rite ordinauit: qꝛ in periculo mortis
in bello ita vulnerari poteſt dominus ſicut
ſubditus: ⁊ ſagitta ita fortiter regias car-
nes perforat ſicut ruſticanas. Et ideo pru
dens dux debet aliquem vices eius geren
tem ordinare: vt ſi contigerit eum mori: il
le locum ducis teneat. Dux dirigens nos
contra diabolum ⁊ vitia: eſt diuina g[illegible]tia
Ab eo enim nobis eſt preſidium: ꝙ diu ta
lis dux in nobis vigebit: ſemper vincimˀ
hoſtes. Sed rex iſte in nobis mortalis eſt
ex culpa a nobis cōmiſſa. Ideo dominus



plicē regis ordinauit purā cōfeſſionē/ ne in
peccato a diabolo capiamur: dicēs iuda rex
meus. i. confeſſio. ¶ Octaua ppoſitio. Sa
cramentū cōfeſſionis maxime a chriſto in-
ſtitui debuit in tēpore gratie: hoc em̄ maxi
me requirebat tēpus plenitudinis ⁊ abun
dantie: in quo maxime debuit abūdare mi
ſericordia eiˀ triplici ratione. Prima ad ho
minū attractationē. ad quod multū valet
miſericordia ⁊ māſuetudo. iuxta illud Can.
j. oleū effuſum nomen tuū: ideo adoleſcen-
tule dilexerūt te nimis. Nomē dei fuit oleū
effuſum quādo ſm ſuam miſericordiā ſal-
uos nos fecit. Propter quā miſericordiam
precipue mūdus poſt eū cucurrit. Bernar.
Omnino ppter manſuetudinē que ī te pre
dicatur currimus poſt te dn̄e Ieſu: audien
tes ꝙ nō ſpernis pauperē peccatorem/ nō
horruiſti confitentē latronē: non lachrymā
tem peccatricē: non ſupplicantē chananeā
non deprehēſam in adulterio: non ſedentē
in theloneo: nō ſupplicantē publicanū: nō
negantē diſcipulū: non perſecutorem diſci
pulorū: non ipos pſecutores tuos. In odo
re vnguentorū horū currimˀ. Scda. vt exē
plo ſuo hoīes ad miſericordiā/ deo maxime
placentē ⁊ hoībus maxime vtilem/ inuita-
ret. Vn̄ ſuper illud oleū effuſum dicit gloſ.
Sponſus a patre miſſus ad ſpōſam venit
vnctus vt ſpōſam vngat vnguēto. Tertia
vt peccatū deſperationis deˀ a mundo tol
leret ⁊ expelleret. Vn̄ quādo filius dei con
ſummauit opus ſalutis noſtre: ne aliq̄s lo
cus deſperationis remaneret: homini indi
gnū omni dono q̄ latrocinio dānationē me
ruerat tā temporalē q̄ eternā: cuius culpa
certa erat: quia iā ſuſpēſus erat tpali morti
et eterne ppinquiſſimus/ regnū celi dedit
eadē die poſſidēdum. De quo Aug. Conſi-
derabat latro facinora ſua: ⁊ p magno ha
bebat ſi ei vel in fine parceretur. Dn̄s autē
ait continuo. Amen dico tibi hodie mecum
eris in paradiſo. Miſericordia obtulit qd̄
miſeria diſtulit.

B
Confeſ
ſio.
Confeſ
ſio de-
buit iſti
tui tpe
gratie.

¶ Sermo octauus de penitentia:
et ſecūdus de confeſſione.

LActantius inſti
tutionū diuinarū libro ter-
tio reprehēdit Pythagorā
dicentē nos natos eſſe cau-
ſa ſolis videndi: ſed magis
nos natos eſſe cauſa laudādi deū. Inde in

B
Fides:
Quō p
auditū
cogno-
ſcitur
ea que
ſunt fi-
dei.

pſ. cxlviij. cū fit mētio de creatione omniū
creaturarū: et de enumeratiōe earū ſtatim
oēs admonentur laudare deū: ac ſi eſſet fi-
nis earū. Sed qui nō cognoſcit corporeis
oculis vix laudari pōt a corporea creatura
niſi per auditū cognoſcatur eiˀ bona fama
⁊ de eo opinio habeat. Propterea non co-
gnoſcimˀ deū niſi ex auditu fidei. pſ. Quā-
ta audiuimˀ ⁊ cognouimus ⁊ patres noſtri
annuntiauerunt nobis. Ideo filij Iſrael ex
auditu p Moyſen cognoſcētes ſuū libera-
torē vt ad eū peruenirent dicebāt Pharao
ni. Ibimus viā triū dierū in ſolitudine vt
ſacrificemus deo noſtro. Per viā em̄ illorū
triū dierū: ⁊ non aliter ad deū peruenitur.
Qd̄ ſignificatū eſt p duas tabulas Moyſi
quarū primis fractis fuerūt ſcde reſtitute:
qꝛ fracta innocētia per peccatū ſolū reſtat
penitētia q̄ eſt ſcda tabula poſt naufragiū.
Eamus igit viā triū dierum cū regina Sa
ba: cui nō ſatis fuit audire famā Salomo-
nis/ niſi ipſa in ppria perſona eū videret ⁊
audiret: ⁊ ſic letata eſt benedicēs deū: nunc
aūt audimus per fidem ⁊ timemus quō ti
mebant filij Iſrael audiētes vocē dn̄i terri
bilē in monte Sinai nō audentes tangere
mōtē. Audiuit Adā ⁊ timuit: audiuit Aba
cuch ⁊ timuit. Dn̄e inquit audiui auditum
tuū ⁊ timui. Venit autē Salomon pacifi-
cus mitis ⁊ humilis corde: ⁊ in tribus die-
bus accedunt ad eum peccatores et publi-
cani: iuuenes ⁊ ſenes: pauperes ⁊ diuites.
Habeamus igitur acceſſum ad eum per il-
lam per quam acceſſit ad nos virginem ſcꝫ
glorioſam cui dicamus. Aue.
¶ In hoc ſermone dicturi ſumus qd̄ in pre
cedēti relictū eſt ſcꝫ cui faciēda eſt cōfeſſio.
¶ Pro cuiˀ reſpōſione ſit prima ppoſitio.
Sacerdoti faciēda eſt cōfeſſio: hoc apparet
q̄tuor de cauſis principaliter. Prima qꝛ ſa-
cerdos paſtoris hꝫ officiū. Prouer. xij. No
uit iuſtus iumētorū ſuorū aīas. i. prelatus
aīas ſubditorū ſuorū. Unde Bon. iiij. diſt.
xvij. Ne forte lupi abſconderent in grege q̄
manducarēt agnos: inſtitutū eſt vt vultus
cōſcientiarū ſuarū ſacerdotibus oſtēderēt:
in vultu em̄ agnoſcitur agnus vel lupus.
Et ſi queratur. Quid debet facere ſacerdos
curatˀ vel vicariˀ: ſi cognoſcat magnū pec
catū regnare in ſua parochia? Reſpōdetur
primo ꝙ nō debet ipm̄ reuelare in particu
lari: nec verbo nec ſigno/ nec nutu/ aut ali-
quo alio modo q̄ poſſet pticulariter agno-

C
Confeſ
ſio.
Sacer-
doti fa-
cienda
eſt ꝯfeſ
ſio ppt
multa.
D
Confeſ
ſio.
Quid
dꝫ face
re cura
tˀ ſi ma
gnū pec
catū re
gnet in
ſua pa-
rochia.

Univerſidad de Deusto Biblioteca



ſci vel etiā ſuſpicari de quacūꝫ ꝑſona par
ticulari. Dicitur ſcđo ꝙ ſynodus epoꝝ ad
hoc ordinaꝛ vt maioꝛ prelatus induſtria ⁊
donis ſibi a deo datis: ⁊ cōſilio ſapientū ſa
luti periclitātiū aiarū ſubueniat. Ideo tūc
debet epūs vel eiꝰ vicarius: idoneus ſingu-
los curatoꝝ interrogare que pctā maxime
regnant in parochijs ſuis: ⁊ illi in generali
poſſunt dicere vel pctm̄ luxurie: vel pecca-
tū inceſtus ⁊c. Quibꝰ dictis ⁊ oībus cōpa-
ratis: tūc ſapiēter aduerſus diaboli machi
nas machinā poteſt erigere / nō inducendo
multā pecunie: q: (vt ait Cyprianus) non
timetur qđ emitur. Emūt multi ⁊ ſacerdo-
tes ⁊ laici cōcubinas ſuas: redimūt vſuras:
⁊ ad om̄e facinus laxanꝛ. Olim iſta cogno
ſcebāt epi dum actualiter viſitabāt ⁊ prin-
cipales caſus reſeruatos audiebant. Nunc
aūt (proh doloꝛ) mutatꝰ eſt coloꝛ optimus:
ſed nō mutatione dextre excelſi: ita vt ꝓ pa
ſtoribꝰ qui deberent cuſtodire vigilias ſup
gregē ſuū ⁊ viſitare ipm: habeamus potiꝰ
lupos ⁊ raptores vel luxui ⁊ pigritie dedi
tos ⁊c. ¶ Secūda ratio: q: diſpēſatoris hꝫ
officiū. Ei em̄ dñice pecunie ⁊ talentoꝝ eiꝰ
diſpēſatio credita eſt ⁊ multiplicatio iniū-
cta. Ex quo tenemur nos pctōres reddere
rationē maioribꝰ diſpēſatoribus ⁊ camera
rijs chriſti. Minores em̄ ſuperioribꝰ diſpē
ſatoribꝰ rationē reddere teneꝛ: illi ſo dño
vt fieri cōſueuit in curijs regū vel pncipū.
Sic ſacerdotes ſuperiores camerarij qbus
oēs theſauri celeſtes cōmiſſi ſunt in die iu
dicij cōputabunt de aīabus ſibi commiſſis
tāqꝫ de ſuis villicationibꝰ. Et ideo nunc vi
deamus quō cōputum reddemus. Nunc p
vicariū audit ipm in fine per ſeipm auditu
rus. Primꝰ cōputus facilioꝛ. Tum q: ille q
cōputū audit nihil ſcit de miſerijs ⁊ factis
niſi quantū dicis. Tū ſcđo q: fit in ſecreto /
nec ſcit auditoꝛ defectꝰ tuos. Deus aūt oīa
nouit: ⁊ in publico corā oībus defectus tui
compoti audiet / ⁊ totus mundus videbit.
Meliꝰ eſt ergo aggredi primū cōputum ꝙ̄
expectare ſecundū. Vñ Caſſiodorus ſuper
illud ps. Confiteanꝛ tibi populi deꝰ. Illis
nō iudex ſed aduocatꝰ eſt chriſtus q ſe pro-
pria confeſſione dānarunt. ¶ Tertia ratio:
q: officiū gerit iudicis. Et ideo q: cū deo in
curia noſtra ⁊ foro iuſtitiā de nobiſipſis fa
cere tenemur: ſua intereſt ne per errorē no-
ſtrū aut incuriā cauſa ſua quam cōtra nos
habet periclitetꝛ; ideo prouidit ſibi ⁊ nobis

de aſſeſſore ſacerdote diuini iuris perito: q
cauſe ſue examinationi interſit: ⁊ cuius cō-
ſilio cauſa illa examinetur ⁊ termineꝛ. Hoc
em̄ facere ſolēt in curijs alienis litigaturi:
ſcꝫ mittere pro ſe qui videat ne forte in iu-
dicio illo iniuſte grauetur. ¶ Secūdo vt ait
Guil. Pariſ. Si iniurie ⁊ particulares ini-
quitates habēt particulares iudices ⁊ ſpe
ciales. Ita ꝙ rex eis non intēdit niſi p ſub
ditos: a fortiori ꝓuidebit ſibi dñs conſilia-
rios ⁊ iudices ad iudicandū. Oportet autē
iudices cognoſcere leges ſm quas iudicāt.
Quis autē magis habet cognoſcere leges
euāgelicas ꝙ̄ ſacerdos: q habet docere po-
pulū ⁊ diſcernere inter leprā ⁊ leprā. ¶ Ter
tio ſi ſubditus ſecularis vel ſeruus videat
dānificationem regis ita ꝙ cognoſcat ali-
quē qui prodat aliquā ciuitatē regi perti-
nentē: nūquid teneꝛ in abſentia regis mit-
tere ꝓcuratori eius? Si ergo in iſtis corpo
ralibꝰ que non ſunt ſpūalibus cōparanda
talis fit diligētia: ſequiꝛ ꝙ hō qui per pec-
catū ⁊ abominationes factas terrā quā in
homagio tenebat de deo prodidit et alteri
contulit ſcꝫ diabolo: maxime hoc teneꝛ ac-
cuſare ꝓcuratori regis q eſt ſacerdos diſpē
ſans bona dñi ſui: ⁊ procurās tāqꝫ rationē
redditurus. ¶ Quarto ſi quis in ciuitate vi
deat cōbuſtionem incēdij: aut depredatio-
nem in aliqua parte ciuitatis / nōne cito cla
mat ad ignem / vel ad latrones / ⁊ nūtiabit
vt ſuccurraꝛ: ⁊ quāto magis ad eū attine-
bit / clamabit? Concupiſcentie quas habes
incendūt aīam tuā. peccata furanꝛ eā deo
⁊ tradūt diabolo exactori ⁊ tyrāno: ⁊ tu nō
clamabis ad auxiliū ad eū qui pōt? Et ille
eſt ſacerdos teſte dño dicēte. Quodcūqꝫ ſol
ueris erit ſolutum. i. quicqđ extinxeris erit
extinctū. ¶ Quinto ſi ſit aliqs turbatoꝛ pa-
cis qui cōtradicat mandato regis: vel velit
inobediens eſſe mādato regis: nōne qlibet
debet eū ſtatim accuſare iudici vel procura
tori: ⁊ maxime quāto turbatio ſibi propin-
quioꝛ? Et ecce impius inter deū ⁊ aīam ſuā
ponit litem. Eſa. xlviij. Non eſt pax impijs
dicit dñs: ⁊ inter ſeipſum ⁊ cōſcientiā ſuā.
Vñ peccatū manifeſtū pacem exteriorē tur
bat ⁊ interiorē: quia pacē exteriorē turbat:
ideo iudicio ſeculari corrigiꝛ: ergo quia pa
cem interiorē turbat iudicio ſpūali anime
dimittitur: ⁊ q: pacē ſpūalem tantūmodo
turbat / tantūmodo ſpūali aīe iudicio dere-
linquiꝛ. Et ſicut per alienā accuſationē co-



ram publicis poteſtatibꝰ emendanꝛ mani
feſta peccata: ſic per propriā accuſationē in
cōfeſſione emendātur occulta. Non em̄ fas
eſt vt inemēdata maneāt occulta. Si ergo
quis teneꝛ querere correctionē fraternam:
nōne plus teneꝛ ſeipm nō negligere / ⁊ pro
priā querere? ¶ Scđa ꝓpoſitio. Soli ſacer
doti faciēda eſt cōfeſſio. Patet primo quia
ex antiqua lege. Leuiti. xvij. Si difficile qđ
et ambiguū ortū fuerit: ibis ad ſacerdotes
leuitici generis: quāto magis in his q am-
bigua ſunt ad ſalutē anime eūdū eſt ad ſo-
lum ſacerdotem? Hinc ⁊ oēs ciuitates refu
gij fuerūt leuitarū. i. ſacerdotū. in quo oſtē
ditur ꝙ cū qs peccat ad ſacerdotes refuge
re debet. Vñ ait dñs peccatori. Can. ij. So-
net vox tua in auribꝰ meis. Aures dei ſunt
ſacerdotes qbus verba mentis reuelanda
ſunt. Qđ ſi ea nō audierint audiet ea deus
ad malū noſtrum: ſicut fecit filijs Iſrael de
qbus ps. Audiuit deus ⁊ ſpreuit eos: ⁊ ad
A Confeſſio. In nullo caſu confitēdus eſt laico.
nihilū redegit valde Iſrael. ¶ Tertia ꝓpo
ſitio. In nullo neceſſitatis articulo tenetur
qs laico cōfiteri: q: ſm Durandū. iiij. diſt.
xvij. Ceſſante pncipali ceſſat acceſſoriū: ſed
cōfeſſio fit pncipaliter ꝓpter abſolutionē:
ergo ſi deſit copia ſacerdotis qui ſolus pōt
in foro penitētie abſoluere / abſolutꝰ eſt pe-
nitēs ab obligatione. Vñ Altiſſiođ. recitat
ꝙ cū quedā nauis periclitaretur in mari: ⁊
qdā magnus pctōꝛ timore mortis imminē
tis horrēda cōfitereꝛ in publicū pctā: ita vt
quidā coꝝ aures obturarēt ꝓpter horrorē
ſedata tēpeſtate nullus coꝝ q in naui dege
bāt meminit coꝝ que cōfeſſus erat in parti
culari: pter ſacerdotē quedā qui tūc cū illis
erat i naui: ad inſinuandū ꝙ ſolis ſacerdo-
tibꝰ ſub claue deſiderate abſolutiōis reue-
landa ſunt pctā. Licitū tū hoc eſſe poſſet: ſi
ex ſola humilitate ad habendū cōſiliū: vel
ad verecundiā propter deū hoc qs faceret:
cū verecūdia ſit pars ſatiſfactionis: dūmo
do cōfitēs nō ſubijciat ſe laico vt miniſtro.
B Confeſſio. Quilibet catholicꝰ tenetur cōfiteri ꝓprio ſacerdoti.
Hoc em̄ eſt illicitū: q: ſicut nō ſacerdos pec
caret ſi ſe gereret ꝓ miniſtro huiꝰ ſacramē-
ti ⁊ irregularis eſſet: ſic peccaret q ſe ſubij-
ceret non ſacerdoti vt miniſtro. ¶ Quarta
ꝓpoſitio. Quilibet catholicus adultus te-
netur omni anno proprio ſacerdoti / aut eiꝰ
vicario cōfiteri ſi aſſit ei opportunitas. Pa
tet per illā decretalē. Omnis vtriuſqꝫ ſexꝰ.
Unde Deuꝛ. xxij. Si qs oppreſſerit puellā
et clamauerit dato ꝙ nō audita fuerit: ipa

nullatenus morietur. Si vero nō clamaue
rit: cū ſuo oppreſſore occidetur. Clamoꝛ eſt
cōfeſſio que quādoqꝫ nō auditur quādo ſo
lum ſtat interius in ſola cordis cōtritione:
quādoqꝫ auditur in verbali prolocutione.
Quando autē diabolus aliquā animā per
peccatū opprimit: tūc ſi vere per confeſſio-
nē clamauerit: dato ꝙ ſacerdotē qui eū au
dierit nō inuenerit: mortē perpetuā nō in-
currit. Sufficit enim peccatori clamoꝛ cor-
dis / ſi non ſit ſacerdos qui audiat verbum
oris. ps. Clamauerūt ad dñm cū tribularē
tur: ⁊ de neceſſitatibus eorū liberauit eos.
Propter qđ chriſtianis qui ſunt inter Sar
racenos captiui ſatis eſt ꝙ confiteanꝛ deo
cū propoſito confitendi ſacerdoti offerente
ſe opportunitate. Si autē anima ſit p pec-
catū oppreſſa ⁊ non clamauerit: ⁊ clamorē
in cōfeſſione cōtra diabolū oppreſſorē non
emiſerit: illa cū ſuo oppreſſore in eternū pe
ribit. ¶ Sed multi ꝓpter multa ſpernunt
C Confeſſio. Propē multa multi ſpnunt ſacerdotem cōfeſſorē.
confeſſorē: nec ei confitētur. Primo ꝓpter
malā vitā ſacerdotis qui nullo modo inci-
tat peccatores ad penitentiā. Non confidit
eger in medico: qui ſibi non ſubuenit. Scri
ptū eſt em̄. Medice cura teipm. Nec quere
re poteſt qs mel gratie: vbi fellis ⁊ peccati
amaritudo inuenitur. Alij ſpernūt ſacerdo
tem ꝓpter bonā vitā ſacerdotis. Quia em̄
vident eius vitā optimā: ⁊ ſuā vitam peſſi
mā in cōparatione ad vitā bonam ſacerdo
tis ⁊ nimis ab ea diſtare / ſibi erubeſcūt cō-
fiteri. Tanta em̄ eſt aliquādo vita boni ſa-
cerdotis: ꝙ ſolum ſue vite exēplum percu-
tit oīa interiora peccatoris. Conſidera ergo
quid faciat verbum eius quādo ſola appre
hēſio ſic eum terret ⁊ erubeſcere facit. Sed
tales erubeſcunt de optimo medico ab eo
querere ſanitatē: cū tamen non erubeſcant
coquini a magno diuite querere eleemoſy-
nā. Unde taliū ſeptem ſunt fatuitates. Pri
ma ꝙ tales nolunt facere vt animā liberēt
a morte eterna: quod facerent vt corpus li
beraretur ab infirmitate corporali. Liben-
ter em̄ eis confiterētur: ſi ſe ſcirent a morte
corporali liberādos. Secūda eſt: quia pro-
pter infirmitatē corporalem care conducūt
medicos etiā inexpertos ⁊ medicinas que
aliquādo eis nihil proſunt: nec prolōgant
vitam: ⁊ tamē circa certā anime ſalutē me-
dicum expertum qui nihil petit niſi ꝙ mor
bum ei oſtendas: qui etiā medicinam certā
dabit: que etiam conferet vitam eternam

Univerſidad de Deuſto
Biblioteca



ſepe vſq; ad finem quadrageſime fugiūt ⁊
declināt. Et ſi qñq; ſe offerat medicus ſpi⸗
ritualis gratis: dicet vel alius circa eū exi⸗
ſtēs. Adhuc fortis eſt bñ cōualeſcet. Si ſi⸗
bi loqueremur de cōfeſſiōe eſſet triſtior: vel
offenderet et crederet ꝙ citius deberet mo
ri iterūveniatis. Itē dicet. Modo eſt in ſu
dore/ vel in calore. Item dicet ꝙ modo nō
pōt loqui. Itē modo mortuus eſt et ſepul⸗
tus ī inferno. Tertia fatuitas eſt: q: ꝓ mil
le libris vel regno tēporali habendo cōfite
retur: ⁊ nō vult hoc facere ꝓ regno celorū.
Quarta eſt: q: ſi quis eſſet ligatus aut ca⸗
ptus: et clamore poſſet liberari/ ſtultꝰ eſſet
ſi nō clamaret. Clamet ergo cōtra diabolū
dicēs illud Tob. xiij. Ego aūt in terra capti
uitatis mee cōfitebor illi. Quinta eſt: quia
aliena pctā nō erubeſcit dicere detrahēdo
ad ſui damnationē: ⁊ erubeſcit ſua cōfiteri
ad ſuam ſalutem. Sexta: q: quādoq; plus
facit oſtēdere ebrietas q̄ tota doctrina ec⸗
cleſie: vel ſalus anime. Sicut de quadā mu
liere que cū frequēter ſuſpiraret: ⁊ cauſam
ſui ſuſpirij nullo modo ſobria voluiſſet ſuo
narrare marito: tādē ebria aperuit cauſam
illius fore vnum peccatū de quo nūq̄ con
feſſa erat: et peccatū nominauit: de quo cū
in craſtino ei rememoraretur: et ad eccleſiā
ire faceret vt cōfiteretur cōfiteri noluit: ſed
nocte ſequenti preſcidit guttur ſuū. Septi
ma ex hoc ꝙ plus ea volūt confiteri coram
toto mundo q̄ corā vno hoīe. Agat igitur
homo mulieris exēplo que in ſpeculo ſe re⸗
ſpiciens prius tergit maculas quas habet
in facie q̄ exeat domū ne corā populo dif⸗
fametur. Sic priꝰ tergende ſunt macule in
ſpeculo vite boni ſacerdotis q̄ exeat ani⸗
ma domū corporis. Sunt et tertij qui ſani
cōtemnūt ſacerdotē: ſed infirmi ad eū velo
citer mittūt. de quibus Geñ. xlvj. Egyptij
deteſtātur paſtores ouiū. Iſti ſunt ſimiles
Benadab/ qui prius in ꝓſperitate poſitus
Heliſeū mādauit occidi: et infirmitate con
ſtitutus ipm honorari precepit. Tales em̄
in proſperitate ſanctos viros et religioſos
contēnunt: et in infirmitate ⁊ tribulationi
bus poſiti ad eos ⁊ eoꝝ orationes humili⸗
ter recurrūt. Cū em̄ ſunt ſani parū de Heli
ſeo. i. medico curāt: infirmi vero eū cū mu⸗
D Sacer⸗dos. Quid neribus querūt vt cōfiteantur. ¶ Quinta
propoſitio. Per propriū ſacerdotē intelligi
mus ſummū pōtificē: epm dioceſanū: preſ
byterū parochialē: et eoꝝ vicarios ſeu com

miſſos. Et talis ſacerdos parochialis eſt
proprius ſacerdos oīm vagabūdoꝝ: ⁊ eoꝝ
qui nō habent propriū domiciliū q̄diu in
eius parochia inueniuntur: vt ſunt merce⸗
narij/ mercatores/ milites/ ſtipēdarij/ et pe
regrini. Securiꝰ tñ eſſet qñ peregrinari vo
lūt licētiā accipere a ꝓprio epo vel ſacerdo
te parochiali vbilibet cōfitēdi ⁊ peregrinā
di: q: vt habetur de peni. et remiſ. c. ſi eps.
nulla conſuetudine pōt introduci vt q̄s eli
gat ſibi cōfeſſorē ſine ſui ſuperioris licētia
aut tacita: vt puta q: vident ⁊ tolerāt cum
poſſint prohibere: aut expreſſa. Si tamen
poſſint habere copiā ſui proprij ſacerdotis
pñt ei cōfiteri etiā in aliena parochia: quia
proprij ſacerdotes pñt vbiq; audire ſuos
ſubditos/ ⁊ abſoluere in foro penitentiali:
q: vt dicit lex. In his que fiūt ſine ſtrepitu
et ſub ſilentio nullius leditur territorium.
¶ Et ſi queraẜ an ſacerdos parochialis de
beat faciliter dare licentiā ſuis ſubditis al
teri cōfitēdi. Reſpōdeo ſm Tho. in. iiij. di.
xvij. ꝙ multi ſunt adeo infirmi ꝙ potiꝰ ſi⸗
ne cōfeſſione decederēt q̄ confiterētur tali
preſbytero. ideo inquirere debet cui vult cō
fiteri: ⁊ ſi ſit bonus ⁊ timēs deum debet ei
cōcedere: ſin autē nō. Unde (vt dicit idē do
ctor) ſunt aliqui q̄ ſunt nimis ſoliciti vt cō
ſciētias ſciant ſubditoꝝ. ⁊ tales multis dā
nationis laqueū iniiciūt: et per cōſequens
ſibi ipſis. Si tñ cōfeſſor ad quē vult ire ha⸗
bet alio modo auctoritatē audiēdi et nō ſit
idoneus: ꝓ viribus inducat eū vt non va⸗
dat. Sin autē relinquat eſt arbitrio ſuo: q:
ſibi nō imputabiẜ ſi male ꝯfiteaẜ. ¶ Sexta
ꝓpoſitio. In caſu neceſſitatis extreme omi
ſacerdoti pōt q̄s cōfiteri. Tūc em̄ preſumi⸗
tur eſſe ſuus ſacerdos cum ꝓprius haberi
nō pōt. ⁊ hoc intelligēdū eſt ſi nō ſit excōi⸗
catus excōicatione maiori: q: ſi abſolueret
excōicatus: inde ſcandalū oriretur in eccle⸗
ſia. Tum ſcdo: q: excōicato cōicare nō licet.
Nō em̄ faciēdū eſt illicitū ꝓpter quodcūq;
bonū quod exinde prouenire creditur: ergo
propter bonū confeſſionis nō eſt excōicato
cōmunicādū. Et hoc eſt intelligēdū ſi ſciat
eū eſſe taliter excōmunicatū tāta certitudi
ne quāta requiritur ad hoc vt vitetur excō
municatus: quia tūc nō debet ei confiteri.
Et q: poſſet quis dicere ꝙ pōt cōmunica⸗
ri licite ꝓpter bonū tēporale excōmunica⸗
ti: ergo a fortiori pro ſalute ꝓpria ſpiritua
li. Ideo cōtra hoc ſic arguitur. Qui ſuſpen

Intelli⸗gitur ꝓpriū ſacerdotem.



ſus eſt maiori excōmunicatione/ ſuſpenſus
eſt ab vſu clauium etiam in quocūq; caſu.
Etiā cū ſacramenta debeāt conferri in eccle
ſie vnitate/ ab illis recipi nō debent q̄ ſunt
ab illa vnitate ſeparati vt ſunt excōmuni⸗
cati. Et hoc tangit Aug. lib. de vera ⁊ falſa
penitētia: ⁊ habeẜ de pe. diſ. vj. Nemo pe⸗
nitere digne pōt: quē non ſuſtineat vnitas
eccleſie. Ideoq; non petāt ſacerdotes ꝑ ali
quā culpam ab eccleſie vnitate diuiſos. Iu
das penitēs iuit ad Phariſeos: reliq̄t apo
ſtolos: nihil inuenit auxilij niſi augmētum
deſperationis. Ex q̄bus verbis apparet ꝙ
excōicato nō eſt faciēda cōfeſſio: q: diuiſus
ab eccleſia. Et ſi arguaẜ de baptiſmo q̄ pōt
recipi in neceſſitate ab hereticis ⁊ excōmu⸗
nicatis dūmodo ſeruent formā ecclie. Diciẜ
ꝙ nō eſt tante neceſſitatis cōfeſſio: ſicut ba
ptiſmus q̄ eſt ianua ſacramentorū. Suffi⸗
cit em̄ in neceſſitatis articulo cōfeſſio ī vo⸗
to vel in ꝓpoſito. Si vero ſacerdos ſit tan
tūmodo excōicatus excōicatione minori te
neẜ ei cōfiteri: q: tunc nō eſt vitādus. Licet
em̄ ſit ſeparatꝰ a ſacramētorum perceptio⸗
ne: nō tñ ab eoꝝ collatione. maxime in caſu
neceſſitatis: nec talis ſic excōicatus eſt ab
vnitate ecclie ſeparatꝰ ⁊ cōicatione fideliū:
ſed ſolū a ꝑceptione ſacramentorū. Si aūt
eſſet excōicatꝰ excōicatione maiori: nec eſſet
publice notatus poſſet ei cōfiteri in tali ne
ceſſitate: raro tamē caſus iſte accidit.

¶ Sermo nonus de penitētia: ⁊ de confeſ⸗
ſione tertius per thema precedens.

A Confeſ⸗ſio. De du⸗plici cō⸗feſſione laudis ſcȝ pec⸗catoris

TBimus viam
triū dierum ⁊c. ¶ Secūda
dieta in ſolitudine penitē
tie eſt confeſſio: que videẜ
duplex iuxta illud pſ. Cō
fitemini dño quoniam bo
nus: quoniā ī ſeculū miſericordia eiꝰ. Una
em̄ eſt cōfeſſio laudis qua confitemur dño
quoniā bonus. Scda eſt cōfeſſio peccati vt
deleatur: qua cōfitemur qm̄ in ſeculū miſe
ricordia eiꝰ. Prima eſt ꝓpter deū. Secūda
ꝓpter noſtrā vtilitatē: ideo ſecūda quodā⸗
modo ordinaẜ ad primā q: ſecūda quodā⸗
modo mercenaria eſt. In hoc em̄ ꝙ q̄s con
fitetur peccata ſua ſe reddit dignū laudare
deū. pſ. Preoccupemus faciē eius in cōfeſ
ſione: ⁊ ſic in pſalmis iubilemꝰ ei. Indignū
em̄ eſt vt ruſticus ⁊ vilis homo male odo⸗
rans ⁊ fetēs vilibus indutus laudaret im⸗

peratorē. Prima tñ confeſſio tripliciter fit.
corde: ore: ⁊ opere: ſm tria genera ſacrificio
rū olim in antiqua lege fieri conſuetorum.
Primū ſacrificiū erat hoſtia pacificorum.
Secundū oblatio ꝓ peccato: ⁊ tertiū holo
cauſtū. In primo partē vnā habebat offe⸗
rens: ſecundā ſacerdos: tertia ꝓ deo crema
baẜ. In ſecūda vnam partē habebat ſacer⸗
dos: reſiduū ꝓ deo cremabaẜ. In tertia to
tum ꝓ deo cremabatur. qd̓ vocabaẜ holo⸗
cauſtū hoc eſt totū incenſum. Prima pars
correſpōdet cōtritioni que fit in ſolo corde
de qua pſ. Sacrificiū deo ſpūs contribula
tus. Unā partē hoſtie hȝ offerens cū non⸗
dū peccata per confeſſionē euomuit. Secū
dam cū illa euomet expectat ſacerdos: ter⸗
tiā vero partē ignis diuini amoris ſuccēſus
flabello timoris cremat ⁊ incēdit. Unde et
Tob. vj. iſta eſt particula cordis quā ſi ſup
carbones ponas/ fumus eiꝰ extricat omne
genus demoniorū. Scda vero hoſtia perti
net ad cōfeſſionē: in qua partē habet ſacer
dos cū aſportātur ei pctā: reſiduū vero cre⸗
matur igne deuotionis. Tertia vero hoſtia
eſt ſatiſfactionis: q̄ manu fit ſatiſfaciēdo ꝓ
delictis: ⁊ cūcta operatur igne diuini amo⸗
ris ſuccēſa: ita ꝙ oīa propter deū ⁊ ad glo⸗
riā eius fiunt. Hec triplex hoſtia que ſacrifi
catur in cōfeſſione peccatorū: ordinatur ad
cōfeſſionem laudis: q: nō eſt ſpecioſa laus
in ore pctōris. Eccli. xv. Hinc Seneca. Tam
turpe eſt laudari a turpibus q̄ ob turpia:
hoc em̄ eſt offerre incēſum dignū ī vaſe im
mūdo in odorē fetidū pctōꝝ nō in odorem
ſuauitatẜ. Et vt ei digne cōfiteamur vtraq;
cōfeſſione eā per quā magnificata eſt ꝑ orꝰ
bē vtraq; cōfeſſio: ſalutemꝰ dicētes. Aue.
¶ Conditiones vere cōfeſſionis ſatis inue⸗
niūtur ex dictis in pſ. Dixi confitebor ad⸗
uerſum me iniuſtitiā meā dño: ⁊ tu remiſi⸗
ſti impietatē peccati mei. In q̄bus ſex tan
gūtur. Primo ꝙ ſit deliberatiua: quia dixi.
Secūdo ꝙ ſit integra: ideo ſubdit confite⸗
bor. i. ſimul oīa fatebor. Tertio ꝙ ſit accuſa
tiua nō excuſatiua cū diciẜ: aduerſum me:
Quarto ꝙ ſit diſcreta: cū dicit iniuſtitiam
meā: non alienā. Quinto ꝙ ſit ꝓpter bonū
finem ⁊ ſyncerū. ideo ſubditur dño. Sexto
ꝙ ſit fidelis cū fide remiſſionis peccatorū:
ideo ſubditur: ⁊ tu remiſiſti impietatē pec⸗
cati mei. Licet preter iſta ſex alie multe po
nantur a doctoribꝰ: vt ꝙ ſit ſpontanea/ ꝙ
ſit frequens: ꝙ ſit velox: ⁊ ſic de alijs: tamē

B Sacri⸗ficium. De tri⸗bus ge⸗neribꝰ ſacrifi⸗cioꝝ in ātiqua lege.

Universidad de Deusto Biblioteca



oēs hmōi conditiones poſſunt ad iſtas ſex
reduci:de q̄bus oībꝫ poſtea videbiṫ. Nunc
C autē dicemus de p̄ma cōditione. ¶ Prima
Confeſ igiṫ cōditio confeſſionis eſt ꝙ ſit predelibe
ſio. ratiua:vt anteꝗ̄ ad ſacerdotē accedaṫ ſuf-
Ut ꝯfeſ ficiēter ſit diſcuſſa ⁊ examinata cōſcientia:
ſio ſit et precedat precogitatio omniū peccatorū
predeli mortaliū cū circūſtantijs mortaliter aggra
berati- uantibꝫ: vt dicat pctōr apud ſe cū ſpōſa in
ua. Canticis canticorū.iij. Surgā ⁊ circūibo ci
uitatē.i.conſcientiā meā:querā quē diligit
aīa mea ſcꝫ chriſtū. Sicut enim in corporis
reſurrectione oēs in vnū cineres viles col-
ligenṫ:ſic in reſurrectiōe anime oīa pctā in
vnū colligi debēt.pſ̄. Diſperſiōes Iſraelis
cōgregabit.diſperſiones.i.pctā diſperſa in
conſciētia.Et ad hoc nos hortanṫ quinqꝫ.
Primo ſcriptura ſacra.Eſa.xxiij.Sume ci-
tharā.i.age penitentiā.in cithara enim ten
dūtur chorde ad ſonum:ſic membra extēdi
oportet ad penitentiā:circūi ciuitatē.i.con
ſcientiā ne diabolus ibi lateat p pctm̄. Be-
ne cane.Bene canit q̄ bene confiteṫ. frequē
ta canticū illud:meretrix obliuioni tradita
vt memoria ſit tui.Quia em̄ oblita es crea
toris tui:ideo obliuioni tradita es. Itē pſ̄.
Cogitatio hoīs confitebitur tibi:⁊ reliquie
cogitationis.i. peccata memorata per cogi
tationes ⁊ in vnā cōfeſſionē redacta. diem
feſtū.i.diē ſolēnem ⁊ acceptā dño/agent ti
bi.Itē pſ̄. Quoniā iniquitatē meā annun-
tiabo:⁊ cogitabo ꝓ peccato meo. ¶ Secū-
do hoc idē oſtendit natura ſerpentū. Eſto-
te(inquit dñs)prudentes ſicut ſerpentes.
Mat.x. Serpēs nullo modo ſe bene rege-
re poteſt niſi caput habeat erectū vnde vi-
deat totū corpus ſuū. Sic homo in preſen-
ti vita non pōt bene regi niſi ſepe reſpiciat
cor ſuū:⁊ conſcientiā ſuam diligenter con-
ſideret:⁊ conſequēter caudā.i.mortem.pſ̄.
Anni noſtri ſicut aranea meditabunṫ.i. ad
modū eius quod facit aranea. Sicut enim
aranea in medio tele ſue reſidens oēm mo
tum factum in quacūqꝫ parte tele ſentit:et
ſtatim vbi fuerit fractura ordiṫ et reparat:
ſic anima in cētro cordis quaſi in medio ſui
omne factū in quacūqꝫ parte corporis ſui
et anime/vel etiā in qualibet alia parte de-
prehēdit:⁊ ſi ibidē homo ſufficienter ſtude
ret:cauſam ſue humilitatis illic ſufficiēter
inueniret. Michee. vj. Humiliatio tua in
medio tui.¶ Tertio ad hoc nos incitat na-
tura ſuis exēplis. Philoſophus.iij. Ethic.
vult conſilium et deliberationem precedere
actū virtutis:ita ꝙ ad actū virtuoſum re-
quiritur ꝙ ſit deliberatus:⁊ genus delibe
ratiuū precedit genus demonſtratiuū. Un̄
lib. de nugis curialium diciṫ ꝙ Plato fa-
ciem ſuā ſepe videbat in ſpeculo:nō curioſi
tatis gratia:ſed vt videret quantū per fer-
uorem ſtudij de naturali diſpoſitione ex fa
ciei indicio fuiſſet diminutꝰ:vt ſeruaret na
turam ne forte labore immoderato dietim
corrūperetur. Sic nos ſtatū conſcientie no
ſtre in ſpeculo anime conſiderare debemus
non curioſitatis gratia:ſicut illi q̄ in libris
contēplantur ſtatū hoīs ⁊ nihil inde cōmo
uentur: vt videat vnuſquiſqꝫ quātum ſibi
ablatū eſt de naturali diſpoſitione anime
per labores inordinatos quibꝰ laborant ho
mines vt inique agāt:⁊ vt ſeruet animam
ne inordinatis laboribus corrūpatur. Pſ̄.
Cogitaui vias meas:et cōuerti pedes me-
os i teſtimonia tua. ¶ Quarto ad hoc nos
erudit prudētia ſecularium hominū. Primo
aduocatorū. Sicut em̄ aduocatus allega-
tiones ſuas ordinat anteꝗ̄ corā iudice cō-
pareat:ſic tu anteꝗ̄ appareas corā ſacerdo
te tāꝗ̄ ſub iudice delegato a ſummo iudice
deo:debes allegationes peccatorū tuorum
contra teipſum allegare. Nam in foro con-
ſciētie tanto debet eſſe allegatio efficacior:
quāto cauſa grauior ⁊ periculoſior. Itē ad
hoc erudit ancille prudentia: que feces do-
mus primū ſcopit querēs eas vbiqꝫ:⁊ poſt
modū in vnū colligit angulū:et ſic per pal-
lam eas extra domū eijcit.pſ̄. Meditabar
nocte cū corde meo peccata mea/⁊ exercita
bar ea lugendo ⁊ in vnū colligendo:⁊ tunc
ſcopebā ſpiritū meum vndiqꝫ feces perqui
rendo:⁊ per pallā lingue in confeſſione ei-
ciendo.pſ̄. Sicut oculi ancille in manibus
id eſt operibꝰ dñe ſue:ita oculi noſtri ad do
minū deū noſtrum.i.ad opera eius donec
miſereatur noſtri. Inter omnia opera que
deo placēt eſt cōſideratio ⁊ confeſſio pecca-
torū. Sunt tamē aliqui ſimiles ancille pi-
gre que ſordes cōgregatas reponit in an-
gulo domus:⁊ ibi putreſiunt ⁊ fedant do-
mū. Sic multi pre verecūdia poſt examina
tionē ibi dimittunt peccata/nec confitenṫ.
¶ Quinto nos erudit ars multiplex. Pri-
mo medicine. Infirmus enim purgandus
prius preparationē accipit que prauos hu
mores cōmoueat:vt medicina ſequens hu
mores cōmotos eijciat. Sic volēs prauos



humores anime per confeſſionē purgare:
neceſſe eſt vt per diligentē examinationē ⁊
conſiderationē eos ſtudeat cōmouere. Se-
cundo hoc docet ars ratiocinij. Sicut enim
qui vocātur ad computū diligenter expen-
ſas in ſcriptis ponūt/⁊ locū/⁊ villā ⁊ tem-
pus/⁊ negotia circa que expenſas fecerūt
anteꝗ̄ ad computū accedant:⁊ pluries per
lapillos proijciūt:ſic in cōputo ſpirituali di
ligenter cōputādum eſt quomodo poſt vl-
timā confeſſionē vitā expendimꝰ:que plus
valet ꝗ̄ pecunia:in quo loco:in qua villa:ī
qua ſocietate viximus:q̄ peccata illi hoīes
cū quibus habitabamus facere ſolebant:⁊
ſi in illis malis ſocietatē vel cōſenſum pre-
buimus. Ratio em̄ vniuſcuiuſqꝫ dictat ꝙ
ſicut cū magna deliberatione cogitant ho-
mines peccata et malitias ⁊ deſideria ſua
implere/⁊ cū magna diligentia: ſic conſide
rare debent diligēter quomodo emendā fa
ciant dicentes illud. Eſa.xxxviij. Recogita-
bo tibi oēs annos meos in amaritudine
aīe mee:non ſolū ait cogitabo ſed recogita
bo:non ſolū vnum annū ſed oēs annos
meos.nō in delectatione ſicut quidam qui
cogitāt de peccatis ſuis vt in eis delectenṫ:
ſicut bruta que ſtatim nares ad feces ſuas
conuertunt. Sic iſti poſt confeſſionē recogi
tāt peccata vt delectētur in eis nō in ama-
ritudine anime ſue. Ratio em̄ dictat ꝙ cū
maiori ſolicitudine eſſet celū perquirēdum
ꝗ̄ infernus:⁊ ſanitas ꝗ̄ morbus. ¶ Circa
hoc queri ſolet primo:qualē ⁊ quantā dili-
A gētiam debeo facere vt ſciā me ſufficienter
Cōſciē- preparatū ⁊ ſufficienter cogitaſſe et exami-
tia. naſſe conſcientiā meā vt debite confitear?
Quā di Reſpōdeo primo ſm̄ Scotū in.iiij.diſt. ꝙ
ligētiā homo debet tātam diligentiā apponere in
dꝫ quis ſcrutinio conſciētie ſue in inquirendo mor
appo- talia a ſe cōmiſſa:quantā diligentiā appo-
nere vt neret vir prudens circa aliqd̄ multū arduū
ſufficiē qd̄ valde eſſet ſibi cordi. Sed conſtat ꝙ ho
ter exa- mines pro tēporalibus arduis acquirēdis
minet querunt ſtudioſiſſime amicos ⁊ media. Un̄
cōſcien Aug. Et allegatur a magiſtro diſt. xvj.iiij.
tiā ſuā. ſit paratus ꝓ recuperanda aīe vita facere:
que faceret ꝓ euitanda corporis morte. Et
ſubdit. Cū gaudio em̄ debet facere immor-
talis futurus:q̄ faceret pro differēda mor-
te moriturus. Scdō dꝫ ꝙ in nō frequenter
confitētibus ⁊ raro contritis male viuenti
bus:multū neceſſaria eſt diuturna delibe-
ratio. Qui em̄ intrant domū tenebroſam ⁊
obſcuram : nō ſtatim bene vidēt ea que ibi
ſunt:ſed oportet eos multū immorari. Sic
qui tranſeūdo nimis feſtināter ſuā conſciē
tiā tenebroſam reſpiciūt:non videt que ibi
latent. Morā igitur faciāt in reſpiciendo.
Cū per totū annū immēſa vis aquarū col-
lecta fuerit in vnū ſtagnū:nō cito poſtea to
ta defluit. Sic collecta per totū annū pec-
cata in vnā mentē vix fluere poſſunt in cō-
feſſione: niſi rupto obſtaculo euagationis
mētis circa terrena negotia ⁊ adiutorio dei
vt dicat qui hmōi eſt. Saluū me fac deus:
qm̄ intrauerunt aque vſqꝫ ad animā meā.
¶ Sed dices. Hec diligentia quā dicis eſſe B
mihi neceſſariā:qui per totū annū imo for Memo-
te per totā vitā non bene cōfeſſus ſum: eſt ria.
mihi īpoſſibilis ⁊ pauci ad eā perueniunt: Quatu
cū tn̄ vie dñi ſint faciles ⁊ late. Iuxta illud or valē
Pſ̄. Latū mandatū tuū nimis:cū etiā me- tia ad
moria mea ſit labilis q̄ tot ⁊ tantoꝝ pctōꝝ memo-
ſimul reminiſci nō pōt. Rn̄detur ꝙ ad me- randū
moriā habendā de oībꝰ q̄ cōmiſit hō qua- pctā p̄-
tuor valere pn̄t. Primū eſt frequēter audi- terita.
re v̄bā dei:in p̄dicatione em̄ reprehēdūtur
vitia ⁊ declaranṫ circūſtātie ⁊ modi peccan
di.pſ̄. Declaratio ſermonū tuoꝝ illuminat
tenebroſam cōſcientiā:⁊ intellectū dat par
uulis.i.in cōfeſſione humilitatꝭ. Scdm̄ ad
iutoriū eſt debita memorie ſue diſpoſitio:q̄
in cōſideratione q̄tuor cōſiſtere dꝫ. Primo
tp̄is quo diſtulit confiteri:videlꝫ q̇d in tali
vel in tali mēſe feſto vel feria faciebat boni
vel mali. Scdō locoꝝ in quibꝰ fuit vel habi
tauit lōge vel ꝓpe:⁊ q̇d in eis fecit. Tertio
ſocietatū quas frequētauit:⁊ q̇d in eis aut
cū eis locutione aut ope ꝑpetrauit. Quar-
to conſideret ſtatū in quo militat cuiꝰ opis
eſt artifex:ſi fraudes:ſi dolos: ſi mendacia
in eis cōmiſit:ſi matrimonio iūctus ⁊ q̇d in
eo commiſit ⁊ ſic de alijs. In reminiſcentia
iſtorū q̄tuor ꝗ̄ plurima ſciri faciliter pn̄t q̄
a memoria hoīs exciderūt. Et ſi iſta nō ſuf
ficiāt. Tertiū adiutoriū eſt vt hō ſcriptis re
digat que fecit vt memorie labilitatē ſup-
pleat ⁊ euagationē effugiat : nō ꝙ ſcripto
cōfiteatur mittēs confeſſori abſenti:q: nec
eſſet verecūda confeſſio: ⁊ apertis lr̄is poſ
ſet ſigillū cōfeſſionis reuelari:ſed etiā ante
confeſſorē que ſcripta ſunt legat ⁊ pro me-
moria videat. Quod ſi non ſufficit:querere
debet quartū adiutoriū ſcꝫ idoneum ⁊ pru
dentem confeſſorem:ita vt ſi non ſufficien-
ter cogitauerit ; faciat diſcretus confeſſor

Universidad de Deusto Biblioteca



qđ in ſe eſt diligēter informādo ⁊ ordinando: inquirendo et examinando cōſciētiam. Confeſſor em̄ debet eſſe ſicut adiutor cōputi: nō ad eū inuoluēdum et obligādum: ſed ad eū liberandū: ⁊ ne defraudet deū in circūſtantijs et periculis peccatorū. Auditor enim cōputoꝝ pro rege diligenter inſpicit ne quid debitoꝝ omittat villicus regis/ ſed dicit: hoc nō poſuiſtis in cōputo vro: oportet vt illud apponatis. Scđo debet eſſe cōfeſſor vt nauta reſpectu illius qui eſt extra nauē et vult intrare. Tabulā em̄ ⁊ plācam exponit per quā facilius intret: ⁊ ne de plāca cadat/ manū ei porrigit illum tenēdo: et ſic in nauim introducit. Sic cōfeſſor ei q̄ eſt extra nauem eccleſie per peccatū exponit ſecūdam tabulā poſt naufragiū: oſtendendo quante ſit virtutis: quomodo de filijs diaboli et heredibus inferni facit filios dei: et heredes celi: et ne in via deficiat: manū abſolutionis ⁊ celeſtis cōſolationis ⁊ reconciliationis ad deū: et debite interrogationis cōſciētie et ſcrutinij ei porrigit. Sicut Noe extendēdo manum/ colūbam in arcam introduxit: ita vt poſſit dicere confitens illud Pſ. Saluū me fecit dextera tua. Propter qđ qui timēt ne conſciētiā ſuā nimis trāſitorie examinauerint: querere debēt ſcientē et expertum cōfeſſorem qui ſuam ſuppleat negligētiam. Debet enim cōfeſſor (vt dicit Anſelmus li. de ſimilitudinibus) eſſe ſicut vector cenouerie que a duobus plena fimo deportatur. Nec em̄ ab vno tātum portari poteſt. Ideo ſacerdos diſcrete ſcrutans interiora cordis: ⁊ confitēs libere ⁊ veraciter ad interrogata reſpondēs facile oēm fimū peccatoꝝ extra conſcientiā deportāt.

C
Confeſſio.
Impedimēta ne quis ſtudioſe recogitet peccata ſua.

¶ Secūdo queritur que ſunt obſtacula que peccatorē īpediunt: ne ſtudioſe recogitet apud ſe que fecerit. Reſpōdetur ꝙ ſunt quatuor impedimēta. Primū eſt nimia mentis euagatio et circa aliena occupatio: vt patet in illis q̄ feſto et feria de mane vſq; ad veſperā mercibus ⁊ alijs negotijs occupātur ſola bona exteriora cōſiderātes: et bona anime poſtponētes. Ideo in coꝝ anima nullū eſt bonū. Pſ. Eſurientes et ſitiētes .ſ. exteriora bona: anima eoꝝ in ipſis defecit: habentes em̄ oīa bona extra: nihil intus boni habēt: et tamē illa exteriora bona mirabiliter affligūt hominē in acquirendo: in cōſeruādo: in litigādo pro eis: et in perdēdo ea. Propter quod deberent magis facere ſicut limax: qui cum pūgitur ſe retrahit infra teſtam ſuā .i. infra conſciētiam ſuā. Facit em̄ diabolus peccatori quod venator tigridi. Dū enim venator rapit fetus ſuos: poſt eū velociſſime currit tigris. Sed venator volens eam retardare ponit in via ſpecula in quibus dum faciē ſuā intuetur/ credit ſub eis eſſe catulos ſuos ⁊ morari eos ſub eis: et ſic paulatim et ſucceſſiue retardat quouſq; venator ad tutū locum veniat ⁊ fetus ei auferat. Sic pctōr videns ſe amiſiſſe bona que fecerat: volens ea per penitentiā recuperare: currēs ad confeſſionem retardatur per diuerſas occupationes ⁊ occaſiões quas ei ſubminiſtrat diabolus donec morte ſubita irruēte que prius fecerat omnino amittat. Sed ad hoc eſt vnū remediū: ſcilz meditatio mortis: per quā oīa perditurus ſaltē faciat ſaluā animā ſuā. Scđm bonorum tēporalium precium nullū: in quibus acquirendis vane occupat totū tēpus ſuū. Tertio meditatio circa mala ⁊ peccata que cōmittūtur in eis querēdis: amandis: ⁊ cōſeruādis: et perdēdis: ⁊ omittēdo ſalubria opera pro anima ſua. Multi enim frequēter bene viſitant ſua tēporalia ne in eis dānificentur: ſed de ſe nullā aut paruam curā habent: dolia ſua ſepe reſpiciunt ſi foramē inueniāt per quod modicū vini exeat vt illud obſtruāt. Si inueniāt ſepē vinee diſſipatam/ reparant: viſitant blada et prata. Itē ornatū ſuū ne ſit quod dedeceat: ſed ſi animā ſuā damnificatā inueniant per os/ aures/ vel oculos: nihil ei impendunt operis. i. Ioā. i. Uidete voſmetipſos ne perdatis que operati eſtis. Stultus eſt qui obliuiſcitur ſui: et qui curioſior eſt de alio ꝙ de ſeipſo. Ideo dn̄s Marc. xiij. c. Uidete voſmetipſos: nō diuitias: nō poſſeſſiones: nō vites: ſed voſmetipſos. Attēde tibi vbi potior es. Propter hec tria dicit rex Ezechias Eſa. xxxviij. De mane vſq; ad veſperam finies me. Ecce primū. Sicut pullus hirūdinis ſic clamabo: que clamat fy. fy. de bonis tēporalibus. Ecce ſcđm. Meditabor vt columba: cū gemitu mala que propter hmōi cōmittūtur.

D
Cōſciētia.
Quare pctōr nō vult redire ad ſuā conſciētiam.

¶ Scđm impedimētū eſt multitudo malitie in corde peccatoris. Seruꝰ enim obligatus multis ratiocinijs fugit a dn̄o ſuo: et magnus fimus et per longū tēpus in vnū coaceruatus non cito extra deportatur. Qm̄ cū peccator videt cōſcientiā ſuā multitudine et magnitudine peccatoꝝ



oneratā: nō vult redire ad cōnſciētiam ſuā propter quatuor. Primo: quia nullū bonū ibi reperit: ſicut hiſtrio vel viellator qui inuitus habitat domū ſuam: et libētius frequentat alienā: quia in domo ſua nihil eſt boni. Nec em̄ eſt ibi vas ad ignē: nec ſcutella lota: nec ignis deuotionis: nec ſcutella cordis lota lachrymis cōtritionis vel deuotionis: ideo nō libēter redit ad cōſciētiā ſuā: q̄r nihil ibi inuenit niſi malitiam. Ideo poteſt dicere illud Iob. vij. Et nō reuertet oculus meus vt videat bona. Scđo: q̄r ibi vxorē ſuā .ſ. conſciētiam litigātē inuenit et murmurātem/ que cōpellit hominē exire a domo ſua. Tertio: q̄r ibi inuenit nimiū obſtaculū ⁊ afflictionē ⁊ laborē: ideo vix permanet in domo cōſciētie ſue. Sicut em̄ ſpina affligit punctum: ſic ex quolibet pctō relinquitur quedā pūctio quaſi quedā ſpina hominē affligens: et ſicut ſi aliqua domus eſſet vndiq; circūdata ſpinis: vix eā poſſet quis ingredi quin pūgeretur: ſic conſciētia peccatoris ita eſt vndiq; circūdata pctōꝝ pūctionibus: ꝙ nō pōt in domū ſuā recurrere quin ledatur per cōſciētie remorſum: et inde ſe retrahit vnde ſe potius inhabitare deberet. iuxta illud Pſ. Conuerſus ſum in erūna mea. ſ. domus mee dum cōfigitur ſpina pctī. Inhabitata aūt domꝰ/ cito corruit ⁊ corrūpitur. Turpe eſt aūt patrifamilias qn̄ eſt extra domū ſuā: maxime in magnis ſolēnitatibus. In talibus enim maxime viſitare et inhabitare debet cōſciētiam ſuā.

A
Cōſciētia.
Quadruplex difficultas in examinatiōe cōſcientie.

Quarto ſi cōſcientiam ingrediatur iterū in cognoſcēdo ea que in domo ſua ſunt difficultatē magnā inueniet. Difficile enim intelligunt peccata. Pſ. Delicta q̄s intelligit: aut q̄r homo habet peccata que neſcit. i. Coꝝ. iiij. Nihil mihi cōſcius ſum: ſed non in hoc iuſtificatus ſum. Hiere. xvij. Prauū cor hoīs ⁊ inſcrutabile: ⁊ quis cognoſcet illud: Multa delicta habebat: que nō intelligebat Phariſeus ille qui dicebat intra ſe. Hic ſi eſſet propheta ſciret vtiq; ⁊c. quē tamen dn̄s ad ſuoꝝ delictoꝝ cognitionē reuocans ait. Intraui in domū tuā: aquā pedibus meis non dediſti. i. contritionis aquā nō mihi obtuliſti. Scđo q̄r ⁊ ſi illa ſcit: non tamē ſcit ea eſſe peccata. Roma. vij. Cōcupiſcentiā neſciebā niſi lex diceret: nō concupiſces. Putabā em̄ nō eſſe peccata: que tamē erant peccata: quia putabā legē cohibere manū non animū. Tertio q̄r et ſi cognoſcant ea eſſe peccata: putāt tamē ea eſſe minora ꝙ ſint. Mat. xxiij. Colantes culicem: chamelū aūt glutientes. Sic minora reputabāt ſua delicta ꝙ eſſent quibus Paulus dicebat Gal. v. Si circūcidamini chriſtꝰ nihil vobis ꝓderit. Quarto: q̄r ſi cognoſcant magnitudinē peccati: nō tamē apponūt diligentiā vt ip̄m euacuēt et bene agāt. Pſ. Noluit intelligere vt bene ageret. i. Timo. vlti. A veritate quidē auditum auertēt ad fabulas aūt cōuertētur. Impedit em̄ diabolus iſtud ſtudium. Preceptū em̄ dei eſt Eſa. xlvj. Redite preuaricatores ad cor recordamini prioris ſeculi. Sed ediuerſo p̄cipit diabolus ne priora ſecula videamus dicēs illud Eſa. xliij. Ne memineritis priorū: et antiqua ne intueamini. Cōtra que querēdus eſt idoneus ſacerdos qui ſciat diſcernere inter leprā et leprā. Tertiū impedimētum principale eſt memorie labilitas. Dū enim peccator vnū peccatū cōſiderat: alterius obliuiſcitur: ideo vel deſperat vſq; ad profundū iniquitatū ſuarū penetrare/ vel ſaltem faſtidit: vt dicat illud Pſ. Iniquitates mee ſupergreſſe ſunt caput meū. i. memoriā vel intellectū: vt ſit ſenſus. iniquitates mee ſic multiplicate ſunt ꝙ excedūt memoriā meā: nec poſſum oīm recordari. Pſ. Comprehēderūt me iniquitates mee: ⁊ nō potui vt viderem. et hoc eſt periculum magnum etiā quantūcūq; peccata ſint parua quia ipſa multitudo ſupplet defectum magnitudinis. Uñ Ouidiꝰ. Parua necat morſu ſpatioſum vipera taurū. A cane nō magno ſepe tenetur aper. ¶ Quartū impedimentū eſt vita delicijs abūdans. Pſ. Ego dixi in abūdantia mea nō mouebor in eternum. Abundātia em̄ deliciarū excecat hominē: ita vt credat eas ſemper ſibi durare. Diabolus em̄ ita cautus eſt vt dū occupat peccatorē eū nō affligit: ne clamet per confeſſionē et ſtatū ſuū cōſideret. Solēt enim afflicti clamare ſicut filij Iſrael oppreſſi a Pharaone. Tātū em̄ procurat equū peccator ꝙ de ſeſſore nihil curat cogitare. Oues em̄ in paſcuis pinguibꝰ domicilij ſui obliuiſcūtur. Pincerna in delicijs exiſtens oblitus eſt interpretis ſui. Sic in delicijs viuētes obliuiſcūtur interpretari arcana cōſciētie ſue: ⁊ Ioſeph ſaluatoris mūdi. Qui em̄ eſt in aqua vſq; ad os/ ſubmerſus eſt. Sic dum delicie vſq; ad clauſionem oris perueniunt/ periclitatur homo. Propter qđ qui

Universidad de Deu[sto] Bibliote[ca]



in curijs regum ſunt (vt dicit magiſter ſenten. lib. iiij.) vix poſſunt facere penitētiam aut confiteri. Unde ſicut ebrius neſcit computare expenſas: ſic qui amore mundi deliciarū multitudine ⁊ calice Babylonis ebrij ſunt: ante ſacerdotem peccata cōputare neſciunt. Unde conſulendum eſt ꝙ ſero quādo oculus circa varia nō vagatur: ⁊ de mane quando phantaſia mūda eſt a varijs cogitationibus: ꝙ ſit vacandum cogitationi peccatorum ſuoꝝ et vite ſue. Hinc ſm Hierony. in epiſtola contra Rufinum. Pythagore preceptū eſt: duoꝝ tēpoꝝ maxime habenda eſt cura: mane et veſperi: eorum ſcilicet que geſſimus et acturi ſumus.

¶ Sermo. x. de penitentia: et de confeſſione quartus per thema precedens.

B
Uia.
Uia ad celū abbreuiata ē ita ꝙ non ſunt niſi tres diete.

C
Penitētia.
Propꝉ quatuor pnia eſt magna miſericordia.

**Magna eſt dei mīa** ꝙ itineris vſqꝫ ad celū longitudinē abbreuiauerit dn̄s. Nam (ſm geometras ⁊ aſtrologos) via a terra vſqꝫ in firmamentum cōputatur quaſi octo milium annorum. et tamen Eſaie. x. Abbreuiationem faciet dn̄s in medio vniuerſe terre: quia pro tot milibus annorum ſufficiunt tres diete. ſ. contritionis: confeſſionis: et ſatiſfactionis: vt dicamus: ibimus viam trium dierū. Et vere magna miſericordia dei: quia vbi iam peccator deſcenderat in infernum qui eſt ſubtus terrā adhuc ſufficiūt tres diete in celū. Ps̄. Magna eſt mīa tua ſup me: eruiſti animā meā ex inferno inferiori. Et ꝙ magna ſit illa miſericordia oſtēditur ex quatuor. Primo ꝓpter dei ſocietatem et magnam conſolationem quam facit his qui portant penitentiam: quia cum ipſis ipſe portat onus penitentie. Unde ait Matth. xxiiij. Suſtinete et vigilate mecum. Secundo dicitur magna: quia neminem reſpuit ad penitentiā: ita ſenes ſicut iuuenes recipit. Si quis decrepitus intrare vellet religionem non reciperetur. Dominus autem ſenem languidū et decrepitum ad penitētiam recipit: cū tamen mūdus abijciat eos poſtꝙ ſeruierunt ei: vt patet in morte his qui ſeruierūt mūdo oīa aufert mūdus. Sicut de puero Egyptio legitur. j. Reg. xxx. Qui in neceſſitate derelict⁹ eſt a dn̄o ſuo ſed a Dauid recept⁹: refocillatus eſt. Tertio dicitur ſuauis mīa dn̄i: q: leue eſt iugū penitētie in cōparatione ad gehēne ⁊ purgatorij ignē: q: in inferno nunqꝫ ignis extinguitur: in purgatorio ſm Augu. ignis crudelior ꝙ q̄ ꝗcunqꝫ pena que poſſit hic excogitari. Quarto magna ⁊ ſuauis eſt ꝓpter magnā remunerationē que ad iſtud iter triū dierū cōſequiꝉ. ij. Coꝝ. iiij. Id qd̄ in preſenti eſt momentaneū et leue tribulationis noſtre ſupra modū in ſublimitate eternū glorie pōdus operatur in nobis. Ut ergo in illa ſuaui miſericordia nos recipiat iuxta illud Exodi. xiiij. Dux fuiſti in mīa tua populo quē redemiſti: ad eam que huius ducis eſt mater conuertamus orationem dicentes Aue.

D
Confeſſio.
Confeſſio debet eſſe integra ꝓpter multa.

¶ Hic cōſequēter videndū eſt de ſcd̄a cōditione cōfeſſionis que eſt ꝙ ſit integra. Ubi tria vidēda ſunt. Primo quare cōfeſſio debet eſſe integra. Scd̄o quot modis pōt fieri nō integra. Tertio de impedimētis integre ꝯfeſſionis. ¶ Primo igitur dicimus ꝙ confeſſio debet eſſe integra ita ꝙ vna confeſſione confiteatur penitens oīa pctā ſua. Hoc patꝫ per illud Ps̄. Cōfitebor tibi dn̄e in toto corde meo. i. in toto qd̄ eſt in corde meo. Eſt em̄ confeſſio ſicut aratrū qd̄ euertens terrā oīa eius interiora denudat. Sic confeſſio euertit cor peccatoris a ſupbia in humilitatē: a malitia in bonitatē: et denudat om̄ia interiora eius: vt dicat illud Ps̄. Bn̄dic aīa mea dn̄o: ⁊ oīa que itra me ſunt noī ſancto eius exeūdo ⁊ cedēdo habitationi eius. Leuit. xiiij. Leproſus qui mūdabatur radebat om̄es pilos carnis ſue. Debet aūt integra fieri cōfeſſio propter quatuor. Primo ꝓpter mortis ⁊ diuini iudicij imminēs periculū. Patet exēplo: q: cauta adultera licet in ſecreto dom⁹ ſue leccatorē ſuū abſconderit: ſciēs tamē aduētū viri ſui precurrit domū vt leccatorē emittat. Sic peccatū abſcōditū in domo cōſciētie deponat homo ante aduentū dn̄i ad iudicium. Eccli xxxij. Precurre prior in domū tuā: ⁊ ibi aduocare. Similiter fur ſciēs iudicē venturū vt eū ſcrutetur: preoccupat eū furtū deponēdo: quia fur cū furto inuentus dānatur. Scrutabitur aūt oīa pctā deus in iudicio. Sopho. j. Scrutabor Hieruſalem in lucernis ardētibus: quia tūc nihil abſcōdi poterit: ⁊ viſitabo ſuper viros defixos in fecib⁹ ſuis. i. qui finaliter permanſerint in peccatis. Ideo Ps̄. Preoccupemus faciem eius in cōfeſſione. Qd̄ ſi ſic fecerint: exultabunt filie Jude. i. cōfeſſionis in futuro iudicio: ⁊ hoc propter iudicia tua dn̄e quibus in con-



feſſione abſoluti ſunt: q: ſic euaſerunt iudiciū extrem⁊ diſcuſſionis vbi cūcta que ſub ſole fiunt adducet deus in iudicium. Eccl's vltimo. Secunda ratio vt diuinam pietatem prouocemus: debemus omnia peccata noſtra detegere in ſimilitudinem trutānorum qui omnia ſua vulnera et maxime turpiora denudant in cōſpectu hominum vt eos ad pietatem prouocent. Et ad hoc nos admonet ſapiens Eccleſiaſtici. xviij. c. In tempore infirmitatis oſtende conuerſionem tuam. Necqꝫ deſperandum eſt de diuina bonitate et clementia. ¶ Miſericordia enim motus pius pater: denudatum filium ſuum prodigum ſtola prima veſtiuit. Curialis enim eſt dominus vt nuditatem peccatoris ſibi declaratā operiat. Ezechielis. xvj. c. Uidi te nudam et confuſione plenam: ⁊ expandi amictum meum ſuper te: ⁊ operui ignominiā tuam. Auguſtinus. Si homo tegit/ deus detegit: ſi detegit/ deus tegit. Ps̄. Beati quorum remiſſe ſunt iniquitates: et quorum tecta ſunt peccata. Tegi autem dicitur peccatū a deo tripliciter. Primo dum non imputatur a deo. Ideo ſequitur in Ps̄. Beatus vir cui non imputauit dominus peccatum. Secūdo dum aboletur macula peccati ex toto. Ideo ſequitur. Et in ſpiritu eius non eſt dolus. Dolum enim facit qui multa peccata habens vnum diſſimulat cōfiteri. Ps̄. Doloſe egit in conſpectu eius vt inueniatur iniquitas eius ad odium. Tertio dicitur tegi vt deus ipſum non videat ad eternaliter puniendum/ ſed ipſum obliuiſcatur. quod petebat Dauid dicens. Auerte faciem tuam a peccatis meis. Ideo de confeſſis dicit dominus per Ps̄. Nec memor ero nominum eorum per labia mea. Obliuiſcar enim nominum eoꝝ quibus antea vocabantur: vt puta fures/ fornicatores/ et ſic de alijs. Judas quādo confidenter rei ſeriem corā Joſeph confeſſus eſt: lachrymas ab eo extorſit: nec vltra potuit ſe continere. Sic dū veritatē vite noſtre coram ſacerdote confitemur: non poteſt ſe dn̄s vltra cōtinere quin noſtri efficaciter miſereatur. Tertio vt deū noſtra confeſſione glorificemus. Unde Joſue interrogato Achor ſuper furto Hierico ait. Confitere ⁊ da gloriam deo. Glorificat enim deum qui ſe confitetur eſſe reū et deū iuſtum: ⁊ qui deo reuelat peccatum cui nihil celari poteſt. Stultus em̄ eſſet qui vellet ei meſcontare: vel eum decipere quē ſcit eſſe preſentem: et qui omnia nouit debita vſqꝫ ad vltimū quadrantem. Ps̄. Ipſe em̄ nouit abſcondita cordis. Sed adulteri credunt deum non videre eorum iniquitates vbi in occulto faciunt dicentes illud Ps̄. Non videbit dominus: nec intelliget deus Jacob. Contra quos reſpondet Ps̄. Intelligite inſipientes in populo: ⁊ ſtulti aliquādo ſapite. Qui plantauit aurē non audiet: aut qui finxit oculum nō conſiderat. Quaſi vellet dicere. Stultum eſt dicere ꝙ deus non audiat eorum mētes et ſermones: qui dedit eis aures et facit eos audire: et ꝙ nō videat qui alijs oculos dedit et facit videre. ¶ Quarta ratio vt egrotāti anime poſſit adhibere remedium. Nō enim aliter ſanari poteſt peccator niſi om̄ia vulnera ſua detegat medico neſcienti qui eſt ſacerdos. Morietur enim ita bene ſaucius per vnū mortale vulnus ſicut per centum. Auguſtinus. Quādiu ferrum eſt in vulnere non eſt malagma apponere. Job. xxxj. Si abſcondi quaſi homo peccatum meum / et celaui iniquitatem in ſinu meo: ſi pro non. Ideo Ps̄. Reuela domino viam tuam: hoc eſt ſacerdoti qui eſt loco domini. Hinc eſt ꝙ in lege precipiebatur leproſis oſtendere ſe ſacerdotibus. Eſt em̄ peccator infirmus. Ps̄. Miſerere mei domine quoniam infirmus ſum: quia ſicut infirmus ſaporem in cibis nociuis inuenit et vtiles cibos reſpuit: ſic peccator non in ſpiritualibus/ ſed in vanis et inutilibus. Ideo omnem infirmitatem medico reuelare debet: et ſi haberet plures et vnam reuelando aliam taceret medicus vni forte daret remedium quod alterius eſſet incentiuum ſeu fomentum. Sic remedium contra vnum peccatum eſt alterius incentiuum. Ideo omnia medico ſpirituali detegat: vt de remedio opportuno prouideat. Apoſtema enim aperitur vt corruptis humoribus defluentibus ſanitas recuperetur. Sic pctā noſtra aperienda ſunt in confeſſione vt recuperetur ſanitas ſpiritualis. Lingua em̄ canis omni vulneri ſuo medetur quod tangere poteſt. Sed plures Judeis aſſimilantur. de quibus Deuteronomo. xxiij. ꝙ fimum ſuum in deſerto in foſſa humo abſcondebant: ſic Achor furtum in terra et lapidatus eſt. Quinta ratio vt diabolum cuius ſuggeſtione hec perpetrauit confundat: denudando ſecreta eius. Nihil

B
Tegere.
Quō deus tegit tripliciter pctm̄.

enim plus offendit eū. Hoc patuit in Achi-
tofel qui reuelato cōſilio ſuo per Chuſi Da-
uid: abijt in domū ſuam ⁊ ſe ſuſpendit. Un
quedam mulier bone reputationis libēter
faciens opera miſericordie vno peccato nō
cōfeſſo appropinquauit ad mortē: quo tpe
vnus tranſiens per congregationē demo-
nū quēdam audiuit iactantem ſe ꝙ de illa
certus eſſet. Quare ait magiſter demonū:
q̄ (inquit) habeo linguā ei⁹ in burſa mea.
Jam em̄ loquelā amiſerat. Quod cū cōfeſ-
ſori notificatū eſſet oratione obtinuit lin-
gue ⁊ loquele facultatē: ipſa igiṫ cōfeſſa cū
idē qui prius vocē audiuit per eūdem locū
tranſiret: audiuit vocē querulosam ꝙ pre-
dicta mulier euaſiſſet. Cui magiſter imo di-
xiſti ꝙ habuiſti linguā ei⁹ in burſa tua: ha-
bui (inquit) ſꝫ ſacerdos ſcidit burſam meā:
refert Petrus Cluniaceñ. Cum quidā Gil-
bertus noīe conuerſus ad religionē diu ho-
neſte ibi vixiſſet: cōfeſſus fuit oīa pctā vno
turpi excepto. Cum aūt laboraret grauiſſi-
ma infirmitate vidit quēdam ī vaſe ſpecio-
ſiſſimo ei aquā pulcherrimā afferentē ⁊ di-
centē. Si vis ſaluari ⁊ aqua ſapientie ſalu-
taris potari: oportet te prius om̄ia integre
cōfiteri: ⁊ p̄cipue illud peccatū quod ſemꝑ
occultaſti. Qui poſtq̄ cōfeſſus eſt ⁊ qd vi-
derat reuelauit in pace defunctus eſt.

B
Confeſſio.
Quatuor modis fit ꝯfeſſio non integre.

¶ In ſcđa parte videndū eſt quomodo con-
feſſio nō fit integra. Quatuor autē modis
ſolet confeſſio non integre fieri. ¶ Primo
quando tantū dicūtur peccata in generali
et nō in ſpeciali: hoc autē oſtendi poteſt ad
ſimilitudinē medici quē oportet particula-
riter cognoſcere morbū. Nam Ariſtotel. j.
Metha. dicit ꝙ medicus nō ſanat hoīem
cōmunem ſed calliā. i. peccatū non in cōmu-
ni: ſed in particulari. Et idē. ij. Ethicorū di-
cit ſermones vniuerſales in moralib⁹ ſunt
inanes. Secūdo ſacerdos nō poteſt taxare
quantitatē pene niſi cognoſcat quantitatē
culpe: quod fieri non pōt niſi oīa dicat. Si
em̄ tantūmodo lotrix abſterget linteos nō
explicādo eos/ibi multe remanerēt feces.
Precipitur em̄ Leuit. ꝙ cum fit ſacrificiū
deo detracta pelle artus in fruſta concidā-
tur: quod faciūt qui mēbratim ſingula pec-
cata cōfitentur. Jdeo non multū curandū
eſt confitenti dicere illud quod ſolēt multi
cōfitendo de quinqꝫ ſenſuū peccatis: quia
non habuerūt oppoſita ſcꝫ charitatem con-
tra inuidiā: humilitatē cōtra ſuperbiam ⁊

ſic de alijs. hoc enim non eſt niſi protelare
tēpus: ſed immediate deſcendēdum eſt ad
particularia. et quidā caute ſub illa genera-
litate claudūt multa particularia peccata
de quibus non confitētur ⁊ credunt ꝓpter
illā generalitatē ſe eſſe rite cōfeſſos: vbi ta-
men nō ſunt. Tertio curialius ſcinditur co-
ram nobili per morſellos q̄ ꝙ de petia ma-
gna ſtranguletur deus autē cibatur. i. dele-
ctatur de peccato cū dolore cōfeſſo. Qui er-
go in groſſo peccata cōfitetur/videṫ ꝙ do-
minū velit ſtrangulare. ſed debēt poni per
morſellos corā eo ſingula peccata ⁊ circum-
ſtantie. Job. xl. de Vehemoth. dicitur. Con-
cident eū amici: diuident eū negotiatores.
Qui bene cōfitetur deo/vēdit ei peccatum
quia pro cōfeſſione eius remiſſionē ⁊ pacē
recipit a deo: ſed dn̄s vult ꝙ ei vendatur a
deſtail. non in groſſo: ideo dicit. Diuidēt eū
negotiatores. ¶ Sed dices. Ad quid ergo
valet illa cōfeſſio generalis quā facio in ec-
cleſia? dico ꝙ ad venialia remittenda: ⁊ ad
laudandū deum cū ceteris qui ſunt in gra-
tia ⁊ charitate. Et ſm prepoſitiuum bis fa-
cit eccleſia generalē confeſſionē in die ſcꝫ in
prima/⁊ in cōpletorio. in prima vt pure ſer-
uiatur deo: ī cōpletorio vt pure quieſcatur
in deo. Secūdo quando quis vni ſacerdoti
confiteṫ: ⁊ vnū peccatū ſcienter celat: ⁊ tūc
non ſolū non eſt abſolutus: ſed etiā grauiſ-
ſime peccat. Qȝ non ſit abſolutus ptꝫ quia
ita bene tenetur latro vna ſola ferrea cate-
na fortiter ligatus ac ſi centū ferreis tene-
retur. Similiter ducens ad macellū pecus
ſuū non ſemper ligat ei quatuor pedes: ſed
ſufficit ꝙ per vnū pedem teneat: ſic diabo-
lus per vnum peccatū. ¶ Secūdo grauiſſi-
me peccat in ſacramentū. Primo abutēdo
ſacramento penitētie: qđ ſuſcipit fruſtra et
ſine effectu: q̄ eius effectus eſt diabolū ex-
pellere: ⁊ tamen ibi remanet. Propter vnū
ouum in nido dimiſſum auis redit et fouet
illud: ⁊ modicū fermentū peccati totā maſ-
ſam corrūpit. Jam em̄ talem diabolus per
guttur ſuffocat: ſicut lupus per guttur te-
net ouem ne clamet: maxime circa infirmi-
tatem ad mortem vt animā ducat in deſpe-
rationē. Narratur de quodā ꝙ cū infirma-
retur ⁊ loquelā amiſiſſet/cū quidā religio-
ſus ad eū veniſſet: ⁊ nullū verbū ab eo ha-
bere poſſet: ⁊ oēs mirarentur quomodo tā
cito loquelā amiſiſſet: intelligens ne forte
per ſpiritū malignū impedireṫ: adiurauit

E
Confeſſio.
Ad qd valet cōfeſſio gn̄alis.



vt ſi quis eſſet ibi ſpiritus malignus impe-
diēs ꝙ in virtute trinitatis ⁊ paſſiōis chri-
ſti diſcederet. Quo facto infirmus dixit vul-
pē tenuiſſe guttur eius: qua eiecta ꝯfeſſus
eſt ad modū illius de quo Luc. xj. Cum eie-
ciſſet demoniū locut⁹ eſt mutus. Et ꝙ dia-
bolus eos teneat per guttur experiētia do-
cet: q̄ frequenter cōtingit ꝙ quis peccatū
qđ nō erubeſcit iactādo ⁊ truſando narra-
re ad peccati ſui aggrauationē ⁊ alioꝝ infe-
ctionē: qn̄ debet illud cōfiteri ad ſui libera-
tionē ⁊ vtilitatē: tunc erubeſcit ⁊ tremit ac
ſi eſſet in acceſſione febris. Non em̄ tā peri-
culoſa ſunt vincula manuū aut pedū ſicut
colli. Semꝑ em̄ ſpē habet latro de vita ſua
quantūcūqꝫ ligatus pedibus et manibus:
vſqꝫ quo collo vinculū apponatur: q̄ quan-
tūcūqꝫ homo ſit pctōr: dūmodo nō miſerit
diabolus funē in collo eius: ſpes de cōuer-
ſione ei⁹ eſt. Sed qn̄qꝫ phreneticus ſibi fu-
nē ad collū ponit et ſe ſtrangulat/⁊ ſuſpen-
dit: ⁊ tūc nullum eſt remediū. Scđo peccat
in deū q̄ paratus eſt virtute ſacramēti gra-
tiā ſuā in eo effundere: et tn̄ ponit obicem.
Quādiu em̄ manet vna offenſa non habe-
tur charitas: q̄ ſi ſit vna negatiua: etiam ſi
fuerint cētum affirmatiue infertur negati-
ua. Nō em̄ dn̄s vnū ſolet demonē ſine alio
expellere: ſed totā legionem expulit. Tertio
peccat in ſeipm̄: q̄ talis vbi deberet per pu-
rā ⁊ integrā confeſſionē habere quietē con-
ſciētie: redit multipliciter inquiet⁹. Nec em̄
eſt regnū pacificū niſi hoſtibus oībus eie-
ctis: nec domus mūda niſi ſordibus oībus
expulſis: immo vidētur habere pacē cū ho-
ſte ſuo diabolo nolentes reuelare ſecretum
ſuū quaſi ſint ſecretarij diaboli: ⁊ deum ti-
mēt quaſi accuſatorē: cū tn̄ potius excuſet.
Sed hoc ideo eſt q̄ nō ſunt de electis dei.
Roma. viij. c. Quis accuſabit aduerſus ele-
ctos dei? Deus qui iuſtificat: quis eſt q̄ cō-
dēnet? Jſti vero abſcondūt a dn̄o conſilia.
Uulnera clauſa plus cruciāt (vt dicit Can-
tor Pariſieñ.) ſꝫ cū putredo que intus fer-
uet excitur: ad ſalutē dolor operaṫ. ¶ Sed
querṫ quid de illo q̄ ficte confeſſus celauit
vnū vel duo pctā: an teneatur iterū oīa pec-
cata ſua cōfiteri? Rn̄deo. Si cōfitēs oblit⁹
eſt aliquod pctm̄: ⁊ ſufficienter ꝑ ſe/vel per
idoneū cōfeſſorē fecit examinationē de pec-
catis ſuis quantū patitur humana fragili-
tas: nō tenetur ſi memoretur pctī obliti ite-
rum priora peccata cōfiteri: ſed ſufficit ꝙ il-

A
Confeſſio.
Utrū ſi ait ꝯfeſſus iterum teneatur oīa ſua pctā cōfiteri?

lud eidē ſacerdoti vel alteri cōfiteaṫ: q̄uis
ab omnibus hmōi fuerit abſolutus a deo:
ſic tn̄ ꝙ ſi de eis recordatus fuerit tēpore ⁊
loco teneretur cōfiteri. Si vero non fecerit
diligentē examinationē eoꝝ: ⁊ quaſi volue-
rit ea ignorātia affectata ignorare: tunc te-
netur eidē cōfiteri ſi copiā habuerit: vel al-
teri oīa pctā iam cōfeſſa cū illo iterū cōfite-
ri. Si vero actualiter memor pctī ſui idip-
ſum celauerit: hoc pōt fieri dupliciter. Aut
q̄ celat eo ꝙ credit cōfeſſorē nō habere po-
teſtatē abſoluēdi ipm̄ ab hmōi delicto: ſed
reſeruat ipm̄ vt confiteatur ei qui pōt ipm̄
abſoluere: ⁊ tūc q̄ nō fuit hoc in fraudem:
nō tenetur iterū ſua pctā confiteri. Sic em̄
vtitur eccleſia. Meli⁹ tn̄ eſſet vt vni ſingu-
la diceret: vt ꝑ hoc in foro eccleſie triūphan-
tis oīm abſolutionē reportaret: ⁊ ꝓ reſer-
uato mitteretur ſuperiori ad taxationē pe-
ne delicti. Si vero celauerit in fraudē tunc
tenetur eidē confiteri ſi copiā eius habere
poſſit: nec tūc tenetur oīa pctā ſua rememo-
rari ſi ſacerdos ille memoriā habuerit con-
feſſionis preterite: ſed ſe accuſare de fictio-
ne habita in perceptione ſacramēti confeſ-
ſionis. Si aūt nō poſſit eius habere copiā
vel nolit ei cōfiteri: tunc tenetur oīa de no-
uo cōfiteri pctā cum fictione illa precedēti.
Addidit em̄ peccatū peccato. Ps̄. Appone
iniquitatē ſuper iniquitatē eorū: ⁊ non in-
trēt in iuſtitiam tuā. Quia em̄ appoſuerūt
oībus pctīs ſuis iniquitatē fictionis et hy-
pocriſis: nunq̄ intrēt in iuſtitiā dei quam
mīa in hoc ſacramēto exercet: nec in tali cu-
ria mīe ſuſcipitur eoꝝ cauſa agenda: ſed re-
mittiṫ in diſtricta iuſtitie curia iudicanda.
Narratur de quadā muliere que cuidā reli-
gioſo cōfitebatur. Socius aūt religioſi ad
quodlibet pctm̄ qđ illa confitebatur/vide-
bat ſerpentes paruos exire de ore eius. Jn
ore aūt ipſius ſerpētē immanē videbat qui
aliquādo vſqꝫ ad os veniebat: ſed tādē re-
tracto ipſo ad interiora om̄es ſerpētes qui
exierāt redierūt. Poſt cōfeſſionē vero exie-
rūt fratres illi ab illa ciuitate. Cū vero am-
bo ſimul peregrinādo ſermocinarentur ad
inuicē: et narraret frater ille qđ vidiſſet: ſtu-
pefactus alter et iratus cur iſta citius non
dixiſſet: redijt velociter ad vrbem: ſciſcita-
tur de muliere ⁊ inuenit eā defunctā. Orat
deū vt ſibi reuelet quid ſibi velint illi ſerpē-
tes quos viderat ſocius eius. Nocte ſequē-
ti apparuit ei mulier tota ignea tenēs in-

Universidad de Deusto Biblioteca

Univerſidad de Deu
Bibliotec



fantem igneū inter brachia ſua dicēs. Ego
maledicta mulier dānata ſum: q2 licet om-
nia peccata mea cōfeſſa fuiſſem: vnū tamē
propter horrorē ⁊ verecūdiam nō confeſſa
ſum: q2 de adulterio cōceperā: et cōceptum
fetum extinxi. Hec mulier quia refugit iu-
diciū in curia mie: iudicata eſt in curia iu-
ſtitie. ¶ Tertio nō eſt integra cōfeſſio quā-
do quis vni vnā partem: alteri aliā cōfite-
tur. Eſt em̄ manifeſta hypocriſis: q2 vt vi-
deatur iuſtior/ vni vnā partem: alteri alte-
rā confitetur/ faciēs ſibi dimidiā barbam.
ij. Regū. x. Rex Amon raſit dimidiam bar
bā ſeruoꝝ Dauid: et veſtes eoꝝ vſqꝫ ad na
tes. Vegetius de re militari. Nihil magis
in acie cuſtodiēdum eſt q̄ꝫ vt om̄es milites
incedēdi ordinē ſeruent: quod melius fieri
nō poteſt ꝙ vt in exercitu celeriter et equa
liter ambulare diſcāt. Periculū em̄ eſt ſe di
uidere. Sic dum cōfitemur peccata noſtra
pugnamus cōtra diabolū: et tot iacula: et
tot milites dirigimus quot peccata legiti-
me ꝯfitemur. Propter qđ ſummopere agē
dū eſt vt oēs illi milites ex equo procedant
in prelium et nō diuidātur. Et ſi dicatur ꝙ
quāto quis pluribus reuelat cōfeſſionē/ tā
to maior eſt verecūdia: et plus habet vnde
erubeſcat. Reſpōdet Bonauē. iiij. diſt. xvj.
in expoſitione ꝙ verecūdia poteſt eſſe ma-
ior dupliciter. Aut ex hoc qđ reputatur q̄s
peccator magnus ⁊ enormis: aut ex hoc ꝙ
a pluribus pctōr eſſe cognoſcit̄. Prima ve
recūdia maior eſt ſcđa: ideo pro vitāda ma
iore bene quis aſſumit minorē: ⁊ p hoc de-
rogaret cōfeſſionis vnitati que nō eſt diui
dēda. Hec ille. Unde ſm̄ Aug. hec taciturn-
nitas peccati ex ſuperbia naſcitur cordis eo
ꝙ nō vult ſe talē apparere in cōſpectu ho-
minis/ qualem ſe exhibuit in cōſpectu dei.
Tales ſcindūt veſtimētū confeſſionis quo
indui debet anima peccatoris. de quo Pſ.
Confeſſionē et decorem induiſti. Hoc enim
requirit vnitas ſacramēti vt ſit eius vnus
miniſter. Unde dicitur in Pſ. Cōfitebor ti
bi non vobis. Si quis haberet vnā veſtē ⁊
vna pars eſſet ibi: et alia ab iſta longe ſepa
rata: nūq̄ tali veſte ſic diuiſa poſſet veſtiri.
Bernar. in meditationibus ſuis. Qui con-
feſſionē ſuā diuerſis ſacerdotibus diuidit:
venia caret. Execrāda nāqꝫ fictio eſt pecca-
tū diuidere: et ſuperficietenus radere: non
intrinſecus eradicare. Talis aūt diuiſio ſe-
pe fit per hypocriſim/ quādo grauiora pec

B — Erubeſcentia. De duplici erubeſcentia.

cata dicūtur ignotis ſacerdotibus: ⁊ illi cū
quo debent ſepe conuerſari dicunt leuiora.
De qbus Augu. et ponitur in. iiij. diſt. xvj.
et in decretis de peni. diſt. j. Qui confeſſio-
nē diuidit laudādus nō eſt: qđ vni celat al
teri reuelat: qđ eſt ſeipm laudare ⁊ ad hy-
pocriſim tēdere. Tales recipiūt excōmuni-
cationē ꝓ abſolutione: ⁊ maledictionē pro
benedictione. Dn̄s em̄ ſepius maledixit hy
pocritis q̄ꝫ alijs. Mat. xxiij. Ve vobis hy-
pocrite. Unde Duran. diſt. xvij. Cōfeſſio re
ſpōdet cōtritioni ſicut ſignū ſignato: quia
ea que ſunt in voce ſunt earum que ſunt in
aīa paſſionū note. Et etiā p ſimile correſpō
det: q2 ſicut per cōtritionē fit mentalis cō-
feſſio corā deo: ſic per vocalē cōfeſſionē fit
manifeſtatio peccatoꝝ coram miniſtro: ſed
cōtritio non poteſt eſſe de vno peccato ſine
alio: igitur nec cōfeſſio. Hec ille. ¶ Quarto
nō eſt integra cōfeſſio qn̄ negligit hō circū
ſtātias notabiliter aggrauātes cōfiteri: vt
ſi cōmiſerit inceſtū et ſolum ſe dicit fornica
tionem incurriſſe: ⁊ ſic de alijs. Eſaie. lviij.
Diſſolue colligatiōes impietatis. i. morta-
lia peccata: ſolue faſciculos deprimētes. i.
circūſtātias aggrauātes: et ſic omne onus
diſrūpe. Tales aūt qui ſic negligūt eas (vt
dicit Guil. Pariſien.) nolunt depauperare
diabolum: ſed portionē de circūſtantijs ali
quam reſeruant: quēadmodū de ouis gal-
linarum et anſerum reſeruāt vt illis ſuppo
nantur et foueātur. Sic de caulibus et por
ris pars ad ſemen reſeruatur: ſic pars fru-
menti ad ſeminandū. Et ſic patet q̄ ſtulte
diabolice ſaluti cōſulūt. Surreptitia enim
videtur litera remiſſionis: ſi nō rememorē
tur in ea oēs caſus ⁊ circūſtantie factū ag-
grauātes. Moyſes em̄ vitulū conflatilem
in puluerē redegit confringendo naſum et
aures vituli. Sic et de circūſtātijs peccati.
¶ In tertia parte videndū eſt qđ ſit maxi-
mū integre cōfeſſionis impedimētum. Ad
quod reſpondetur ꝙ nihil magis impedit
cōfeſſionis integritatem q̄ erubeſcētia. Et
ſi arguatur per Pſ. Erubeſcāt valde velo-
citer: ita ꝙ cū precipitatione precipitur iſta
erubeſcētia. Reſpondetur ꝙ multiplex eſt
erubeſcentia. Una eſt paupertatis: quādo
quis ſe erubeſcit pauperē: vel male veſtitū:
vel inter alios minus honoratū: ꝓpter qđ
verecundātur aliqui eſſe ſe de infimo gene
re natos: conſanguineos ⁊ amicos paupe-
res videre cū ad pinguiorē fortunam vene



runt: ⁊ corā hominibus eos recognoſcere
dedignātur. Sic erubeſcebāt primi paren-
tes cū cognouerūt ſe nudos eſſe: nec deum
cognouerūt: ſed cū ſuis excuſationibus pu
pugerunt. Secūda eſt erubeſcentia verita-
tis: quādo quis verecūdatur dicere verita-
tē: q2 timet lucrū aut gratiā vel vitam per
dere: vel minus inde reputari: ſicut nr̄i pre
lati erubeſcūt predicare euāgelium. contra
quos apl̄s Roma. j. Non erubeſco euange
liū. Uel ſicut detractor ſi de aliquo menda
citer detraxerit: nō vult famā eius reſtitue
re. cōtra illud Eccli. xlix. Pro anima tua ne
confundaris dicere verum. Tertia eſt eru-
beſcētia ſanctitatis: quando multi corā ho
minibus erubeſcūt ieiunare/ orare/ eleemo
ſynas dare/ et huiuſmodi: ne irrideātur ab
eis. Stultus eſſet miles q̄ ſeruitiū regi de-
bitum nō auderet ei reddere: ne de hoc ho
mines obloquerētur: vel ne de hoc vitupe-
raretur. Seneca. Nō q̄ꝫ multis ſed quibus
placeas cogites: letior eſto quoties diſpli-
ces malis: et maloꝝ de te eſtimationes ve-
rā tibi laudationē adſcribe. Quarta eſt eru
beſcentia iniquitatis: qua quis de ſua ini-
quitate erubeſcit in confeſſione. Et hec du
plex eſt. Una que ſic pudorē generat ꝙ ta-
men de peccato loquelam nō extinguit: de
qua argumentatū eſt in principio. Conuer
tantur ad deum: et erubeſcant de peccatis
ſuis valde velociter. Secunda eſt que clau
dit os peccatoris ne ſua peccata integre cō
fiteatur: et hec eſt nequiſſima que cōtinge
re poteſt ex quatuor. Primo ex magnitudi
ne peccati celati et occultati: ex quo frequē
ter cōtingit magnum peccatorē et manife-
ſtum citius accedere ad penitētiam q̄ꝫ grā
dem peccatorē et occultum. Citius em̄ inte
rimitur ſerpēs in aperto q̄ latēs in cauer-
na ſua: et peccator manifeſtus ex fetore pec
cati qđ vbiqꝫ fetet cogitur ſe ſentire: ⁊ con
fuſione plenus cogitur ad confuſionē con-
feſſionis accedere: vt confuſio cōfuſionem
repellat: et clauus clauū retūdat. Et ſic eſt
mirabile quomodo homo erubeſcit de ſum
ma victoria quā Gregorius admirat̄. xxij.
moral. Mirētur quicūqꝫ volunt in quoli-
bet caſtitatis continētiam integerrimā: mi
rentur viſcera pietatis: ego nō minus ad-
miror in eo cōfeſſionē humillimā peccatoꝝ
q̄ꝫ tot ſublimia geſta virtutum. Scio enim
per infirmitatis verecundiā grauioris eſſe
certaminis cōmiſſa peccata prodere/ q̄ nō

admiſſa vitare. Hec Grego. Dicit Solinus
ꝙ os pſittaci eſt fortiſſimū intātum ꝙ cū
ſe precipitat ex ſublimi ſuper ſaxum ſe exci
pit: et quaſi quodā fundamento vtitur ip-
ſius roſtri firmitate. Sic et penitētis firmi
tas et fortitudo in ore ſuo maxime eſt. Un
de et licet ab alto precipitetur: et ſuper pe-
tram chriſtū propter qđ merito deberet cō
quaſſari. quia (Mat. xxj.) qui ceciderit ſu-
per lapidem iſtū/ confringetur: tamen exci-
pit ſe ore ſuo quando peccatum ſuum con-
fitetur/ vtens eo tāq̄ꝫ firmiſſimo fundamē
to. Talis enim videtur habere durū roſtrū:
quia nullo peccati pōdere retrahitur quin
peccatum ſuum pure confiteatur. Secūdo
contingere poteſt hec verecūdia ex ſacerdo
tis ſanctimonia cui pudet confiteri pecca-
tum ſuum: vbi alteri male vite cōfiteretur.
Similis Jude proditori qui bene reuela-
uit crimen ſuum Scribis et Phariſeis ſui
criminis cōſcijs: ſed illud celauit apoſtolis
ſuis domeſticis. Sunt enim multi qui be-
ne reuelāt extraneis: ſed non ijs qui cogno
ſcunt eorum vitam: tamen hoc tolerari po
teſt dummodo tales ſint idonei et poteſta
tem habeant iuriſdictionis. Tertio contin
gere poteſt propter caſus reſeruatos ſupe-
rioribus quos erubeſcit q̄s confiteri ne for
te aliquo modo percipiatur eius peccatū.
Patet hoc in adulteris mulierib9: vel quia
erubeſcunt coram talibus grauibus perſo
nis cōparere: vt patet in iuuenibus et puel
lis que nūq̄ iſta confiterentur ne remitte-
rentur ad penitentiarium. Et bonum eſſet
prelatis vel eorū vicarijs vt vices ſuas cō-
mitterent: vel nō tot caſus reſeruarēt. Pri
mo enim licet teneant claues quibus debe
rent eis aperire: claudūt tamē eis regnum
celorum: et portam latam penitentie et ta
bulam ſecundā poſt naufragiū faciunt ar-
ctam. Caueant ne eis dicatur ve vobis le-
giſperitis qui clauditis regnum celoꝝ an-
te homines. Secundo addunt onus oneri
pudorē pudori: cū tamen primus pudor ſa
tis ſit ad claudendū os: immo tātā ingerit
difficultatē ꝙ vix credi poteſt. Et ſi dicant
ſi non reuelet damnabitur. Uerum eſt: ſed
huic dānationi obuiandū eſt modis omni
bus potius q̄ addēda ſit occaſio. Require
tur enim ſanguis. i. dānatio ab his qui oc-
caſionē illā dederūt. Sunt enim prelati ad
paſcēdū gregē dn̄i: nō ad perdēdū. Tertio
ꝙ iſte terror paucos a pctī recidiuo cohi-

Universidad de Deusto
Biblioteca



bet: et innumeros retrahit confiteri. Quar
to nunc eſt multitudo periclitatū. Omnis
quippe caro corrupit viam ſuā: ideo ecclie
ianua debet ampliari: non arctari: imo ſm
euangelicā parabolā compelli deberent in
trare ꝑ bonos doctores ⁊ predicatores: ⁊ a
bonis curatis idoneis aliqualiter doctis ⁊
bone vite cōmitti deberent vicarij ⁊c. Se
cus eſt de pctis publicis ⁊ notorijs que de
bēt remitti vbi verſa ſunt in ſcandalū: ⁊ il
la ſola antiquitus in curia Romana reſer
uabanṫ: ⁊ propter illa olim fiebat ſynodus
curatorū ⁊c. Quarto aliquādo procedit iſte
pudor cōfeſſionis ex diabolo ſtringēte gut
tur peccatoris. Contingit eñ ꝙ q̄s accedit
ad cōfeſſionem deliberatus reuelare pecca
tum ſuū occultū/⁊ tamen in actuali confeſ
ſione nullatenus poteſt cōfiteri. Cauet eñ
diabolus ne ſuus incarceratꝰ attingat ad
oſtium: q: ſi poſſit attingere ad oſtiū quan
doqȝ aperit illud ingenio vel fortitudine ⁊
ſic ſaluaṫ. Permittit ſatis ad loca alia am
bulare: ſed nunq̄ ad oſtiū. Bene permittit
orare: ieiunare: ad eccleſiā ire: ſed nunq̄ cō
fiteri. Accipit eñ eos ſicut lupus oues per
guttur ne clamēt ad paſtorē qui eas ſalua
re poſſit. Hoc autē facit diabolus. Primo
ne ab eiꝰ carcere euadat peccator: ⁊ hoc ex
malitia. Scd̄o ex inuidia: quia ei diſplicet
gaudiū quod habent angeli de cōuerſione
peccatoris. Unde Guil. Pariſieñ. ad pecca
torem. Scito ad ſingula verba cōfeſſionis
tue celeſtiū militarū reſpondere concentū.
Quantū credis angelorū gaudium ꝓ tua
ereptione: quorū eſt in confratres et conſer
uos tanta dilectio: vt nulla ſit ei dilectio cō
parabilis qua diligimur a ſanctis angelis
nullum in mundo gaudiū huic comparabi
le cum letantur de noſtra liberatiōe: dum
vidēt in peccatoribus vincula diſrumpi: de
manibus diaboli liberari: de carcere ⁊ tyrā
nide educi ab eo qui educit vinctos in forti
tudine: ⁊ ſimiliter eos qui exaſperāt deum
peccatorū iactantia: gloriatione ⁊ approba
tione: qui habitant in ſepulcris corporum
ſuorū vbi computreſcunt: et vermes vitio
rū paſcūt. Et ꝙ hoc procedat a diabolo pa
tet: q: ſepe contingit peccatū illud eſſe par
uū: ⁊ diaboli operatione illud ne confiteaṫ
exiſtimat magnum quod detectum iudicio
confeſſoris paruum reputaretur.

¶ Sermo vndecimus de penitentia:
et de confeſſione quintus.

**Ter triū dierū**
A Quia. ꝓpt̄ q̄tuor debent pctōres velociter agere penitentiā.
penitētie ſpontanee ⁊ ve
lociter agere debēt pecca
tores ꝓpter quatuor. Pri
mo propter eorū pauper
tatē et miſeriam: maxime
interiorē. Nil mirum ſi famelicus eſt q̄ non
vult a deo mendicare veniā: ſicut paup no
lens mēdicare incurrit famē. Apoc. ij. Erit
in tribulatione maxima niſi penitentiā ege
rit. Scd̄o q: peccator penitentiā nō agens
cōtra ſe ſententiā expectat: ſicut latro por
tās furtū ad tribunal iudicis. Rom. ij. ſm
duritiā tuā ⁊ cor impenitēs theſaurizas ti
bi iram in die ire ⁊ reuelatiōis iuſti iudicij
dei: q̄ reddet vnicuiqȝ ſm opera eiꝰ. Cuius
ſentētie cogitatione permotus q̄dā eremi
ta reſpōdit querenti quare tā duram duce
ret vitā. Cū inquit venero ad mortē: vellē
plus feciſſe. Si ergo q̄ bene vixerūt: ⁊ aſpe
rā vitā prius duxerūt in morte dolebūt ꝙ
tam paruā egerint penitentiā: qualiter do
lebūt illi qui prius malā duxerūt vitam: et
nullā vel paruā aut indignā priꝰ egerūt pe
nitentiā? Tunc inuenient ꝙ de eis erit ſicut
de dyſcolis/q̄ ꝙdiu inueniunt qui eis mu
tuet/lautos agunt dies: non multū introi
tū aut exitū aut quis ſymbolū ſoluet cogi
tantes niſi ꝙ habeāt qd̄ deſiderant: ſed in
fine quādo neceſſitātur hereditatē amitte
re obligatā: tunc primo ſed nimis tarde de
p̄terita dolēt iocūditate: ⁊ mallent ꝙ plus
a delicijs abſtinuiſſent. Sic iſti q̄n i fine vi
debunt propriū ꝑiculū de hoc ꝙ priꝰ pe
nitentiā nō egerūt: vellent ꝙ in cinere ⁊ ci
licio pniām egiſſent ſicut ⁊ Niniuite. Ter
tio q: talis amittit glorā de qua in iudicio
illo expelleṫ: ſicut contumax excōicatus ab
eccleſia. Apoc. ij. Memor eſto vn̄ excideris
⁊ age pniām. Quarto talis deijcitur ad ge
hennā ſicut arbor inutilis ad ignē. Lu. xiij.
Dico vobis niſi pniām egeritis: oēs ſimul
peribitis. Sunt eñ tales ſimiles illi q̄ po
tius ꝙ certā ſummā pecunie debite daret
dño ſuo elegit quinquaginta comedere ce
pas: ⁊ deinde q̄nquaginta ſuſtinere ictus:
qui deinde vexatus pecuniā reddidit etiam
vſqȝ ad vltimū quadrantē. Sic deꝰ in nr̄a
ponit electiōe vel reſiſtere tētationibus: il
larū q̄ ſuſtinere imperꝰ ⁊ reſiſtere: ⁊ nō pec
care. vel ſi hoc facere noluerimꝰ ſaltē de pec
catis pniām in hoc ſeculo agamus. Uel ſi



hoc facere cōtēnimꝰ/eternā penā ſuſtinea
mus. Videat ergo pctōr miſeriā quā icur
rit intra ſe: ⁊ ſniam quā expectat cōtra ſe:
et glorā quā amittit ſupra ſe: et gehennā
ad quam properat ſubtus ſe: ⁊ eligat cum
Dauid. ij. Reg. xxiiij. Penitentiā triū die
rum: vt fugere poſſit illā longiſſimā quaȝ
faciūt dānati i inferno. Sicut ergo Dauid
plus elegit penitentiā triū dierū ꝙ trium
annoꝝ: vel triū menſiū. ſic nos tribus die
bus contritiōe: confeſſiōe: et ſatiſfactione
potius q̄ȝ in inferno vel purgatorio peni
tentiam facere eligamus: eius ſcȝ ope que
eſt aſylum ⁊ adiutorium peccatorum quā
ſalutemus dicentes. Aue.

A Confeſſio. Confeſſio faciē da eſt i ꝑticulari nō in vniuerſali.
¶ Quū prius dictū eſt ꝙ debeat eſſe inte
gra confeſſio: hic ſequēter videndū eſt de
quibus facienda eſt integra ꝯfeſſio. Dicit
primo ꝙ in primis ⁊ ante oīa ꝯfitendum
eſt vſqȝ ad particularia: ⁊ non ſolū in ge
nerali de bonis ⁊ malis faciendo cōfeſſio
nem. De bonis receptis circa q̄ ingrati fui
mus: vel quibꝰ abuſi ſumus vel nō ſumꝰ
vſi vt debuimus: vel ea faciēdo negligen
ter ⁊ indebite fecimus. De malis aūt prīo
reccurrendo ad inſtrumenta operandi. Et
primo ad cor ſi peccauit in corde malas co
gitationes ⁊ tentationes et ſuggeſtiones
diaboli non abijciēdo ſed recipiēdo: plus
in eis delectando: vel nimis immorando:
aut etiā conſentiendo. ¶ Secūdo ꝑ caput
ipſum indebite ornando: in quo maxime
peccāt mulieres alienos crines ſibi appo
nendo: abluēdo: tingēdo: vngēdo: ornādo
ad hoīes illaqueandum. ¶ Tertio quomō
per eoꝝ oculos peccant in eoꝝ extollētia:
impudicitia: curioſitate: ⁊ impietate: in vi
ſis alioꝝ miſerijs: in libidinoſa oculoꝝ vo
luptate ⁊ vanitate. ¶ Quarto per aures li
benter audiendo mala: vana: ocioſa: curio
ſa: detractiones: adulatōes: applauſiōes:
verba ſcurrilia ⁊ turpia: audiendo melo
dias vanas: omittēdo audire bonas: vt ver
bum dei: officiū eccleſie: verba correctiōis
et inſtructiōis ⁊ pertinētia ad vtilitatem
ſui ⁊ proximi. Per linguā vero ſi peccaue
rit murmurando ꝯtra deū vel proximum
blaſphemādo: iurādo: piurando: maledi
cendo: obiurgando: ꝯuitiando: iactando:
pctā excuſando ⁊ defendendo: falſum te
ſtimoniū dicēdo: mentiendo: detrahendo:
blandiēdo: adulādo: male ꝯſulēdo: bonos
irridendo: vana ⁊ ocioſa loquēdo: fabula
toria ⁊ truffatoria: ⁊ ad riſum ⁊ diſſolutio
nem ꝓuocātia pungētia: ⁊ mordētia: ⁊ va
na cantādo ⁊ dictādo: diſcordias ſeminā
do: ſecreta reuelādo: malā doctrinā docen
do: nimis loq̄ndo: ⁊ ſic de alijs. In olfactu
vero libēter vanū odorē ſentiēdo: ſpecies
aut aromata/aut flores ferendo: vel veſti
bus: vel lectis apponēdo: vt ſe vel alios ꝑ
hoc ꝓuocet ad libidinē. Similiter idē cir
ca manꝰ: ⁊ pedes: ⁊ tactum: ⁊ ſic de alijs.
¶ Scd̄o dico ꝙ oīa pctā mortalia dȝ ꝯfi
teri tā cordis ꝙ oris ſenſuū ⁊ opis. Hym
nus Ambroſianꝰ. Os: lingua: mēs: ſenſus
vigor: ꝯfeſſionē ꝑſonēt: q: ſi caſtrū eēt vn
diqȝ bn̄ firmatū excepta vna porta vl' vno
foramīe: illud ſufficeret ad dādū ingreſſuȝ
inimicis: vn̄ Guil. Pariſ. Si q̄s imergiṫ:
totā aquā q̄ in eiꝰ corpus intrauit euome
re compelliṫ. Suſpendiṫ eñ ꝑ pedes capi
te obuerſo ad terrā: ⁊ apto ore aliquo du
ro ne claudi valeat imiſſo: ſic ſpōte defluit
ꝑ os eiꝰ aqua ibibita. Sic penitēs pedibꝰ
affectionū verſis ad celū aquas maris hu
ius mundi quibꝰ immerſus ſe repleuerat:
euomere nitiṫ vim faciens ori ſuo ne clau
datur. Job. vij. Nō parcā ori meo in tribu
latiōe ſpiritus mei. Hec Guil. Male ei pe
cus excoriat qui totā pellē a carne non ſe
parat. ⁊ Naamā vt mundareṫ a lepra totꝰ
antea nudatus eſt ad ſe lauādū. ¶ Tertio
B Confeſſio. Qr vtile eſſet penitēti prio pctā grauia ꝯfiteri.
dico ꝙ vtile eſſet groſſiora pctā primo cō
fiteri. Primo quidē ad magis ꝓuocandū
diuinā pietatē. Uulneratꝰ eñ multis vul
neribus oñdit primo grauiora medico: et
ſicut trutannꝰ oñdit grauiorē īfirmitatē:
deformitatē: ⁊ pauptatē hoībꝰ vt moueā
tur ad pietatē: ſic dȝ facere cōfitēs. Prou.
xxvij. Qui abſcōdit ſcelera ſua nō dirigeṫ:
q̄ aūt ꝯfeſſus fuerit ea miaȝ ꝯſequeṫ. Nec
eiꝰ eſt deꝰ ſicut ille diues euāgelicꝰ q̄ quoti
die epulabaṫ ſplēdide: ⁊ vlcera Lazari oñ
ſa nō curabat. Scd̄o hoc docet natura: q:
hō quāto maiorē ſentit īfirmitatē: tanto
minus ꝯtinere pōt quin clamet. ⁊ mulier
q̄n hȝ in ventre fetū: quāto greſſiorē: tāto
minus ꝯtinere pōt clamorē: ⁊ tūc oēs au
dientes ſibi cōpatiunṫ. ſic deꝰ q̄ audit cor
hoīs. Sed quidā cōfitenṫ quaſi cū cribro
in quo furfur ⁊ groſſiora remanēt: ⁊ fari
na delicata eijciṫ. Sic tales minora pecca
ta eijciūt ꝑ cōfeſſionē: maiora vō celando
retinent. Similes cāpſoribus q̄ maiores ⁊
magis pōderoſos ſterlingos ſibi retinent

Universidad de Deusto Biblioteca



et in theſaurū reponunt: ⁊ tales nō curan
tur a morbo peccati. Exēplū in vita ſancti
Sebaſtiani. Cū Cromatius ꝓfectus vrbis
Rome ditiſſimꝰ grauiſſime egrotaret: ꝓ
miſit beato Sebaſtiano ꝙ ad fidē ſe ꝯuer
teret ſi doceret eū medicamētū quo cura
ri poſſet. At ille ait ꝙ ſi frāgeret oīa ido
la ſua ⁊ baptizaret: curaret qꝺ ipſe: fecit
vno tātū reſeruato ſolis ſcꝫ lune ⁊ ſtellarꝝ qꝺ
erat aureū ⁊ ponderoſiſſimū inter alia: et
baptizatꝰ nō curatus eſt. Poſtea penituit
et confeſſus ſimulachrū illud cōminuit: et
ſic curatus eſt. Sic nec ſaluaṫ penitēs niſi
de oībus penituerit: ⁊ cōfiteaṫ maxime de
maioribus. Ezechiel. xviij. Cōuertimini ⁊
agite penitētiā ab oībus. Recitat Petrus
Cluniacē. ꝙ quidā iuuenis apud Carilo
cum cū eſſet ſuſpectus de quadaꝫ muliere
coniugata cū qua peccauerat/ volēs ſe de
hoc iuſtificare iurauit corā ſacerdote qui
chriſti corpus aſportauerat: ⁊ corā adſtāti
bus ꝙ nunq̄ cum illa peccauerat. Cū aūt
ſacerdos dediſſet ei corpus dn̄i nō potuit
illud maſticare aut glutire. Vn̄ cōfeſſus ⁊
tripidus ſacerdotē reuocauit: ⁊ integre cō
feſſus corpꝰ dn̄i ſine om̄i difficultate ſuſce
pit. Facile em̄ quis euomit minora pecca
ta poſtq̄ euomuit maiora. Percuſſo enim
duce exercitus/ facile ꝓcutiṫ totꝰ exercitꝰ.
Grāde vero ⁊ enorme pctm̄ dux eſt exerci
tus diaboli: ita vt nō poſſit vinci totꝰ ille
exercitus quinimmo ꝓſtratꝰ reſurgit: niſi
dux eorꝝ proſternatur. Sicut ergo in acie
primo laboratur ad interēptionē ducis:
quo deiecto facile fugit exercitus: ſic niti
debent pctōres: vt ꝑ confeſſionē ꝓſternāt
enorme pctm̄: ⁊ ſic deinceps facile minora
confitebunṫ. Scriptū eſt em̄. Percutiā pa
ſtorē ⁊ diſpergenṫ oues gregis. Si tamen
hoc nolint facere: ſꝫ poſtremo ea ꝯfiteanṫ
etiaꝫ hoc deꝰ accipit. Acceptat em̄ magis
pōderantē monetā poſt leuē. Difficile enī
quis ſe exuit auro ponderanti et tardiꝰ q̄
poteſt. ¶ Quarto dico ꝙ nō ſolū grandia
pctā: ſed etiā minora ꝯfitenda ſunt. Mini
me enī gutte ꝯtinuate interdū replent va
ſa/ replēt flumina ⁊ faciūt ruinā. Sic par
ua pctā conſueta niſi ꝑ cōfeſſionē eijcianṫ
ad maiora inducunt quorū ruina aīa ſub
mergiṫ. ps. Intrauerunt aq̄ vſqꝫ ad aīam
meā. Legiṫ de quodā aīali hn̄te duo cor
nua acuta in ſimilitudinē ferri quibꝰ ſeca
re pōt maximā quercū: ꝙ qn̄ ſitit venit ad
Eufratē: vbi ſunt virgule quedā ſubtiles
et molles: ⁊ poſt potū īcipit ludere cū vir
gulis: ⁊ ludēdo ſeipſum cornibꝰ obligat: ⁊
tunc veniēs venator animal illud occidit.
Ita cōtingit vt qui ſuꝑant quercū. i. grā
dia pctā/ virgula paruorꝝ pctōrꝝ capianṫ:
vt ſunt ꝟba luxurioſa ⁊ cātilene. Duo cor
nua acuta: amor dei ⁊ ꝓximi quibꝰ maio
ra pctā quis deiecit. Pſal. Lauabo per ſin
gulas noctes lectū meuꝫ. gloſ. i. ꝑ ſingula
pctā. Hoc ſignificatum eſt Leuitici. xiiij.
vbi precipiebaṫ ꝙ leproſus qn̄ mundaba
tur raderet oēs pilos carnis ſue ⁊ lauareṫ
aqua. Sic pctōr ſingula peccata etiam mi
nora confiteri dꝫ ſi poſſit de numero reco
lere: ita ꝙ ſi decies luxurie pctm̄ cōmiſerit
et confiteaṫ vſqꝫ ad nouē: non ſufficit. Q
ſi de numero nō recolit: dꝫ ſm̄ exiſtimatio
nem ſuā quāto ꝓximus pōt: ⁊ ſic dꝫ face
re ſicut ancilla q̄ incipit mundare domum
a groſſioribus ſordibꝰ: deinde a minutis.
¶ Quīto dr̄ ꝙ tā de ſpūalibꝰ q̄ꝫ de carna
libus vitijs confiteri dꝫ. ps. Confeſſio eiꝰ
ſuper celū ⁊ terrā: qr ſe extēdere dꝫ ꝯfeſſio
ſuper pctā celeſtia ſiue ſpiritualia, vt ſuꝑ
ſuꝑbiam que natiōe celeſtis eſt: ⁊ ſuꝑ inui
diam: ⁊ ſuꝑ terrā. i. ſuꝑ cetera peccata que
ſunt terreſtria. Sed cōiter multi volūt cō
fiteri pctā ſpiritalia quibus aliq̄d ſibi eſſe
videntur: ſed carnalia que magne infama
tionis ſunt confiteri erubeſcūt. Diabolus
em̄ bn̄ patitur ſcabioſos ſuos tonderi. ſed
nunq̄ radi penitus. ij. Reg. x. Rex filiorꝝ
Amō raſit dimidiā barbā ſeruorꝝ Dauid:
et veſtes ꝓſcidit vſqꝫ ad nates: ſed non ex  C
toto. ¶ Sexto dr̄ ꝙ de cogitatiōibꝰ ⁊ con  Cogita
ſenſu interiori dato ꝙ in nullū opus exie  tio.
rit: confitendū eſt. Deliberatꝰ em̄ ⁊ plena  De cogi
rius ꝯſenſus ī opus peccati mortalis licet  tatōibꝰ
non ſequatur opus eſt tn̄ mortale pctm̄.  confitē
Mat. v. Qui viderit mulierē ad concupi  dū eſt.
ſcendū eā: iā mechatꝰ eſt in corde ſuo. gloſ.
Si plenarie cōſentiat libidini: ita vt ſi fa
cultas eſſet illud faceret. ps. Etenī iniqui
tates operamini in corde. Suꝑ quo Augu.
Quicquid vis ⁊ nō potes: deꝰ factū repu
tat. Vn̄ quedā matrona vidua valde reli
gioſa opibus miſericordie intenta: quam
multum diligebat epiſcopꝰ ſuus propter
eius ſanctitatē: ⁊ cui ſepe confitebaṫ. Con
tigit quadā die ꝙ reſpiciēs vnū de famu
lis ſuis tētata fuit peccato carnis vſqꝫ ad
conſenſum: q̄ rediens ad cor cito penituit.



Sed quia ad opus non peruenerat: non
curauit confiteri: et licet ſepe recoleret et
maxime in morte: pre pudore tamē noluit
illud confiteri. Ipſam vero mortuā ſepeli
uit dictus epiſcopus cū honore in ſua ca
pella. Nocte ſequenti cū ante alios ad ma
tutinas ſurgeret: ⁊ vellet intrare capellā:
viſum fuit ſibi ꝙ plena eſſet igne ſicut cli
banus. Ipſe vero cōfidens in domino ap
propinquauit ⁊ vidit ſupra tumulū illius
mulieris quaſi quoddam corpus extēſum
ſupra craticulam ⁊ ignem copioſum ſup
poſitum: ⁊ demones circumſtantes cū ba
culis ferreis: ⁊ facibus ignē accendentes:
et corpus verſantes: ⁊ cum diligēter aſpi
ceret cognouit illam mulierēꝫ eſſe que ibi
ſepulta fuerat: ⁊ cū adiuraſſet eam dixit: ſi
cut predictum eſt ꝙ pro illo conſenſu ſolo
damnata eſſet. In vitis patrū abbas Po
men. ait. de nullo ſic gaudet diabolꝰ quo
modo in illo q̄ nō vult cogitationes ſuas
manifeſtare. Nec ſolum confitēdum eſt de
conſenſu in opus ſed etiam in cogitatio
nem quando ex deliberatione cōſentit in
delectationem cogitatiōis peccati morta
lis: quod etiā mortale eſt ſm̄ Magiſtrū.
ij. ſententiarum. diſt. xxiiij: et hoc videtur
dicere Aug. vt ibidē apparet. ps. Que di
citis in cordibus veſtris dicite: ſupple in
ore: ⁊ in cubilibus veſtris. i. conſciētijs de
hoc compungimini. Cor enim peccatoris
cubile appellatur: qr ſicut cubilia ſunt fe
rarū: ſic corda peccatorū receptacula ſunt
demonum. Eſaie. xxxv. In cubilibus in q̄
bꝰ habitabāt dracones. i. demones ꝑ pec
catum: viror calami ⁊ iunci orietur. i. forti
tudo virtutum et operum. In calamo enī
quo ſcribitur bone operationis exemplū
deſignatur: q̄ more calami alta debet eſſe
in facti magnitudine: ſed vacua in facien
dis reputatione. In iunco autem quo do
mus ornari ſolēt ad decorem: virtutes ſi
gnantur. Nec ſolum de cōſenſu in delecta
tionem: aut cogitationeꝫ: nec de conſenſu
ad opus propriū: ſed etiam ad opus alie
num. Serpens enim (vt inquit Cātor Pa
riſ.) maledicitur a deo licet nō peccauerit
ſed fuerit inſtrumentum peccandi: vt per
hoc inſtruamur ꝙ non ſolum actores pec
cati principales ſed etiam eis conſentien
tes pena ſunt digni: ⁊ terra maledicta eſt:
quia ſuſtentamentum huic operi prebuit.
et ſol qui lucendo lucem exhibuit multuꝫ
de ſua luce amiſit. hec ille. Peccant igitur
qui non confitentur de hoc ꝙ alieno pec
cato conſenſerint. ¶ Septimo dico ꝙ tam  A
peccatum apertum etiam notum confeſſo  Confeſ
ri q̄ꝫ occultum eſt confitēdum. Primo ra  ſio.
tione audiētis: quia ſicut eſt in iudicio fo  Pctm̄
renſi ꝙ iudex aliquid nouit vt priuata ꝑ  publi
ſona quod tamen non nouit vt iudex: nec  cū etiā
procedit ad ſniām quouſqꝫ ei īnoteſcat vt  ꝯfeſſo
iudici: ſic ī iudicio penitētiali ſacerdos ali  ri notū
quid poteſt noſſe vt homo quod non no  eſt cōfi
uit vt deus: quia non eſt ꝑ teſtimoniū con  tendū.
ſcientie accuſatum q̄ eſt teſtis diuinus: et
quouſqꝫ ſic nouerit non ſpectat ad ipſum
talē ſoluere aut ligare: ideo oportet ꝙ cō
fiteatur peccatum ſuū quantumcumqꝫ ſit
publicum. Secundo ex parte confitentis.
Quantūcumqꝫ enim aliquis ab alio accu
ſatur nō propter hoc iuſtus dr̄ vel iudica
tur: ſed magis iniuſtus: ſed qn̄ homo ſeip
ſum qui eſt dignus accuſatiōe accuſat tūc
exercet opus iuſtitie. Ideo dr̄ ꝙ iuſtus in
principio accuſator eſt ſui. Vt ergo q̄s iu
ſtificeṫ: ⁊ ſit reconciliatione eccleſie dignꝰ:
neceſſe eſt vt pctm̄ ſuū confiteatur quan
tumcūqꝫ publicū. Si vero occultū etiā de
eo confitendū eſt ei: qr morbus oſtēdus
eſt medico vt remediū apponat: ⁊ vt q̄ nō
erubuit intra thalamū cordis in cōſpectu
diuine preſentie cogitare ⁊ velle ⁊ volēdo
conſentire. tunc corā oculis ſacerdotis re
citet cū rubore: vt que ꝑpetrauit inuerecū
de verecundiam procul pellendo: ex hoc in
conſpectu hoīs erubeſcat. Homo enī car
nalis plus erubeſcit coram oculis homi  B
nis q̄ꝫ dei. Hec. Bon. diſt. xvij. iiij. ¶ Et ꝙ  Confeſ
ſit ꝯfitendum etiam de occultis patet. Nō  ſio.
poteſt diſſolui nodus niſi prius manifeſte  Pctā
tur: nec curari vulnus ignotum: nec de oc  occulta
cultis dari conſiliū: nec dari ſententia cau  ſunt re
ſe latentis. In confeſſione anime diſſolui  uelāda
tur nodus peccati ſanatur vulnus: conſi
lium tribuitur: emēdatur forefactū. Sed
nos ſumus ſicut falſarij monetarum qui
fabricant monetam in tenebris: in quibꝰ
ſi illā poſſent exponere: nunq̄ exponerent
in luce: ⁊ qr nō poſſunt illā niſi in luce ex
ponere ꝑiculoſe mortis exponūt. Sic pec
cator falſam monetā operaṫ dū in tenebris
pctā fabricat: ⁊ poſſet ea in tenebris quaſi
falſam monetā exponere: ⁊ per ea lucrari
ſeu acquirere gratiam: quia preſtabilis eſt
deus ſuper malitia: nec facit ſed expectat

C
Cicatrix.
Quō putreſcūt cicatrices.

donec in plenam extremi iudicij lucem p-
ferat: et ſic morti adiudicabit. ¶ Sc̄do pec-
catum eſt in aīa ſicut vermis qui fouet dū
latet: occidit dū apparet. Sed ſumus ſicut
Philiſtijm percuſſi in ſecretiori parte na-
tium: qui dum nollent opprobrium ſuum
reuelare: oībus reuelatum eſt et factum eſt
eorum opprobriū ſempiternum. pſ. Per-
cuſſit eos in poſteriora: opprobriū ſempi-
ternū dedit illis. Stultitiam hanc celandi
peccatum ſuum Dauid in ſe redarguit di-
cens. Putruerunt et corrupte ſunt circatri-
ces mee: a facie inſipiētie mee. Cicatrix eſt
caro ſuperexcreſcens vulneri que occaluit
que dum ſuperinducit vulneri non cura-
to: ſubtus manet putrefactio: quam mox
oſtendit ruptio cicatricis: et rupta cute ſu-
perinducta cicatrix maiorem erumpit ī fe
torem. Sic peccatum abſconditum augetur:
et ſepe iuſto dei iudicio dum celari credit:
ad notitiam hoīm cum fetore peſſime opi
nionis perducit: qd̄ Dauid p inſipientiaz
accidiſſe queritur: q2 dum celare peccatuz
adulterij ſtuduit: p negligentiaz dilate cu
rationis grandeſcente vulnere peccatum
pctō addens pditionem cuz homicidio fe
cerit: et peccati qd̄ prius ad emendationez
vni confiteri noluit: poſtea detectum vni-
uerſus mūdus agnouit. In ſecretis enim
natium plaga adulterij percuſſus erat: iō
confiteri erubeſcebat. ¶ Tertio q2 cuiuſli-
bet rei corruptio cōtrario modo fit ſue ge
nerationi. Cum igit ppetratio peccati ſit
in occulto conſcīe: ſequit q ipſum corrūpi
opz virtute pfeſſionis manifeſtantis. Duz
retinent in ventre ſtercora venter grauat:
dum egerunt alleuiat. Stercora ſpūs ſūt
pctā: que dum occultant cōputreſcunt iu
menta in ſtercore ſuo. Ipſa ſunt q̄ coinqui
nant hoīem: q̄ dū purgant ad bn̄ opandū
hō leuior efficit. ¶ Octauo dr̄ q oēs circū
ſtantie notabilr̄ aggrauātes ſunt confitē
de. Redegit em̄ Moyſes vitulum confla
tilem in puluerem confringendo aures et
nares. et quecūq3 ipſius vituli erant. Sic
vſq3 ad minora pctā et quaſcūq3 eoꝝ circū
ſtantias aggrauantes pfitendū eſt. Eſaie
lviij. Diſſolue colligationes impietatis. i.
mortalia pctā: ſolue faſciculos deprimen-
tes. i. circūſtantias aggrauantes: et ſic om
ne onus diſrumpe. Explicandi em̄ ſunt fa
ſciculi iſti in nūdinis huius ſeculi q̄diu du
rant. Niſi enim in hoc ſeculo explicentur

D
Confeſſio.
Circumſtantie notabiliter aggrauantes ſunt pfitēde.

de cetero non vēdent. Cito malas merces
explicat mercator qn̄ ſcit q bn̄ vendet. Be
ne vendunt merces pcti qn̄ hr̄ grā p eis.
Job. xiiij. Vias meas in conſpectu meo ar
guam: et ipſe erit ſaluator meus. Eccli. xxx
iij. Conſidera et oī cura tua explica: recūbe
vt leteris. Eſaie. xl. Suſcepit de manu dn̄i
duplicia ſcz grām et pſcīe pacem p oībus
peccatis ſuis. Nunc em̄ accipit dns nr̄as
merces et dat ſuas: aurū ſcz p luto: et grāz
p pctō. Sed q2 non vult emere catum in
ſacco necesse eſt vt eas vicario ſuo expli-
ces. Prouer. xxviij. Qui abſcondit ſcelera
ſua non dirigetur: imo dignus eſt morte: ſi-
cut ille qui abſcondit inimicos regis ī do
mo ſua. Non ſufficit infirmo q dicat gen⁹
morbi: ſed opz dicere ſpeciem febris.
¶ Sed queritur quas circūſtantias tenet
dicere. Dr̄ primo q circūſtantie confitēde
ſunt que ſpāli phibitione phibent: vt co
gnoſcere non ſuā phibet: et cognoſcere eti
am conſanguineam ſpecialius phibetur.
Hec Scot⁹. diſ. xvij. iiij. arti. ij. Dr̄ ſcd̄o q
circūſtantie notabilr̄ aggrauantes pctm̄.
Sed q̄ ſint tales (vt dicit Altiſſiodoren̄.)
non determinat ars ſed vnctio que docet
de oībus talibus. Poſſet tn̄ dici q circum
ſtantie ille notabilr̄ aggrauant: que dum
confitet quis pctm̄ inducunt ei verecūdiā
magnam. Tunc em̄ ſignum eſt alicuius no
tabilis malitie. Cum em̄ verecundia ſit ti-
mor inglorationis: et ingloriatio pcedat
ex malo: neceſſarium eſt verecundiam illā
ſignum eſſe noue malitie vel notabilis au
gmenti eiuſdem. ¶ De venialibus aūt dr̄
primo q nō eſt neceſſe venialia confiteri:
q2 in naui hoīs ſepe ſubintrat aqua pcti:
ita tn̄ q nō patitur naufragium: et hoc cū
cōmittit veniale. Prouer. xxiiij. Septies ī
die cadit iuſtus et toties reſurgit. nec ita
pōt conſtringi quin ſubintret talis aqua.
j. Joan. j. Si dixerim⁹ q2 pctm̄ non habe-
mus: noſipſos ſeducimus. Aliqn̄ ita ſubi-
trat aqua q patitur naufragium cum ſcz
committitur mortale. pſ. Saluum me fac
deus qm̄ intrauerunt aque vſq3 ad aīam
meam: et tunc neceſſarium eſt hauritorium
confeſſionis quo illa aqua extra fundatur
confeſſio ſcilz de quo. pſ. Effundite coram
illo corda veſtra. Secūdo quia vix poſſunt
eſſe actus noſtri ſine peccati puluere: et qn̄
puluerem tangat pes affectionum. Mat.
x. Excutite puluerem de pedibus veſtris.

E
Circumſtantia.
Quō cognoſcātur circūſtantie notabilr̄ aggrauantes.

F
Veniale.
Quō de venialibus confitēdum eſt et quō non.



Eccleſ. vij. Non eſt hō iuſtus in terra qui
faciat bonū et nō peccet. Prouer. xx. Quis
poteſt dicere: mūdū eſt cor meū? Jō quaſi
impoſſibile videretur illa confiteri. Nemo
autē ad impoſſibile obligat. Vn̄ duplicia
ſunt venialia. Quedā ſunt q̄ ſciunt eſſe ve
nialia: et de iſtis nō eſt neceſſariū cōfiteri:
q2 non ſeparāt a deo: nec p ea patit nauis
hoīs naufragiū: vt ſunt riſus diſſoluti: ge
ſticulationes mundane: mēdacia officioſa
vel iocoſa: et ſic de alijs. Alia ſunt venialia
de qb⁹ dubitat an ſint veīalia an mortalia
de iſtis tutius eſt pfiteri. Et de hoc Greg.
Bonarū mentium eſt ibi agnoſcere culpā
vbi culpa non eſt. Viri tn̄ ſancti cōiter de
his conſcientiā faciunt. Habent enim con
ſcientiā tenerā que nec pulueres venialiū
patitur quin a ſe iuxta vires eijciat. Eſai.
xiiij. Perdā nomē Babylonis et reliquias
et progeniē et germen. Babylon pctm̄ eſt
mortale: reliquie vero veniale q̄ a ſanctis
omnino p confeſſionē diſpdūtur. Tum q2
licet veniale nō poſſit fieri mortale: diſpo
nit tn̄ ad mortale. Vn̄ Vegetius li. iiij. ca.
xvj. docet q in expugnationibus ciuita-
tum duobus generibus machinarū vtun
tur milites. Quedam ſunt maiores quib⁹
muri dirimūtur. Alie minores que maio-
ribus adminiculuz iugiter preſtant quas
muſculos nominant. Sic diabolus in ex-
pugnatione anime duplici machina vtit.
Maiore qua contra animam tota ipſius
applicatur fortitudo et hec eſt tētatio ad
mortale. Minore vero quaſi veniali pecca
to viam ad hanc preparat. Eccli. xv. Qui
ſpernit modica paulatim dedicet. Augu.
Vitaſti grandia: caue ne obruaris arena.
Tertio quia p ea remittitur deuotiōis fer
uor. Licet enī auis glutino non capiatur:
tn̄ ſepe dimittit ibi de pluma. ¶ De obli-
tis etiam confiteri debet negligentiā qua
ea oblitus eſt vl' qua non ſatis cogitauit
vt memoraretur eorū: et ſi ad memoriā ve-
nerint q habita copia pfeſſoris p tēpore
et loco opportunis: q de ipſis confitebit.
¶ Sermo duodecimus de Penitētia: et de
confeſſione ſextus per thema precedēs.

A
Pnīa.
De trib⁹ comitibus triū partium pnīe.

## TRes comites

habent tres penitentie par
tes. Primo cōtritio comitez
habet amaritudinē. de qua
Hieremie. vj. Luctū vnige-
niti fac tibi planctū amarū. Quod dupli-
citer exponit. Primo quia ſicut mater ma
gis dolet ſi vnigenitum amittat: q̄ ſi aliū
ex pluribus: ita maxime dolēdū eſt ei qui
pro peccatis chriſtum amittit. Hic eſt mu
gitus vaccarū q̄ pergunt bethſames. i. ad
eterni ſolis habitationē. Bethſames enī
interpretatur domus ſolis. j. Reg. vj. Se-
cundo mō exponitur. Luctū vnigeniti fac
tibi: quia vnigenitū dei filiū amiſiſti. Hec
eſt Juniper⁹ aſpera ſubter quam Helias
obdormiuit. Hec eſt cōuentio qua cōuene
runt ad Dauid omnes qui erant in angu-
ſtia pſtituti: et amaro animo et oppreſſi ere
alieno: et factus eſt eoꝝ princeps. Cōfeſſio
aūt verecundiam habet comitem. de qua
Roma. vj. Quem fructum habuiſtis in il-
lis ī quibus nūc erubeſcitis? Nā finis illo
rum mors eſt. Verecundia tamen iſta licet
ſit vehemens impedimētum confeſſionis:
non tamē dz eam impedire. Exēplo cuiuſ-
dam qui ad religionē veniēs cum murmu
raret: et quaſi ſecum deliberaret non pmit
tere ſe radi q2 pulchram haberet capilla-
turam: congrue dixiſſe fertur tonſori. Fa-
cias (inquiēs) facias: q2 de⁹ nunq̄ habuit
amicum quē in vita iſta non pfuderit. Co
gitauit em̄ q opus inchoatū faciēdo quo
ad mundū iſtū confuſus eſſet. Cogitauit
autē et ex alia parte q de⁹ ſemp ſuos quo
ad mundū iſtum vel confundit vel cōfun-
di permittit. Sicut patet de apoſtolis et
martyribus: qua cogitatione armat⁹ pa-
tienter ſuſtinuit penitētiam īceptam: hec
enim eſt raſio capillorum quo ad cōfeſſio-
nem: et veſtes lugubres quo ad contritio-
nem quibus īduebat mulier: id eſt anima
quam aliquis captā in bello volebat ſibi
matrimonio copulare hoc eſt chriſt⁹. Deu
terōn. xxj. Tertia ſcz ſatiſfactio aſperitatē
habet ſibi comitē: vt patuit in illa ſatiſfa-
ctione quā iniunxit dn̄s primo parēti. Qr
comediſti (inquit) de ligno ex quo precepe
ram tibi ne comederes maledicta terra in
opere tuo. In ſudore vult⁹ tui veſceris pa
ne tuo et c. Hec ſunt legumina quibus vte
bātur ſocij Danielis: et tn̄ facies eoꝝ lym-
pidiores apparebāt. Dan. j. hec eſt cōplo-
ſio lagenarum. i. maceratio corpoꝝ quib⁹
comploſis Gedeō hoſtes puertit in fugā.
Judic. vij. hoc eſt biuiū maxime in quo ſe-
debat Thamar qn̄ a Juda ple gemia gra
uidatur virtutib⁹ ſcz et opibus: nam ſicut

Universidad de Deusto Biblioteca



meretrix in biuio manifeſtat officiũ ſuuꝫ:
ſic anima in biuio ꝯfeſſiõis ⁊ ſatiſfactiõis
manifeſtat pctm̃. Sꝫ qꝛ oĩs amaritudo tẽ
peranda eſt dulcedine: dulcediuẽ grẽ dei
imploremus ⁊ hoc mediãte matre gratie:
quam ſalutabimus dicentes. Aue.
B ¶ Dicto de ſcda cõditiõe ꝯfeſſiõis: nũc re-
Confeſſio. ſtat videre de tertia q̃ eſt ꝙ ꝯfeſſio dꝫ eſſe
accuſatoria: ⁊ hoc ꝓpter multa. Primo vt
Quare ꝯfeſſio dꝫ eẽ accuſatoria. latro ⁊ peſſimus hoſtis reueleẽ ⁊ denude
tur. Peſſimus hoſtis quẽ hꝫ homo eſt pec
catum: quo remoto nec homo: nec diabo-
lus homini nocere poteſt. Gregori⁹. nulla
nocebit aduerſitas: ſi nulla domineẽ iniq̃-
tas. Ideo ſtultus eſt qui ipm̃ non accuſat
iudici. i. cõfeſſori. Propterea nihil dꝫ ipſi⁹
occultari Thꝛeñ. ij. Effunde ſicut aquã coꝛ
C tuum in conſpectu dñi. Primo: qꝛ ſicut aq̃
Effundere. debet eſſe clara vt nihil in ea lateat: ſic in
confeſſione clare dici dꝫ peccatum vt nihil
Quõ dñr peccata effũdi corã dño eius lateat: nec ſub verbis duplicibus oc-
cultetur. Pro. xxvj. Sicut in aquis reſplẽ-
dent vultus pꝛoſpicientiũ: ſic coꝛda homi
num nota ſunt prudẽtibus. i. ſacerdotib⁹.
p̃s. Effundite coꝛam illo coꝛda veſtra: ſicut
de vaſe precioſo ⁊ nobili liquoꝛ coꝛruptus
q̃ꝫ citius effunditur. Totaliter aũt effun-
ditur ſi actus ⁊ voluntas peccandi expel-
lanẽ: ſi delectatio peccati in memoꝛia non
retineatur: ſi guſtus / geſtus / ⁊ ſimilitudo
peccati exterioꝛ oĩno reliquaẽ: ſi nullaten⁹
pctm̃ excuſeẽ. In effuſiõe eni aq̃ nõ rema-
net i vaſe nec liquoꝛ: nec odoꝛ: nec ſapoꝛ nec
coloꝛ: qđ in effuſiõe alioꝝ liquoꝛum bene
reperitur. Verbi gratia / cũ ſanguis effun
diẽ remanet pars aliqua ſanguinis ĩ fun-
do vel in lateribus vaſis adherens maxi
me ſi diu fuerit in vaſe. Sic multi peccatũ
effundunt quantum ad actũ: ſed magnaꝫ
eius partem retinere volunt: ſcilꝫ volun-
tatem coꝛdi adherentẽ: faciẽtes ſicut infir
mi qui tondent capillos ſed nõ eradicãt /
radicẽ dimittentes in capite: vnde poſtea
capilli oꝛiunẽ. Sic multi infirmi tondent
in quadrageſima peccata: act⁹ pctĩ ſecãtes
ſꝫ radicem in capite. i. voluntatẽ in coꝛde
relinquẽtes: vñ poſt in peccata recidiuãt.
ij. Reg. xiiij. Abſalõ tõdebat ſemel in ãno
i. in quadrageſima capillos ſuos. Abſalõ
interpꝛetaẽ amaritudo patris: qꝛ pecca-
toꝛ deũ patrẽ amaricat in peccatis. Ama-
ra eni ſunt dño peccata. Oſee. xij. Effraim
pꝛouocauit me in amaritudinib⁹ ſuis. Se
cundo cum oleum effundiẽ rem[anet] ſepe
aliq̃d liquoꝛis: et ſi nihil remaneat liquo-
ris: ſemꝑ tñ remanet ſapoꝛ olei. Sic qui-
dam in confeſſione oleũ effundunt: quan-
do minuta peccata confitẽtur ⁊ pinguio-
ra reſeruãt. Agad pinguiſſimũ regẽ reſer
uauit Saul ꝓpter qđ ab eo diuiſum eſt re
gnum eius: ⁊ multi regnũ celoꝝ amittũt:
quia maioꝛa pctã reſeruant: colantes culi-
ces: chamelos deglutientes. Sed dato ꝙ
nihil liquoꝛis remaneat. tamẽ remanet ſa
poꝛ: ita ꝙ ſi in dicto vaſe ponaẽ liquoꝛ / ſa
poꝛem habebit olei. Sic multi actũ pecca
ti effuderunt coꝛaꝫ dño in confeſſione: ſed
delectationẽ peccatoꝝ preteritoꝝ cogita-
tione ⁊ memoꝛia ruminant: non aũt perfe
cte ſanatus eſt qui ſapoꝛẽ: ⁊ infectionẽ in-
firmitatis preterite retinet in palato. Hie
remie. xviij. Permanſit in eo guſtus eius.
Qñ eni guſtatur amarũ: inſipidũ: vel ve-
nenoſum: ſtatim ponitur extra os: nec ceſ-
ſat homo ſpuere donec totũ eijciatur: ſed
dulce ⁊ ſapoꝛoſum intus deglutitur. Sic
qui ſentit amaritudinẽ peccati: ſtatĩ extra
os eijcit illđ ꝑ ꝯfeſſionẽ Iob. x. Loquar in
amaritudĩe aĩe mee. Tertio cũ vinũ effun
diẽ / remanet odoꝛ. vtpꝫ ĩ ponẽtib⁹ nares ĩ
vaſa vinaria. Sic multi pctĩ actũ et volun
tatẽ ⁊ delectationẽ dimittẽtes: rumoꝛes
de pctõ alioꝝ libẽter audiũt: ⁊ ita ſentiũt
a lõge ei⁹ odoꝛẽ. Vñ ſicut odoꝛ ducit canẽ
ad beſtiã: ſic ſepe audire loq̇ đ pctõ alteri⁹
⁊ rumoꝛes de ipſo inquirere ducũt et tra-
hunt hoĩem ad pctm̃. Et ſicut odoꝛ fetid⁹
cito coꝛrũpit ſentientẽ: ſic rumoꝛes hmõi
audientẽ. Hiere. xlviij. Odoꝛ eius non eſt
immutatus. Et ſequiẽ. Pꝛope eſt interit⁹
Moab vt veniat: ⁊ malũ eius velociter ac
currit nimis. Quarto dũ lac effunditur re
manet coloꝛ. Sic multi licet delectationẽ:
actum: ⁊ voluntatem peccandi dereliq̃ue-
rint: in ꝯfeſſione tñ coloꝛ adhuc remanet:
quia coloꝛare querunt pctã ſua: cũ tñ mu-
lier impꝛegnata coloꝛe careat. Cum enim
quis a dño bonã concepit voluntatẽ con-
fitendi: carere dꝫ coloꝛatione ⁊ excuſatio-
ne peccati ſui / et ita debet effundi vt nihil
ipſi⁹ remaneat neq̃ꝫ liquoꝛ / neq̃ꝫ ſapoꝛ / ne
q̃ꝫ odoꝛ / neq̃ꝫ coloꝛ. j. Regum. xv. Percute
Amalech ⁊ demolire vniuerſa ei⁹. i. diabo
lum ⁊ peccatũ ⁊ oẽs circũſtantias eius et
differentias. ¶ Secũdo accuſare ſe debet
homo in ꝯfeſſiõe vt diuinã ꝓuocet miam.



Querit eni dñs nudam peccatoꝛis conſciẽ
tiam: vt e[am] ſuis donis quaſi indumẽtis
veſtiat. Ait eni Cañ. ij. Oſtẽde mihi faciẽ
tuam. i. conſciẽtiã tuã: ſonet vox tua in au
ribus meis: q̃ ſunt aures ſacerdotis in cõ
feſſione. Sicut ei facies coꝛpoꝛis nuda dꝫ
eſſe: ſic ⁊ cõſciẽtia aperta debet eſſe deo ⁊
confeſſoꝛi. Turpis eni eſt macula in facie:
ideo opoꝛtet eã lauare nõ abſcõdere. Pro
uer. iiij. Iuſtoꝝ ſemita quaſi lux ſpẽdens
creſcit vſq̃ꝫ ad perfectum diẽ. i. ſemita vel
via penitẽtium creſcit vſq̃ꝫ ad claram ⁊ ꝑ-
fectam notitiã peccatoꝝ vſq̃ꝫ ad meridieꝫ
in quo athomi. i. minute circũſtãtie ⁊ mi-
nuta pctã poſſunt videri. Ideo dicit. p̃s.
Delictum meum cognitũ tibi feci: et iniu-
ſtitiam meã non abſcondi. Apiamus igiẽ
in confeſſione delicta noſtra / non opiam⁹
excuſatiõibus. Curialis enim eſt dñs qui
ſtatim tegit eos qui ſe ſibi detegunt. Eze-
chiel. xvj. Vidi te nudam ⁊ confuſiõe ple-
nam: ⁊ expandi amictũ meũ ſuꝑ te / ⁊ ope-
rui ignominiam tuam. Unde Aug. ſuper
illo. Miſerere mei de⁹. Qui magnã miam
depꝛecatur: magnã miſeriam confitetur.
Sed multos tractat diabolus ⁊ tenet per
guttur ne clament. Non ſic quedam bona
mulier: que dum grauia confiteretur ⁊ ag
grauaret ⁊ in quolibet verbo ꝯfeſſoꝛ ſpue
ret: animaduertẽs illa ꝙ pꝛopter hoꝛroꝛẽ
pctõꝛum ſuoꝝ ſpueret dixit ei. Dñe ſi vos
deberitis crepare ꝑ medium anteq̃ꝫ rece-
dam dicam vobis ꝑ totum. Illam eni nõ
tenebat diabolus ꝑ guttur. Hieronym⁹.
Ideo iubeẽ nobis ne [ex]pꝛobꝛemus homi-
ni reuertenti a peccatis ſuis: ⁊ ne abomi-
nemur Egyptium: quia ipſi quondam in
Egypto fuim⁹: ⁊ de luto ⁊ latere Pharao
ni extruxim⁹ ciuitates. ¶ Tertio accuſan-
da eſt ꝯſciẽtia pctõꝛis nõ excuſãda: ꝓpter
diuine iuſtitie ſeueritatẽ q̃ denudabit ĩ iu
dicio q̃ noluerũt pctõꝛes aperire patri ſpi
rituali in cõfeſſionis ſecreto. Eſa. lvij. Re-
uelabitur ignominia tua: ⁊ videbitur op-
pꝛobꝛium tuũ. Quanta differẽtia eſt vltro
dicere pctm̃ ſecreto coꝛam hoĩe pctõꝛe ad
miam conſequendã: aut coacte coꝛam vni
uerſo mundo ad dãnatiõis iudiciũ. Ideo
Iob. x. Dimittã aduerſuꝫ me eloquiũ meũ
i. ero aduocat⁹ cõtra me loquẽdo nõ excu
ſando: vt vir ſuꝑ vxoꝛẽ ⁊ ecõtrario: ⁊ ſoci⁹
ſuꝑ ſocium. Sꝫ melius eſt habere modicã
amaritudinẽ ⁊ verecundiã in cõfitẽdo: q̃ꝫ
celando incurrere amaritudinẽ eterni iu-
dicij. Vñ ſm̃ Auguſtinum. Melioꝛ eſt mo
dica amaritudo in faucibus: q̃ꝫ eternũ toꝛ
mentũ in viſceribus. Qui aũt non ſentiũt
hmõi amaritudinẽ pctĩ hñt guſtum infe-
ctum. de quibus đr Eſa. v. Ve qui dicunt
bonũ malum: ⁊ malũ bonũ. Ideo cum di-
xiſſet Iob. Loquar in amaritudine anime
mee: ſubdidit. Dicã deo noli me condẽna-
re: qꝛ iã me condẽnaui. Non eni punit de⁹
bis in idipſum Naũ. ij. Ideo. j. Coꝛ. ij. Si
noſmetipſos diiudicaremus non vtiq̃ꝫ iu
dicaremur. Aliter enim eſt in curia mundi
huius: ⁊ aliter in curia dei qꝛ in curia mũ-
di opꝫ ꝙ aduocatus ſciat bñ allegare pꝛo
parte ſua: in curia dei ꝙ contra ſe. p̃s. Dixi
confitebor aduerſum me iniuſtitiam meã
dño. Exẽplum ad hoc de Phariſeo q̇ ſe ex-
cuſabat: ⁊ de Publicano qui ſe accuſabat:
qui tñ iuſtificatus eſt ab illo. Et ꝓpter hu
iuſmodi accuſationẽ ſigno oñdẽdã tũdiẽ
pectus. Unde auguſtin⁹ in homil. In hoc
ipſo ꝙ ſonuit ꝯfiteoꝛ / pectoꝛa tutudiſtis.
Tundere autẽ pectus eſt arguere qđ latet
in pectoꝛe: ⁊ euidẽti pulſu occultum caſti-
gare peccatum. ¶ Quarto ad peccandum: A
et ſerenandum conſciẽtiam noſtrã. Pꝛou. Tundere.
xviij. Semꝑ iurgia q̃rit malus. Angelus
crudelis. i. mala conſciẽtia mitteẽ ꝯtra eũ Quid ſit tũdere pectus.
ferẽs ſentẽtiã condẽnatiõis: ⁊ cõtinue ad
uerſus eũ clamans. Nihil ꝑiculoſius q̃ꝫ cũ
mulier clauſo oſtio verberat virũ: nihil de
terius q̃ꝫ cũ cõſciẽtia remoꝛdet oſtio clau-
ſo ꝯfeſſoꝛi. Tũc ei nõ põt ei dari auxilium
contra mulierẽ ſuã litigioſam: ſꝫ bñ dum
oſtio apto verberat. Pctm̃ eni qđ occulta
tur aut excuſatur: ſemꝑ clamat cõtra pec-
catoꝛẽ: ⁊ confeſſum et accuſatũ ſilet: ſicut
canis q̇ latrat icluſus ⁊ ſilet exclus⁹. Quot
clamoꝛes audiũt q̇ ſic occultãt ⁊ excuſant
in coꝛdib⁹ ſuis admodũ latrat⁹ canũ: q̇ q̃-
dem latratus canũ (vt dicũt logici) eſt vox
ſignificatiua ſue damnatõis naturaliter:
non ad placitum eoꝛum. Sunt ei tales ſi-
miles Hiritio et poꝛco ſpinato: q̇ ſpinis
ſuis ſe defendunt: ⁊ volunt de ſuis pecca-
tis reliquias facere. Oſtendunt eni pecca
ta ſua ſicut reliquias ſcilicet inuolute: que
ſi denudare vellent nõ viderentur aurum
ſed lutum. Et ideo ſicut in magnis feſtis
ſolent oſtẽdi reliquie nude ſine aliquo ve-
lamine: ita ſi volumus deo facere ma-
gnũ feſtum in paſca / debemus nude pec-

catoꝛum noſtroꝛum reliquias oſtendere. Unde in libꝛo de donis dꝛ ꝙ in quadam parochia Rauē.ad quendam diſcretum ſacerdotem venit mulier quedam quā ſcie bat eſſe peccatricem ſed occultam: que duʒ confiteretur oīa peccata ſua excuſabat: et quaſi ſanctiſſima eſſet pallio verboꝛuʒ q̄ſi nihil eſſet docebat/ſe ꝑ oīa inſtificās. Firmato igiť cancello dixit ꝙ deus dederat ei maximas reliquias: que non fuerant īuen te de aliqua muliere (matre dei excepta) q̄ non peccaſſet. Cum aūt vellet pulſare cam panas ⁊ facere parochianos vocari/ dicens ꝙ eas reponeret in capſa argentea: confeſſa eſt enoꝛmia ⁊ hoꝛrenda peccata. Si enim latro qui duciť ad ſuſpendiuʒ ſci ret ꝙ ꝓpter ſui publicam accuſationeʒ di mitteretur/coꝛam oībus ſe accuſaret: quātomagis debes facere tu q̄ pctōꝛ es in pꝛi uato: qui es in ꝑiculo eterni ſuſpēdij. Job vij. Non parcā oꝛi meo: loquar in tribulatione ſpūs mei: ꝯfabulaboꝛ in amaritudīe aīe mee: aggrauādo pctm̄ nō excuſando. Si qs em̄ ſciret in domo ſua eſſe centū latrones non doꝛmiret quouſqꝫ oēs expuliſſet: vel iuſtitie intimaſſet: dicens. Aperi te mihi poꝛtas iuſtitie dādo latronē ⁊ accuſando iudici vt ſuſpendať in patibulo pniē: ⁊ vbi nō fit iuſtitia de latronib⁹ ibi abūdāt latrones. Sic vbi nō fit frequens

B
Confeſ ſio.

iuſtitia ꝯfeſſionis: ibi abundat ⁊ regnat iniq̄tas in terra illa. ❡ Multipliciter ſe excuſant ꝯfitentes: q̄nqꝫ ſup deū dicentes.

Quō multi ꝑſr ſe excuſāt confitē tes.

Deus me fecit talē ⁊ talr̄ inclinatum: ſic Adam retoꝛſit pctm̄ ſuum in deuʒ dicens. Mulier quā dediſti mihi dedit mihi de li gno ⁊ comedi. Ea enim peruerſitas eſt (vt dicit Aug.) ꝙ volūt deo attribui ſi q̄d egerint mali: ſibi vero q̄cq̄d egerit boni. Ad id em̄ genus ꝑtinet accuſatio ſtellaꝝ: ⁊ q̄c q̄d de fato delirāt dicentes. Saturn⁹ me fecit furē: Mars raptoꝛē: Ven⁹ adulteruʒ ⁊ fatū mihi fecit hec ⁊ illa. Sed abſit (inquit Grego.) a chꝛiſtianis, vt fatū aliq̄d eē dicāt ſi iuſtus in pꝛincipio accuſatoꝛ ē ſui. Prouer. xviij. Propter quod ſacerdos qui repūtat ꝑſonā iuſti: ī pꝛincipio miſſe ſe cō fiteť ⁊ accuſat: multomagis hoc pctōꝛ dʒ

C
Diabo lus.

facere. ❡ Scdō ſe excuſant ſup diabolum dicētes. Ego hoc feci ſed diabolus decepit me exēplo Eue dicentis. Serpens decepit

Quō diabo-

me. in quo videmur eſſe filij Ade nō ſoluʒ in natura ſʒ imitatiōe: ꝓpter q̄ a paradi ſo expulſi ſunt. Et falluntť in hoc q̄ lʒ diabolus tentet eos: nō tn̄ īducit ad pctm̄ niſi ꝑ ꝓpꝛium eoꝝ ꝯſenſum. Eſaie. lv. Dicūt incuruare vt tranſeamus. De hoc eſt exem plū. Accidit em̄ quandā puellā in ciuitate moꝛantē/multū a iuuenibus tētari de foꝛ nicatiōe. Quā tentationē vt fugeret ꝓpo ſuit extra ciuitatē in quodā caſtro cuidam nobili dn̄e famulari. Cui iter arripiēti ver ſus caſtrū in foꝛma adoleſcētis demon ap paruit querens quo ꝑgeret: ⁊ ipſa ei ꝓpo ſitum expoſuit: ſed demon diſſuaſit: ⁊ per oppoſitū multa ibi ꝑicula eſſe ꝑdixit: ⁊ ſta tim poſt diſparuit. Poſt hoc bꝛeui quodā interuallo a quodā caſtri famulo adamatur: ⁊ impꝛegnať ⁊ de caſtro expelliť. Qua redeūte cū doloꝛe ⁊ fletu ad pꝛioꝛem ciuitatem diabolus ei denuo apparuit cauſaʒ doloꝛis eius querēs. Rn̄dendo inter alia ſubintulit: diabolus (inquit) mihi conſuluit. Tunc diabolus dedit ei alapam. Mētiris (inq̄t) q: in hoc loco tibi diſſuaſi: ⁊ pe ricula oſtendi: ſed ex malitia ⁊ ꝓpꝛia volū tate hoc feciſti. Hiere. viij. Non eſt q̄ agat pniam de pctō vnuſq̄ſqꝫ dicit quid feci. Preterea non poteſt quicq̄ diabol⁹ in cre dentes in chꝛiſtum: eo ꝙ iam iudicatus ſit ⁊ a credentibus expulſus. Unde Aug. A credentibus pꝛinceps mundi mittitur foras vt iam non opereť in coꝛdibus hoīum quos iaʒ cepit chꝛiſtus poſſidere: ſicut ope ratur in filijs diffidentie quos ad tentandos ⁊ tribulandos iuſtos ſepe concitat. Quia enim miſſus eſt foras qui intrinſec⁹ dn̄abatur: extrinſecus pꝛeliatur. Et ſi per eius perſecutiones dn̄s dirigit mites ī iu dicio: tn̄ ex hoc ipſo ꝙ foꝛas miſſus eſt/iu dicat⁹ eſt. De quo iudicio mundus arguiť q: fruſtra de diabolo conqueritur q̄ in chꝛi ſtum vult credere ⁊ qui foꝛas miſſus/ad noſtram exercitationem foꝛis pugnare ꝑmiſſus eſt. Tertio excuſant ſe ſuper ſocieta tē ſuā quā ſecuti ſunt dicētes: ſocietas me fecit hoc facere. Sic Adam ſup vxoꝛē ſuā ſe excuſauit: ſic vir ſup vxoꝛē ⁊ econtrario. Dicit em̄ vxoꝛ maledixi viro meo peſſimis maledictionibus: ſed hoc ideo q: ſe inebꝛi at: oīa diſſipat: ⁊ me verberat. Econuerſo vir ꝯfiteť. Diſſipatoꝛ ſum bonoꝝ meoꝝ in taberna/ibi inebꝛioꝛ. Sed hoc iō q: vxoꝛ mea peſſimū caput hn̄s me a domo reijcit ⁊ ſic neceſſe hēo ad tabernā ire ibiqꝫ lude re: diſſipare: ⁊ īebꝛiari: ⁊ ſic q̄ſi pile luſoꝛes

Iū accu ſam⁹ ex cuſādo nos.



vnuſq̄ſqꝫ eoꝝ alter ad alteꝝ pilā ꝓijcit. Cō tra quam accuſationē oꝛabat. ps. dicens. Non declines coꝛ meuʒ in verba malitie ad excuſandas excuſationes in peccatis. Que inſania īquit Guil. Pariſ. ſe opponere me dicamentis: ⁊ medico ꝓ defenſione vulne rum adiutoꝛi ⁊ ꝓpugnatoꝛi ꝓ defenſione nequiſſimoꝝ hoſtium: liberatoꝛi ꝓ defen ſione carceris ⁊ vinculoꝛum: miſeratoꝛi ꝓ defenſione pctōꝝ: iudici abſoluere volenti ꝓ defenſione funis quo diſtrahendus eſt ⁊ ſuſpēdēdus in īfernali patibulo: ⁊ ꝓ de fenſione ſpinarum quibus exurendus eſt eterno incendio: mundatoꝛi ꝓ defenſione ſpurcitiaꝝ: ereptoꝛi de naufragio ꝓ defen ſione faſciculoꝝ depꝛimentiū ad interituʒ ⁊ perditionem mergentium. decoꝛatoꝛi ꝓ defenſione turpitudinis: viuificatoꝛi pꝛo defenſione moꝛtis: reparatoꝛi ꝓ defenſiōe ruinaꝝ: excultoꝛi ꝓ defenſione peſtilētiuʒ herbaruʒ. Et vt vno ꝟbo dicamus oīʒ mo loꝛum ſe ꝓtectoꝛeʒ facere/oīa ſub ꝓtectio ne ſua ſuſcipe: ⁊ defenſoꝛem ſe ⁊ aduocatum aduerſus deum ⁊ ſemetipſum oppo nere: quanta ſit inſania quis non videat. hec Guil. ❡ Quarto ſe excuſant ſup bōa q̄ faciunt. Sic nobiles dicunt accepi ſup talem ſubditum meū tot dictas: ſed ſibi mul ta bōa feci vnde plus tenebať mihi. Et ta les ſunt ſicut ancilla pigra que iuncos viri des ſup puluerē expandit. Sed opʒ oēs īmundicias tollere ⁊ poſtea bona opa ſup addere. Eccli. xxxvij. O ꝑſūptio neq̄ſſima/ quādiu nata es coope[ri]re aridam malitia Tales em̄ ſibi faciunt ꝑizomata ſicut Adā i. excuſationes in pc[ca]tis adinuenientes.

❡ Quinto ſe excuſant quidam ꝓpter carnis infirmitatem: hoc eſt ſicut Adam per Euam ſuam ſcʒ carnē dicentes illud. feci ſʒ ſum fragilis ⁊ delicatus: iō iſta me facere neceſſe fuit. Eccl'ſ. v. Ne dederis os tuum vt peccare facias carnem tuā. i. non te excuſes ꝑ carnis infirmitatē: iſti ſunt ſimiles Judeis qui ſimū ſuū ī deſerto foſſa humo abſcondebant. Sic Achoꝛ furtum in terra carnis ſue abſcondit. Sic Adā folijs arbo rum. Caro em̄ folium eſt q̄ vēto rapiť: in firmitatis ſue pudēda operit: ⁊ Jacob pel liculis hedoꝛuʒ manus ſuas. i. peccata ope rationum malarum ⁊ nuda colli. i. verba mala ꝓtexit. Job. xxxi. Si abſcondi quaſi homo peccatum meum: ⁊ celaui iniquitatem meam: ſupple mihi male eueniet.

❡ Sexto ſe excuſant qui duplicibus ꝟbis ſua peccata excuſant. Hoc autem fit. Pꝛimo q̄n peccata turpiſſima non ꝓpꝛijs noī bus ſed quibuſdam obumbꝛatis noīb⁹ vo cant ne ſic turpia appareant. Tales em̄ li munt parietem peccatoꝛuʒ quem tn̄ debe rent ſuffodere: q: in parietib⁹ defoſſis q̄n qꝫ inueniunť theſauri copioſi. Id conſuliť Ezechielis. xij. fili hominis fode parieteʒ. Scdō hoc fit q̄n nō recte ſe accuſat homo ſed verbis coopertis: ⁊ que non intelligit cōfeſſoꝛ: nec debite explicat pctm̄. Ad hoc enim vt pānus mundeť opʒ vt explicetur ſicut ſolent fullones facere. Juſti aūt viri debite diſtinguūt ſua peccata in confeſſio ne. Unde de vehemoth per quem intelligitur coꝛpus peccati vel ipſe diabolus dꝛ Job. xl. Concident ipſum amici: diuident illum negociatoꝛes q: amici ⁊ negociatoꝛes virtutum viri iuſti Vehemoth. i. pecca tum pꝛopꝛium in confeſſione diuiduut/ ⁊ diſtincte narrant ⁊ dicunt. Non eniʒ in cō feſſione verbis duplicibus vtendum eſt: vt de penitente dici poſſit ſolutum eſt vinculum lingue eius: ⁊ loquebatur recte. ❡ Septimo ſe excuſant per conſuetudinem dicentes: iuraui ſed hoc habeo ex conſuetudine. Accepi ſuper ſubditos meos: ſed hec mihi conſuetudo eſt. Et in hoc allegāt tur pitudinem ⁊ vitium ſuuʒ: neſcientes quia mala conſuetudo vitiat naturam: ⁊ ꝙ pec catum ex conſuetudine deterius eſt q̄ ex ſurreptione vel ignoꝛātia: vel fragilitate. ❡ Octauo ſe excuſant diminuentes peccacatum: vel ꝓpter cauſam quam aſſignant vel ꝙ non fecerunt mala intētione: vel q: hoc fecerunt quia alius eis malum fecerat: vel ꝙ nō credebāt facere: ⁊ ſic de alijs: ⁊ volentes cooperire peccatum: ipſum diſcooperiunt. Vera enim confeſſio ⁊ ꝑfecta non palliata (vt dicit Guil. Pariſ.) eſt la tibulum pctōꝛis ⁊ operimentum eius. Nu dus em̄ eſt pctōꝛ: ⁊ patentis turpitudinis ⁊ diſcooperte ſemper anteq̄ turpitudineʒ ſuā diſcooperuerit reuelatione cōfeſſiōis. Job. xxvi. Nudus eſt infernus coꝛaʒ eo: et nullū eſt opimentū ꝑditioni. Per multa ei exēpla ptʒ ꝙ non videt diabolus peccata poſt ꝯfeſſionē: ſed ei ꝑ illam teguntť. Preterea ꝙ in palā ſit ⁊ in manifeſto oīs turpitudo peccatoꝛis: in luce ⁊ nō in tenebꝛis legitur. Job. xxiiij. Non ſunt tenebꝛe ⁊ nō eſt vmbꝛa moꝛtis vt abſcondantur illi qui

operant̄ iniquitatem. Et ꝓpter hoc erant
poſt Adã.i.exemplo illius qui ad vmbrā
maloꝝ ad excuſandas excuſationes in pec
catis: ⁊ ad folia.i.mendacia verboꝝ quaſi
ad folia ficus vt inde pudenda ſua opiāt
confugerint: hi dum turpitudines ſuas ve
lare ⁊ operire ſe exiſtimant/maiores turpi
tudines prioribus adijciunt. Maior eniꝫ
turpitudo eſt excuſatio aut defenſio turpi
tudinis/ꝙ ſit ipſa que excuſat̄ aut defen-
ditur turpitudo. Propterea ſcutum gla-
dijs ⁊ iaculis obtenditur: q2 tamꝙ̄ fortius
ipſo corpore gladijs ⁊ iaculis poſſe reſiſte
re ſperatur. His ergo pctis tamꝙ̄ fortiori
bus cetera ꝓtegunt̄ ⁊ armantur: ſicut le-
gitur Job.xl. Protegunt vmbre vmbraꝫ:
hec Guil. Pariſ.

A
Diabolus.
Diabolus obturat oēs ſenſus peccatoris

¶ Sermo tredecimus de penitentia:
⁊ de confeſſione ſeptimus per the-
ma precedens.

Diabolus ſolet
auferre a peccatore omnes
ſenſus ſpiritales: volens
ipſum impedire ne perfici
at viam iſtorum trium die
rum.ſ.contritionis: confeſſionis: ⁊ ſatiſfa
ctionis. Facit aūt ad modum diuitis qui
vult ſe aiſier in aliqua domo.i.quieſcere
ad nutum. Primo ingreſſus domum clau
dit poſt ſe oſtium: ⁊ ꝑcipit familie ne dicat
ipſum eſſe ibi. Oſtiū claudere eſt animam
mutam reddere: ne ipſum eſſe intus alicui
demonſtret. Obſtruit aūt diabolus os ꝗn
qꝫ digitis qui ſunt pudor confitendi: com
placentia peccati: ſpes lōgioris vite: timor
perſeuerandi: ⁊ deſperatio venie. ¶ Scdo
clauſo oſtio extinguit lumen vt quieti⁹ dor
miat. Sic diabolus lumen ſiue viſum co-
gnitionis: ne homo cognoſcat veritatem/
vilitatem/ ⁊ damnoſitatem peccati. Sap.
ij. Excecauit eos malitia eorum. Bene tn̄
dimittit diabolus homini oculuꝫ ſiniſtrū
quo conſiderantur temporalia: nō dextrū
quo celeſtia ſicut dr̄ de Naas.ij.Regū.xi.
Tertio obturat feneſtras ꝓpter radios ſo
lis ne intrent. Sic diabolus feneſtras au-
rium ne radij doctrine intrent: ⁊ ipſum in
quietent. Iſtas feneſtras hn̄t ꝑcipue clau
ſas diuites/qui nolunt audire ſermonē ꝓ
pter malos rumores quos ibi audiūt.ſ.ꝙ
opꝫ reddere ⁊ oīa dimittere. Et hoc eſt de-
monium illud de ꝗ dr̄ ꝙ reddiderat hoīeꝫ
ſurdum ⁊ mutū. Mat.viij. quem curauit
dn̄s poſito digito in auricula ... memo-
riam paſſionis. Quarto ꝑcipit familie ꝙ
ſint in pace ne ipm̄ inqetent: ⁊ ſic tollit ta
ctum bone opationis. vult enim eſſe in do
mo vacāte otio vt dr̄ Lu.xi. Hoc eſt demo
nium illud de ꝗ dr̄ Luc.viij. ꝙ oportebat
ipm̄ hoīem in ꝗ erat vinciri catenis ⁊ com
pedibus. Quinto iubet ne ꝗd nimiū redo-
lens ſit in domo: ſicut odor pomoꝝ vel ali
ꝗd hmōi qđ īpediat ꝗetēꝫ ſuā. Aufert em̄
olfactū.i.odorem peccati vt nō ſentiat ei⁹
odorem ⁊ fetorē. Vn̄ fetidi ⁊ ebrij non ſen
tiunt odorē ſuū: ſic pctōres inebriati feto-
re pcti: hoc eſt illud demoniū qđ habitat
in monumentis. Luc.viij.i.in cordib⁹ feti-
dis. Ne ḡ auferat a nobis īpudens ille ca-
nis noſtros ſenſus ſpirituales ad matrem
miſericordie recurram⁹ vociferātes. Aue.
¶ Dictū eſt de ſcđa ꝯditōe ꝯfeſſionis ꝗ eſt
ꝙ ipſa ſit accuſatoria: nūc videndū ē quō
diabol⁹ nitit̄ īpedire pctōrē ne ſe accuſet i
ꝯfeſſione. ¶ Pro quo notandū eſt ꝙ ſunt
quatuor impedimenta quaſi quatuor ad-
uocati diaboli īpedientes pctōrem volen-
tem venire ad confeſſionē vel ad curiā mīe
ne accuſet ſe de pctis ſuis: hꝫ em̄ dn̄s du-
plicēꝫ curiā mīe ſcꝫ ⁊ iuſtitie. Diabolus au
tem ſicut malitioſus aduerſarius/q2 non
audet ponere manum in pctōrem quouſ-
qꝫ deliberet̄ ei a curia iuſtitie. ſicut appet
Job.i.⁊.ij. q2 nihil potuit in eum diabol⁹
affligendo: donec a dn̄o dictum fuit: ecce i
manu tua eſt. Ideo primo conquerit̄ in cu
ria iuſtitie de pctō... ⁊ ibi quaſi actor accu
ſat eū: credens ibi maxime ꝓbare ſuam in
tentionem: ꝓponens ꝙ dignus eſt morte
rn̄det iuſtitia nō credaꝫ tibi: q2 mendax es
⁊ pater mēdacij. Joan.viij. nō tibi credaꝫ
niſi habeas bonos teſtes: rn̄det diabolus
ꝙ ꝓbabit ꝑ lr̄as ⁊ teſtes. Tres ſunt libri cō
ſciarum: ⁊ hꝫ teſtes fide dignos: ⁊ oī exce-
ptione ſemota.ſ.trinitatē: ſanctos ⁊ ſctās
Tunc curia ſic inuenit eſſe. trinitas hocat-
teſtat̄: ⁊ tres ſunt qui teſtimoniū dāt in ce
lo. pater: verbū: ⁊ ſpūſſanctus: ⁊ ſancti di-
cunt ꝙ veꝝ eſt eius teſtimoniū: ⁊ ſic dicit
diabolus. Ecce iā teſtes ꝓduxi de celo: ꝓ-
ducam etiam de terra non remotos nec ex
traneos ſed teſtimoniū ꝯſcīe ſue: ⁊ tunc ſi
ꝗratur ab ea: ꝯſcia remordens deponit cō
tra pctōrem teſtimoniū. Rom.ij. Teſtimo-
nium reddente illis cōſcīa coꝝ. Gloſ. Ipſi

B
Diabolus.
Quō diabolus accuſat pctōreſ i curia iuſtitie



ſibi teſtes ... boni vel mali. Vn̄ ſciunt ſe
merito damnari vel ſaluari. Sic itaqꝫ iu-
ſtitia audiens iſtos teſtes: ꝓfert ſnīaꝫ ſuā
dicens iuſtum eſſe peccatorēꝫ amittere pa
radiſum: ⁊ ſuſpendi ad inferni patibulum
q2 ſtipendia pctī mors: ⁊ ſic gaudet diabo
lus: ⁊ ſtatim veller ſnīam dari executioni.
Sed mīa que potētior eſt apponit ibi ma
num: dilationem dando peccatori: vt poſ-
ſit ab iſta ſnīa qua ſic dānatus eſt in curia
iuſtitie appellare ad ſuperiorem curiā: ali
ter ꝑ iuſtitiam eſſet ſtatī deſtruct⁹. Thren.
iij. Mīe dn̄i ꝙ non ſumus cōſumpti. Apo
cal.ij. Dedi ei tp̄s pnīe. Et tunc nō eſt alia
via ſeu refugium pctōri niſi appellandi.
Sicut ſe ſentiens grauatum a curia īferio
ri appellat ad ſuperiorem: ſic peccator do
lens ſe perdidiſſe paradiſum ⁊ timēs mor
tem ⁊ patibulum inferni cui adiudicatus
eſt in curia iuſtitie: appellat ad curiaꝫ mīe
que potentior ⁊ ſuperior eſt. Qꝫ potentior
patet: q2 ipſa poteſt retinere iuſtitiaꝫ que
ita potēs eſt: ⁊ retardare quando non pla
cet ei ſnīa eius. Ideo bene dicit Grego. in
illa oratione. Deus qui omnipotentiaꝫ tu
am parcendo maxime ⁊ miſerando mani-
feſtas. Qꝫ ſuperior patet. Jaco.ij. Miſeri-
cordia ſuperexaltat iudicium. ps̄. Miſera
tiones eius ſuper omnia opera eius. Que
attendens iuſtitia defert appellationi: et
remittit eos ad curiam miſericordie que ē
confeſſio: q2 nunꝙ̄ ita euidenter operatur
mīa ſicut in confeſſione ⁊ ibi ſedet quādo
profert ſnīas ſuas dice... do ꝑ vicarium cō
feſſorem ſuum. Abſol.o te ab iſtis pctis.
Ita appellauit Dau.. in.ps̄.cū dixit. Mi
ſerere mei deus: qm̄ conculcauit me hō.i.
diabolus ſuppeditauit in curia iuſtitie. Si
militer cum dixit. Miſerere mei deus: ſcdm
magnam mīaꝫ tuā. Ac ſi diceret. Magna
eſt mīa tua: imo maior ꝙ̄ iuſtitia in pūti:
iō peto mīam. licet inciderim ꝑ iuſtitiā in
magnam miſeriaꝫ. Ideo pōt dicere pctōr
cum vadit ad confeſſionem. Vado ꝓſequi
appellationem meaꝫ. Videns ergo diabo
lus ꝙ ſi ꝓſequat̄ ſicut incepit: ⁊ recte ꝓce
dat: ita ꝙ nihil omittat ⁊ dicat puram ve
ritatem in cauſa: totum perdet qđ ei adiu
dicatum erat: ideo diabolus tamꝙ̄ mali-
gnus ⁊ verſutus preuenit peccatorem: vt
contradicat impetrandis in iſta curia: et
mittit aduocatos ſuos qui iungunt ſe pec
catori: ⁊ fingunt malitioſe ſe eſſe de parte
illius. vt ſic credat eorum conſilio: et poſ-
ſint cauſam eius peruertere: ⁊ iſtam ap-
pellationem confeſſionis impedire: quia
ſi poſſint ei perſuadere per fallatias ſu-
as ꝙ non dicat puram veritatem et inte-
gram non habebit ſententiam ꝓ ſe ſed cō
tra ſe. Ideo dicit. ps̄. Odiſti oēs qui opan
tur iniqtatem: pdes oēs qui loquunt̄ mē
dacium ſcꝫ in ꝯfeſſione. Sup quo Augu.
Notate verba ⁊ ponderate: grauius eſt ꝑ-
dere ꝙ̄ odire. Talis enim de nouo tria pec
cata cōmittit ſcꝫ mendaciū ꝑniciosum hy
pocriſim: ⁊ ꝙ pollutus ⁊ fictus recipit ſa-
crm̄ ꝯfeſſionis. Hierem.xvij. Pctm̄ Jude
ſcriptū eſt ſtylo ferreo. Per pctm̄ Jude in-
telligit̄ pctm̄ in ꝯfeſſione. Judas em̄ inter
ꝑtat̄ cōfitens. ¶ Venit ergo primus aduo
catus ſpes mala longioris vite: ⁊ fingit ſe
eſſe de ꝑte pctōris: ⁊ malicioſe nitit̄ impe-
dire ne vadat ad curiam mīe ſcꝫ confeſſio
nis: ⁊ incipit allegare iura ſua dicens. Nō
ne multoties audiſti dici ꝙ vna dies de tuor ad
reſpit: cent marcs vault. Itē debemus ac-
cipere bōa qn̄ poſſum⁹. gallice. On doibt
prendre le temps: quant on le peult auoir
Juuenis es ſatis potes ludere: in ſenectu
te penitebis ⁊ facies pnīam ⁊ ibis tūc ad
confeſſionē. ⁊ ꝓ ſe allegat illud. Eccli.vij.
In die bona fruere bonis: ⁊ malā diē ꝓca
ue: ⁊ ita conſulit differēdū eſſe vſqꝫ ad ſe-
nectutēꝫ vel mortē. Multi credūt huic ad
uocato: ſed melius ſapiēti. Eccli.v. Fili ne
tardes conuerti ad dn̄m: ⁊ ne differas de
die in diem. Subito em̄ veniet ira illius: ⁊
in tp̄e vindicte diſꝑdet te. Ideo bn̄ dr̄ cōi
ter. Qui nō facit qn̄ pōt: non facit quādo
vult. Job.xxxiij. Neſcio ꝙ̄diu ſubſiſtam: ⁊
ſi poſt modicuꝫ tollat me factor meus. Vi
deant tales ne forte contingat eis ſicut hi
ſtrioni cuidā: ꝗ cū eſſet īportun⁹: cogitaue
rūt quidam qualr̄ eum prudenter exclude
rent: ⁊ ſimulauerunt ſe facturos cande-
lam: ⁊ cum eſſet coadiutor tenens initium
licinij ſemper retrocedebat verſus oſtium
et ita dum candela protraheretur in lon-
gum neceſſe habuit exire oſtium. quo clau
ſo ipſe excluſus eſt. Sic cum peccatum ta
les protrahunt: excluduntur dum redeun
di per penitentiā aditus denegat̄: vel mor
te vel alio mō. Job.xxxiij. Neqꝫ vltra ē in
hoīs ꝑtāte vt veniat ad deum. Sperat em̄
impoſterum vitam mutare in melius: ⁊ in
terea ſemper luxuriatur ⁊ male agit: ſilis

A
Aduocatus.
Confeſſio.
Quare aduocati īpedientes ne penitēſ debite ꝯfiteat̄

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca



illi ꝗ prodige expēdit vt parcus ſit poſtea
Sed cōmuniter tales qui ſibi ꝓmittunt
longā vitam cito moriunť ⁊ damnantur
Eccli. xxix. Repromiſſio nequiſſima mul-
tos ꝑdidit. Ut autem talis repromiſſio ſit
nequā pꝫ: q2 contra ius et rōnē. Probať
ꝑ tria exempla. Primum eſt. Qui haberet
quatuor aſinos: ⁊ totū onus oīm illorum
imponeret debiliori: ꝯtra iuſtitiā ⁊ rōnē
faceret. Sic iſte totū onus pnīe pctōrum
que cōmiſit ī quatuor etatibus ſcꝫ ī ado-
leſcētia: iuuentute: virilitate: ⁊ ſenectute/
vult ſoli ſenectuti īponere q̄ debiliſ ē. Za-
cha. ij. Maledict⁹ doloſus q̄ hꝫ ī grege ſuo
maſculū ⁊ īmolat debile deo. Secundum
exemplum. Qui nollet leuare minus onus
qn̄ fortior eſt ⁊ potētior: ⁊ vellet illud on⁹
leuare qn̄ multo mai⁹ eſſet: ⁊ ipē debilior
merito ſtult⁹ reputareť. Sic pctōr ſimilis
illi ſtulto de quo in vitis patrū q̄ ſcīdebat
ligna ⁊ faciebat de illis ſarcinā: et poſtea
tentabat leuare: ⁊ qn̄ videbat ꝙ non pote
rat de facili portare: iterū ſcindebat ligna
⁊ apponebat ad ſarcinā ⁊ poſtea tētabat:
et quanto plus ponderabat tāto plus ad
debat. Sic pctōres qn̄ ſentiunt pond⁹ pec
catoꝝ ⁊ pnīe: ſtatim deponūt. ⁊ pctā pctīs
adijciūt. q2 ſm Gregoriū. Pctm̄ qd̄ ꝑ pe-
nitētiā nō diluiť: mox ſuo pōdere ad aliō
trahit. Tertiū exēplū: ille qui ꝑ totā vitā
ſuā cū magnis expēſis pararet ſibi domū
vbi nō intēderet morari aliquo mō: ⁊ do-
mum in qua vellet ꝑpetuo morari ꝓ poſ-
ſe ſuo deſtrueret: talis apte faceret contra
rōnem/ ⁊ reputareť inſanus. Sic q̄ differt
conuerti vſqꝫ ad mortē: ꝑ totā vitā ſuā pa
rat domū in inferno vbi nullo mō manē-
re vellet. Uult enī habere malā vitā ſꝫ bo
num finē: ſed iſta cauda nō eſt de iſto vitu
lo. Formica ſapiētior eſt talibus: quia pa-
rat in eſtate vnde viuat in hyeme. Jō Pro
uer. vj. Uade ad formicā o piger et conſi-
dera vias eius. Talibus dicitur. Eccli. xxij
Que in iuuētute tua nō congregaſti: quō
in ſenectute tua inuenies. Talis enī ſemi-
nat maledictionē ⁊ vult metere bn̄dictio-
nem. ¶ Secūdo apparet iſta repromiſſio
nequior: quia contra peccatorem/ per tria
exempla. Primum quia ille qui plus dili-
geret ſe infirmum ꝙ ſanum: ſeruum ꝙ li-
berum: nihil habentem q̄ꝫ omnia poſſidē-
tem iniquus eſſet in ſeipſum. Talis enim
pctōr q̄ tardat penitere ⁊ bene facere vſqꝫ
ad mortē vel finē: quia plus diligit ſe eſſe
in pctō quod eſt īfirmitas ſpūalis imo ve
rius mors: et ſic eſt ita impius in ſeipſum
ꝙ ſe plus diligit mortuū ꝙ viuū: ⁊ ſeruū
q̄ꝫ liberum. q2 Joan. viij. Qui facit pecca-
tum ſeruus eſt pctī: non ſolum vnius ſed
multoꝝ. Aug. bonus hō ſi ſeruit: liber eſt.
malus hō ſi regnet/ ſeruus eſt: ⁊ qd̄ peius
eſt tot dn̄oꝝ quot vitioꝝ: q2 ſicut dr. j. Pe.
ij. a quo quis ſupat⁹ eſt eius ⁊ ſeruus eſt.
Et hec ſeruitus maxima eſt q̄ non poteſt
tolli. Bernard⁹. Difficile eſt imo ſoli pror-
ſus diuine volūtati poſſibile ſuſceptū ſe-
mel pctī iugū a ſe excutere: quia qui facit
pctm̄ ſeruus eſt pctī. Itē magis diligit ſe
nihil habentē ꝙ oīa poſſidentē: q2 ſpolia-
tur oīb⁹ bonis. Jac. ij. Qui offendit ī vno
factus eſt oīm reus. Eccli. ix. q̄ in vno pec
cauerit multa bona perdet. Sic oīa etiā
eccleſie ſuffragia ꝑdit ꝙdiu eſt ī pctō: q2
ps. Particeps ego ſum omnium timentiū
te. Si quis haberet partem ī omni lucro
quod eſt in regno Frācie ſtatī eſſet diues.
Secūdum exēplum. Ille qui deberet ma-
gnam pecuniam ad vſurā q̄ quotidie au-
gmētareť: ⁊ poſſet ſoluere ⁊ tardaret quā
tum poſſet: talis faceret contra ſeipſum.
Sic in propoſito mora in peccatis tāꝙ de
bitum currit ad vſuras: quia quanto diu-
tius erit in peccatis/ tanto plus ſoluet de
pena. Apocalyp. xviij. quantum glorifica
uit ſe in delicijs/ tantum date illi tormen-
tum ⁊ luctum. Tertium exemplum. Si qs
ludat cum peritiſſimo luſore ad ſcaccos et
ipſe parum ſciret reſpectu illius: ⁊ permit
teret ſibi auferri quaſi totam ſuam fami-
liam et nō curaret ſed cogitaret ꝙ macta
ret aduerſarium ſuum in fine in angulo:
ille ſtultus eſſet ⁊ faceret contra ſe. Sic in
propoſito imperitiſſimus luſor eſt pecca-
tor qui ſemper in ludo tentationum ſuccū
bit: qui familiam bonorum operum: ⁊ vir
tutum ſcienter amittit ꝑ peccatum: ꝑ quā
familiam mactare dꝫ diabolum aduerſa-
rium ſuū qui peritiſſim⁹ luſor eſt: quia ab
initio mundi exercitatus eſt in ludo tēta-
tionum. Et ideo ſtulta preſumptione con-
funditur: credens ꝙ in angulo idest ī fine
debeat ipſum vincere qn̄ fortius tētat dia
bolus et pctōr debilior efficiť Gregorius
diabol⁹ grauiores tētatiōes ingerit: quā-
to magis finē appropīquare ꝯſpicit. Au-
guſtinus. Uac aīa auerſione ꝑcutiť pctōr:



vt mori⁊ oblimiſcaſ ſui qui dū viueret
oblitus eſt dei. ¶ Tertio apparet ꝙ ſit ne-
quiſſima: q2 ꝯtra dei bonitatē: ⁊ hoc appa
ret ꝑ tria exēpla Primū eſt. Si aliquis iu
uenis dn̄m ſuum cui ſeruire tenereť. ⁊ a q̄
oīa ſua bona hr̄et ꝑ totam vitam ſuā im
pugnaret: ⁊ inimico dn̄i ſui ſeruiret ⁊ offer
ret dn̄o ſuo ſeruire qn̄ non poſſet: nō mul-
tū placeret dn̄o ſeruitiū ſed multū offen
deret. Mal. j. Si offertis claudū vel lan-
guidū: nōne malū eſt? Scd̄m exemplū. Si
qs recepiſſet a dn̄o ſuo bona maxima ad
lucrandū ⁊ multiplicandum: ⁊ ipſe debe-
ret totum lucrum hr̄e: ⁊ illa ſupflue expē-
deret: ⁊ ꝓ nihilo daret in contēptum dn̄i
ſui: impie ageret: ⁊ ꝯtra curialitatē dn̄i ſui
ingratus eſſet. Sic pctōr q̄ corpus ⁊ aīam
vires aīe/ ſenſus corporis: tꝑalia bona: et
ſpatiū vite ⁊ alia multa bona recipit a deo
⁊ illa oīa expēdit in ꝯtumeliā creatoris ap
te facit ꝯ̄ bonitatē ⁊ pietatē dei. De aīa ꝗ
tradita eſt nobis q̄ſi talentum in apprecia
bile ⁊ theſaur⁹ ꝑcioſus dicit Bern̄. Ue mi
hi ſi talētū mihi traditū ſcꝫ aīam meā ne-
gligēter ſeruauero: ſanguine agni imacu-
lati magis appreciatum. Si eī ſtillas dn̄i-
ci ſanguinis in vaſe aliq̄ repoſitas hr̄em:
diligēs cuſtos ꝓculdubio exiſterem. De tē
pore Job. xiij. Dedit ei tp̄s pnīe: at ipſe ab
utitur eo in ſupbiam. Tertiū exemplū. Si
quis ſeruus diſpēſator bonoꝝ dn̄i ſui: bo
nū panē: bonū vinū: ⁊ bona cibaria daret
extrāeis inimicis dn̄i: ⁊ dn̄o ſuo daret ad
comedendū de pane corrupto ⁊ furfure ⁊
fetidis ⁊ corruptis carnibus ⁊ piſcibus: ⁊
ad bibendū de fecibus vini: valde īpie age
ret ꝯ̄ ipſum. Sic pctōr qui illud qd̄ eſt pul
chrius ⁊ melius de vita ſua daret diabo-
lo: ⁊ qd̄ peius eſt (nouiſſimum ſcꝫ vite ſue)
ꝓponit dare deo. non ſic faciebat Dauid
qui dicebat. Fortitudinē meā ad te cuſto-
diam: ſcꝫ ad ſeruiendū tibi. Sed qn̄qꝫ con
tingit ꝙ pctōr nihil ꝓ primo aduocato fa
cit: ſed non obſtantibus allegationib⁹ ſuis
vadit ad curiā mīe ſcꝫ ad cōfeſſionē: ⁊ tūc
occurrit ſcd̄s aduocatus ſcꝫ pudor malus
anteꝙ peccator dicat vnum ſolū verbum:
⁊ illum reddit ita confuſum ⁊ ita mutum
ꝙ neſcit quid dicere: ⁊ opꝫ ꝙ ſacerdos eū
primo interroget. Querit confeſſor habui
ſti vnꝙ rem cum muliere: tunc accedit ma
lus pudor dicēs. Quō dices te ita vile pec
catum perpetraſſe? Si eē in latrinā feti-
dam ⁊ plenam ſtercoribus fetidis cecidiſ-
ſes: non velles ab aliquo quantūcūqꝫ fa-
miliari hoc ſciri: ſed ſicut dr. Prouer. xxiij.
Fouea ꝓfunda meretrix: ⁊ Eccli. x. Mu-
lier fornicaria q̄ſi ſtercus in via ꝯculcabiť
Item ſi vile eſt iacere in latrina ꝑ horā ali
quā: multo vilius eſt in tali fetido pctō ia
cere ⁊ morari ꝑ annum. De tali pōt dici ꝙ
totus putet. Gregorius ſup illo Johel. j.
Computruerunt iumenta in ſtercore ſuo.
Iumenta in ſtercore ſuo cōputreſcere eſt
pctōrem in fetore luxurie vitam finire: et
qn̄qꝫ mentiť ꝑ pudorē. Et ſi de hoc ꝯfitea
tur ſacerdos querit de circūſtantia aggra
uante peccatū: vtrū cū cognata vel affini
vel ſorore ⁊ ſic de alijs: ⁊ qn̄qꝫ pre ꝯfuſiōe
celat. Si vero ꝯfiteaſ: ſacerdos queret vl-
terius. Amice feciſti pctm̄ ꝯ̄ naturam: tūc
accedit malus pudor dicēs. Iſtud pctm̄ ē
viliſſimū ⁊ oī cōfuſione dignū: q2 ꝓpter
hoc ſubuerſe fuerunt ciuitates ⁊ cōburun
tur hoīes: ⁊ tūc pctōr maxime credens illi
aduocato malo tacet ⁊ efficiť mutus. Un̄
ſodoma dr̄ muta: q2 iſtud peccatum pecca
torē reddit mutū. Sed nō eſt credendū illi
aduocato: q2 dr̄ Eccli. x. Ne cōfundaris ꝓ
aīa tua dicere verū. Iſidorus. Bn̄ ſe iudi-
cat iniuſtus ī hac vita: ne iudiceť a deo dā
natione ꝑpetua. Item non ꝯfundaris con
fiteri pctā tua. Nā ſi habeas erubeſcentiā
aut de deo: aut de ſacerdote/ aut de circū-
ſtantibus nō de deo: q2 ſciebat totū. Heb.
xj. Oīa nuda ⁊ aperta ſunt oculis eius ad
quē nobis ſermo. gloſ. i. cui opꝫ reddere ra
tionem. Ideo Aug. ſup. ps. Deus miſerea
tur noſtri. Ut quid o pctōr confiteri times
qui non confitendo nō potes eſſe occult⁹?
Dānaberis tacit⁹: qui poſſes liberari con-
feſſus. Magis aūt occultantur in conſpe
ctu dei poſt confeſſionem ꝙ ante. ideo di-
cit. ps. Btī quoꝝ remiſſe ſunt iniquitates
⁊ quoꝝ ⁊c. Debemus ergo facere ſicut ipē.
ps. Delictū meū cognitū tibi feci. i. detexi:
vt tu dn̄e deus tegeres: non operui vt tu
operires. Aug. Illis non iudex ſed aduo-
catus eſt chriſt⁹: q̄ ſe ꝓpria ꝯfeſſione dam-
narunt. Scd̄o q2 deus pr̄ tuus eſt ⁊ filium
opꝫ modicum erubeſcere corā patre ſuo of
fenſo. Momētanea (inquit Guil. Pariſ.)
erubeſcentia que cum ipſa ꝓlatione: cum
ſonitu verboꝝ confeſſionis fugit. Leua
oculos fidei tue: ⁊ vide quid tibi eſt in ce-
lo: ⁊ quid a te queritur ſup terrā. Momē-

Universidad de Deusto
Biblioteca



tanea a te erubeſcentia exigitur: ⁊ tibi re-
gni celeſtis honor offertur: illud ſcʒ conui
uium patris miſericordiarum redeunti ꝓ
digo exhibitum: ⁊ tñ erubeſcentia modici
tpis impedit ne impleantur vota / deſide-
ria: ⁊ gaudia patris ⁊ celeſtium militiaꝝ:
⁊ ne pro drachma vł oue perdita recupera
ta (ꝓ te ſcʒ) inuitet cognatos ⁊ amicos ad
noua liberationis tue gaudia. Nonne (in-
quit Guil. Pariſ. libro. ſ.) ſentis cor tuum
emortuum quod nec diuinarum commina
tionum terrent tonitrua: nec diuinaruʒ ꝓ
miſſionum tot ⁊ tanta demulcent blandi-
menta? Times erubeſcentiam momenta-
neam: ⁊ non times eternam. Coram vno ti
mes: ⁊ non times erubeſcere in oculis om
nium tam viuentium ꝗ̃ mortuoruʒ. Si co
ram vno ſuſtinere non potes eam / quõ eã
corã toto mundo ſuſtinebis? Quid reſpon
dere poteris coram deo in extreme illius
diſcuſſionis examine interroganti. Fili vt
quid dereliquiſti me? Nõne rñdebis / dñe
vt venirem ad te neceſſe fuit me erubeſce-
re ⁊ verecundari ꝑ momentum coram ſa-
cerdote? Erit ne hec excuſatio? Neſcis q̃
hec erubeſcentia data eſt tibi in auxilium
emendationis peccatorum ⁊ medicinam:
⁊ tu conuertis eam in toxicum: ⁊ deo me-
dicanti acquieſcere non vis: malens mori
ꝓpria voluntate ꝗ̃ acquieſcere conſilio et
auxilio dei medicantis? Hic eſt mos equi
vmbratici: qui mortis audacter incurrit p̄
cipitium vmbram timens. Hic eſt mos ſca
bioſi qui manus ſcabioſas timet oſtende-
re ⁊ lauare: ſciens tñ ꝙ lauatorio munda-
ret. Nec dʒ hr̃e pudorem de confeſſore. Vñ
Aug. Ut quid confiteri erubeſcis? Homo
ſum ſicut ⁊ tu: nihil humanum alienum a
me puto. Cõfitere ergo homo homini pec
cator peccatori. Elige quod vis: ſi non cõ-
feſſus lates inconfeſſus damnaberis. Itẽ
fatuum eſt credere ꝙ ſacerdos credat euʒ
eſſe imundum q̃ perfecte ſe lauat: vel in-
firmum: q̃ perfecte ſanatus eſt: vel dei ini
micum: q̃ hoſtem peſſimum. i. peccatuʒ iu
ſtitie dei tradidit. Item erubeſcentia ẽ fre
num quo infrenatum tenet diabolus os
tuum: ⁊ cum freno omne corpus equorūʒ
circũferimus. Iac. iiij. Facile te diabolus
iterum aſcendet / niſi de maxillis tuis fre-
num illud cito excuſſeris. Quõ ergo ratio
nalis hõ erubeſcit diffamari ꝓpter pn̄iaʒ
ſibi ſimilis: ⁊ non verecundaṫ beſtie exem

A
Erube-
ſcentia
Rões
quare
erube-
ſcentia
non dʒ
claude
re os
pctõris

plo infrenatus? Vñ quidam demon retro
quendã ꝯfitentẽ ſtabat: ⁊ q̃ſi eũ ad aures
monens: quẽ vir quidã ſanctus aſpiciens
⁊ interrogãs quid nam faceret: audiuit ab
eo. Reddo ei qđ abſtuli: verecundiam ab-
ſtuli ei duʒ peccaret: reddo ei dũ confiteṫ.
Eſt enĩ verecũdia ⁊ erubeſcentia gladius
diaboli quem tenet ſuꝑ guttur tuuʒ ne di-
cas ſecreta que ꝑpetraſti. Eſt ⁊ lupus vo-
rax imittens raucedinem his qui clamare
cupiunt in confeſſione: vince ergo eum fre
no erubeſcentie quo te tenet ⁊ occide eum
gladio ſuo: ſicut Dauid Goliath. erubeſcẽ
tiam conuertens in medicinam peccatoꝝ
tuorum. Preterea erubeſcentia eſt ſcutum
ſuperbie ⁊ inanis glorie ⁊ totius diaboli
exercitus ꝓtectrix ⁊ abſconditrix. Interro
ga teipſum quis te facit erubeſcere: ⁊ inve
nies ꝙ ſuꝑbia vel inanis gloria: q̃ tamꝗ̃
oculus baſiliſci ſicut homiem interficit ſic
aſpectũ hoĩs ſacerdotis expaueſcit. Tolle
igiṫ oculum baſiliſci ⁊ erue abs te. Si (in-
quit ſaluator) oculus tuus ſcandalizat te
erue eum ⁊ ꝓijce abs te: ⁊ indue oculũ ho
minis baſiliſcum erubeſcentie interimen-
tis. Preterea erubeſcis ne ſacerdos q̃ bo-
num te credebat vilipẽdat te. Quod ſi fa-
ciat / q̃d boni amiſiſti? Erat ne opinio ſacer
dotis tantum bonũ: vt minor ea eſſet eter
na felicitas: ⁊ vt ꝓ ea incurrendum eſſet
eterne mortis ſuppliciũ? An in opĩone ſa
cerdotis felicitatem tuaʒ conſtituas repu
tans te felicem ⁊ beatum ſi de te ſacerdos
bñ opineṫ? Ecce ꝑati ſunt te tortores ra
pere ad eterne mortis patibulum: ⁊ tu co
gitas de opinione ſacerdotis tue ſalutis
imemor? hec Guil. Pariſ. lib. de ſacramen
tis. Preterea ſꝫm eundem. Q̃ ignominio-
ſum eſt tot ⁊ tantis hoſtibus victis in con
tritione / iſti extremo ſcilicet verecũdie ſuc
cumbere: ⁊ tante victorie gloriam ſolo ti-
more aſpectus vnius hominis ſcilicet cõ-
feſſoris amittere. Si reuelare vitioruʒ tur
pitudines eſt glorioſum ⁊ laude dignum
⁊ victorioſum: quare erubeſcis confitendo
facere quod laude dignum eſt: vt qui in cõ
tritione alia peccata viceras / in confeſſio-
ne ipſam erubeſcentiam vincas? Confiteri
enim peccata nihil aliud eſt ꝗ̃ numerare
victorias. Dum enim pie ac ſyncere forni-
cationem confiteris: ipſam te viciſſe facto
ipſo loqueris: ⁊ mortuam de ipſo campo
certaminis eijcis. Sicut enĩ euomẽs ꝟtute



medicine ſerpẽtes ⁊ beſtiolas venenatas
ipſam victoriã nature ꝑ medicinaʒ adiute
ipſo hmõi vomitu indicat: ſic vomens be
ſtias ſpũales ipſo vomitu confeſſionis vi-
ctorias gratie indicat. Propter qđ recte i-
telligẽtib⁹ ꝯfiteri eſt numerare victorias
ſuas. Cũ enim dicis hec ⁊ hec illa pctã fe-
ci per iſinuationẽ dicis hos ⁊ illos hoſtes
interfeci: ⁊ ipſam erubeſcentiã interficio:
⁊ cũ oſtẽdis ei peccata nihil aliud oſtẽdis
ꝗ̃ hoſtiũ cadauera que adiutorio diuine
gratie cõtriuiſti: que quãto plura ac maio
ra fuerunt tanto plures ac maiores virtu
tes victorie tue teſtes erũt. Quod deinde
glorioſius ac iocundius ſpectaculũ: qđ glo
rioſius deo ſacrificiũ eẽ põt ꝗ̃ ſtrages tot
odibiliũ inimicoꝝ dei ⁊ ipſius penitentis
victoris? Eccli. xxv. Beatus q̃ videt ſub-
uerſionẽ inimicoꝝ. Errat ergo penitens q̃
ignominioſam ſibi putat ſtragẽ inimicoꝝ
ſuorũ videri ab aliquo ⁊ aceruos hoſtiuʒ
ſuoruʒ occiſoꝝ oſtendere: teſteſq; victorie
ac virtutis ꝓducere: ⁊ hoc tanto maiores
ac validiores quanto maiora ac horribilio
ra fuerũt peccata: Quẽadmodũ ſi in cam-
po certaminis circa aliquẽ bellatorẽ ma-
ior multitudo interfectorũ ⁊ vulneratoꝝ
hoſtiũ ꝓſtrata iacuerit maius teſtimoniũ
victorie ac virtutis dabit. Rome enim to
tius ſenatus ꝯſilio decretũ eſt vt eis ſolis
triũphus celebrareṫ qui victoria potiti eſ-
ſent in q̃. vij. milia hoſtiũ ceſi fuiſſent. Mi
nor aũt victoria triũphali honore idigna
iudicata ẽ. ſicut narrat Ualerius maxim⁹
de memorabilibus. He Guil. Pariſ. li. de
ſacris. Nõ timeat erg ꝓpter pn̄iam iniũ
gendam: nec multis rõcinijs obligatus a
dño ſuo fugiat: q̃ etiam ꝓpter rõcinia ex
trahiṫ ſeruus de eccleſia. ¶ Nec dʒ erube-
ſcere de circũſtantibus ſeu videntibus: ſi-
cut illi faciũt q̃ erubeſcũt ire ſepe ad con-
feſſionem vel diu ſedere ante ꝯfeſſoreʒ: ne
alij putent eos eſſe magnos pctõres. Sed
maxia ſtultitia eſt de nobiliſſimo opere ⁊
ſumme neceſſario ad ſalutem erubeſcere.
Talis aſſimilaṫ ei q̃ erubeſceret lauare ma
nus vel pedes. Bern. O quãta ꝑuerſitas:
inq̃nari nõ pudet: ⁊ ablui pudet. O vere-
cundia exps rõnis: inimica ſalutis: igno-
rantia totius honoris ⁊ honeſtatis. Aug.
Quid mihi ꝓdeſt ſi me ꝯtinuis laudibus
totus mundus attollat? Nã malã ꝯſciam
non ſanat laudantis p̄coniuʒ; nec bonam

A
Erube-
ſcentia
Nonde
bẽt eru
beſcere
penitẽ-
tes pro
pter cir
cumſtã
tes.

vulnerat ꝯuitiantis opprobrium. Sʒ iſtũ
pudorem inducunt multoties illi qui de-
trahũt diuturne ꝯfeſſioni: iudicãtes tales
eſſe in multis ⁊ magnis peccatis: ſed male
iudicãt: q̃ ꝓpter multas rões tenentur
diu in ꝯfeſſionibus. Uel q̃ male ſciũt cõ-
fiteri: ⁊ iõ opʒ eos iſtruere ⁊ dirigere ſicut
diſcipulũ in ſcholis. Alia rõ: q̃ ꝯfeſſor bo-
nus in ꝯfeſſione nõ ſolũ vituperat pctã ſʒ
oñdit ꝑicula vt pctõr illa fugiat: ⁊ cũ hoc
cõmẽdat ꝟtutes vt illas appetat: ⁊ ſic pec
catum deſerat: Alia rõ ⁊ melior: q̃ illi qui
meliores ſunt ⁊ ꝑfectiores tales ſepius et
diutius cõfitenṫ: ſicut videmus in iſtis re
ligioſis q̃ q̃tidie ante miſſam volũt ꝯfite-
ri. Tales faciũt ꝯſciam de minimis pecca-
tis que alij non conſiderant: ⁊ vident i cõ
ſcientia ſua talia peccata que alij non vi-
dent: q̃ ſunt magis illuminati gratia dei:
ſicut i radio videnṫ athomi: ⁊ ideo dñt iu
dicari alijs ꝑfectiores. Iõ non eſt creden-
dum tali aduocato: ſed faciendum ẽ ſicut
Iob dicens. Non parcam ori meo. Grego-
rius. Ori ſuo parcit qui peccata ſua que fe
cit confiteri erubeſcit. ¶ Contingit vero ꝙ
duo predicti aduocati non recipiuntur: ⁊
tunc venit tertius. ſ. malus timor recidi-
uandi vel nimis magnam penitentiaʒ agẽ
di: ⁊ incipit allegare. Quomodo poſſes ab
ſtinere a talibus peccatis? Non poſſes cõ-
tinentiam ſeruare: ⁊ peius eſſet tibi poſt
recidiuuʒ. Allegat etiam ꝙ non poſſes pe
nitentiam talem iniunctaʒ facere. Sʒ ſtul
ta eſt allegatio prima: q̃ ille qui eſt in car
cere ⁊ nollet exire quãdo poſſet q̃ timeret
iterum incarcerari / ſtultus ⁊ demens eẽt.
Sic iſte qui eſt in carcere pcti detentus et
catenis ferreis ligatus cuʒ talis carcer ſit
iuxta portã inferni: valde ſtult⁹ eſt qñ ꝓ
tali timore dimittit exire de tali periculo.
Dʒ enĩ attendere magnã virtutẽ eſſe in ſa
crõ cõfeſſionis: qm̃ multoties hõ qui con
teriṫ ſufficienter de pctĩs ſuis: qñ venit ad
confeſſionem per virtutem ſacramenti pe
nitentie recedit poſt confeſſionem factam
ſufficienter penitens ⁊ contritus. Sicut eĩ
theriaca fugat venenũ: ſic cõfeſſio peccatũ
⁊ diabolum. Latro non venit libenter vbi
fugatus eſt ⁊ accuſatus iuſtitie: vt com-
prehẽdatur. Sic diabolus in corde illius
qui ſepe confitetur. Sepe eniʒ reuelat ſe-
creta ipſius diaboli. Vñ in vitis patruʒ di
xit ſanctus pr̃ ꝙ nihil tantuʒ offendit ⁊ fu

Universidad de Deusto Biblioteca



gat diabolū ꝙ ſi reuelentur ſecreta eius:
et nihil eū ita letificat ꝙ ſi abſcondātur.
Pctā aūt turpia que nobis ſuggerit ſunt
ſecreta ei⁹ que maxime vult celari. Ideo
dr Eccli.xx. Si nuntiaueris abſconſa illi⁹:
nō pſeqris poſt eū. Itē nō dꝫ timere ma⸗
gnitudineꝫ pnie: qꝛ debitoꝛ dꝫ ſoluere qn̄
moneta ſua meli⁹ valet: ⁊ ꝓ minori pōt ſe
acqtare. Sed vna dies pnie plus valet in
hoc mūdo ꝙꝫ annus vl' forte mille anni in
purgatorio: ⁊ quaſi incōparabiliter mīoꝛ
eſt. ideo mō melius dꝫ fieri: qꝛ vnūquodqꝫ
ī tpe in quo melius malet magis eſt eli⸗
gendū. ¶ Quartus aduocat⁹ eſt hypocri⸗
ſis. Qn̄ eñ nō recipiunt tres ꝑdicti aduo
cati venit falſa hypocriſis ⁊ fingit ſe eſſe
de parte penitētis ⁊ multū eū diligere: et
īcipit allegare ⁊ dicere. Nō ſum ego de ad
uocatis ꝯducticijs: nolo aliq̄d de tuo mul
tos ꝓmoui mihi adherētes: ⁊ niſi fuiſſem
nūꝙ ꝓmoti fuiſſent ad vtilitatē ⁊ honorē
ſuū. Crede ergo mihi. Ecce iſte bon⁹ ꝯfeſ⸗
ſoꝛ forte d̄ corde ſuo expellet te: ⁊ nūꝙ foꝛ
te amodo de te bn̄ ſentiet q̄lēcūqꝫ vultū
tibi oñ dat: ⁊ ita multoties pctōꝛ iſti aduo
cato credit. Talia ⁊ multa alia allegat: ſꝫ
non eſt ei credendū cū ſit fallax ⁊ decepto
rius. Talis aduocatus plus diligit imagi
nem rei ꝙ rē: aurichalcum ꝙ aurū. plus
videri bon⁹ ꝙ eſſe bon⁹ ſimpliciter: plus
falſitatē ꝙ veritatē. ⁊ iō ſophiſta eſt ⁊ ple
nus fallacijs. Habet enī cauſam apparen
tie ⁊ defectus: ⁊ coopit latrinā vitioꝝ pal
lio falſe religiōis ⁊ apparētis ⁊ nō exiſtē
tis. Bernardus. Triſtitia hypocritarū nō
in corde ſed in facie eſt. Hi oēs ſunt habi⸗
tu ⁊ aſtutia vulpes: actu ⁊ crudelitate lu⸗
pi. Hi ſunt q̄ boni videri/nō eſſe/mali āo
non videri: ſed eſſe volunt. Ideo cōparan
tar ancille q̄ potos cupreos exterius niti⸗
dos ⁊ mūdos faciūt: ⁊ interi⁹ ſordes relinq̄t
⁊ ꝓuiūt magis oculo ꝙ deo. Hic talib⁹ cō
minatur dn̄s. Mat.xxiij. Ue vobis Pha⸗
riſei hypocrite q̄ mundatis qd̄ deforis eſt
calicis ⁊ papſidis ⁊c. Phariſee cece mūda
prius quod īterius eſt vt facias quod de⸗
foris eſt mundum. Nec eſt credendum iſti
aduocato aut eius allegationi: qꝛ qui que
rit verū honorē in celis: non multū curat
amittere falſum honorē et trāſitoriū ī ter
ris. Iō dicit Chryſ. Qui gloriā cōcupiſcit
in celis opprobriū nō timet in terris. nec
cogitat quid loquātur propter ipſum: ſed
quid iudicet deus de illo: quia vnuſquiſqꝫ
vbi gloriā querit ibi timet cōfuſionē. Itē
mentitur iſte aduocat⁹: qꝛ non eſt verū ꝙ
propter ꝯfeſſionē bonus ꝯfeſſoꝛ odio ha⸗
beat ꝯfitentē: vel malū ſentiat de illo: ſed
plus diligit eū ꝙ an̄. Un̄ dicebat Aug. de
ſibi ꝯfitentib⁹. Tantū eos diligo quātū ſi
genuiſſeꝫ eos ꝯiugio. Hic ꝯfeſſores vocāt
eos filios ſuos. Iſta vero cognatio ſpiri⸗
tualis fortiori amore copulata eſt ꝙ car⸗
nalis: qꝛ amore gratuito q̄ eſt charitas q̄
fortioꝛ ē oī amore carnali: qꝛ nec ꝑ mortē/
nec ꝑ aliud diſſolui pōt: ſicut dicit Rom.
viij. Quis nos ſeparabit a charitate chri⸗
ſti: tribulatio an āguſtia. ⁊c. q. d. nihil. Itē
confeſſoꝛ verius pōt aſſerere de bonitate
ipſius qn̄ confeſſus eſt multa grauia pec⸗
catu ꝙꝫ ſi nunꝙ fuiſſet ei ꝯfeſſus: vel ſi ſo
lum fuiſſet ei cōfeſſus venialia: qꝛ certioꝛ
eſt de maiori contritione ⁊ veriori confeſ⸗
ſione ꝙ fuiſſet de ei⁹ innocētia. Exēplū de
illo qui cōfeſſus ſacerdoti ꝙ occiderat pa
trem ſuū/⁊ cū reuelatū fuiſſet ꝑ vxorē ſuā
fugit extra villā: et adiutus a preſbytero
euaſit inimicos ꝑſequentes. Et cū illi dice
rēt ꝙ bn̄ ſciebat illū īterfeciſſe patrē iura
uit ſe nihil ſcire de hoc: ⁊ iurauit ꝙ crede⸗
bat ipſum eſſe meliorē de parochia: et ve⸗
rum iurauit: ꝓpter quod verbum ꝓlatuꝫ
parentes eius ipſum occiderunt. Ex quo
patet ꝙ nō eſt credēdum iſtis aduocatis
in aliquo: ſed confitens dꝫ eos turpiter a
ſe fugare dicens. Curveniſtis ad conſiliū?
non vocaui vos [illegible]ato dicit. Anteꝙ voce⸗
ris ad conſilium [illegible] acceſſeris. Ego melio⸗
res habeo aduoca[illegible]s ꝙꝫ vos ſitis. ſcꝫ ſpi⸗
ritum ſanctum qui [illegible]citur paraclet⁹ ideſt
aduocatus ⁊ cōſolatoꝛ: ⁊ beatā Mariam
quos inuocabo in auxilium meum. Et ita
debet peccatoꝛ qui tā cautū habet aduer
ſarium ſcꝫ diabolum aduocare ſpiritū ſan
ctum dicens. Ueni ſancte ſpirit⁹ in priua⸗
to confeſſionis: et ſalutare mariā dicēdo.
Salue regina. Eya ergo aduocata noſtra:
et ſic adiutus poterit dicere veritatē purā
que liberabit eum in curia miē. Ioā. viij.
Cognoſcetis veritateꝫ ⁊ veritas ipſa libe
rabit vos. Facta enim confeſſione dn̄s nō
recolit peccatorem dignū accuſatione nec
ſancti. Ezech. xviij. Si impius egerit peni
tentiam ab omnibus peccatis ſuis. ſeq̄ri⸗
tur/omnium iniquitatum eius quas ope
ratus fuerit nō recordaboꝛ. Faciat igitur



peccatoꝛ quod precipitur ei. Eſaie. lviij.
Solue faſciculos deprimentes. Sicut eñ
funes primo ſoluunt ⁊ rumpunt quibus
ligabat fardellus: ⁊ poſtea apparet quid
eſt in fardello. ſic ſoluendi ⁊ rūpendi ſunt
funes quibus colligate ſunt iniquitates.
Effraim. i. peccatoris: qui funes ſunt pu⸗
doꝛ confitendi: ſpes longe vite: timoꝛ ag⸗
grediendi pniam vel recidiuandi: ⁊ hypo⸗
criſis: ⁊ ſic apparebit faciliter qd̄ latebat
in fardello. Sꝫ multitudo maioꝛ munda⸗
norum iſtis funibus conſtringitur. ps̄. Fu
nes peccatorum circumplexi ſunt me.

¶ Sermo. xiiij. De penitentia: ⁊ de con⸗
feſſione. viij. per thema vt prius.

A Pnia. Pnia ē ſcala q̄ ī celum aſcēdit

PEnitētia eſt iter
trium dierum: quo itur in
terram ꝓmiſſionis: ⁊ etiam
funiculus triplex q̄ chriſtus
tēplū tūc mūdauit materiale: nūc mūdat
ſpūale a pctō: expellēdo tenebras pcti: ſic
ſol tenebras expellit lumē introducendo.
Iſti ſunt tres dies q̄b⁹ pactis inuento dn̄o
Ieſu dicere poterant. Ecce triduo quere⸗
bamus te dolentes. Iſti ſunt tres dies q̄s
fugientes de Egypto. i. de peccati ⁊ diabo
li ſeruitute deo in hoc mundo ⁊ non ī alio
ſacrificium offerunt ſalutis. In lege ciuili
precipit deſertorem ⁊ maleficium ibi eum
plecti pena debere vbi facinus admiſſum
eſt: ita vt ſicut lex dedit eis pnie locuꝫ vbi
deliquerunt/ſic peccatoribus in hoc mun
do ⁊ non alibi dedit de[illegible]s pnie locuꝫ. Hec
eſt eñ ſcala Iacob ꝑ [illegible]am aſcendit ad ce
lum: cuius latera ſu[illegible] doloꝛ de cōmiſſis: ⁊
ꝓpoſitum de nō cōmittendis. Gradus ve
ro ſunt ꝯtritio/ꝯfeſſio/⁊ ſatiſfactio. Que
quidem ſatiſfactio tres adhuc gradus hꝫ:
ieiuniuꝫ: eleemoſynā: ⁊ orōneꝫ. Angeli aūt
eam aſcendunt vt portent penitentiū orō
nes ſicut dr Tob. xij. qn̄ orabas cū lachry⸗
mis: ego obtuli orōnem tuā dn̄o. Deſcen⸗
dunt etiam vt reportent penitentibus cō⸗
ſolationes. iij. Reg. xix. Angelus attulit ci
bum ⁊ confortabat Heliaꝫ. Hiero. Nullus
deſperet qꝛ vidit aſcendentes: nullus pre⸗
ſumat qꝛ vidit deſcendentes. Cacumē au
tem eius celuꝫ tangit: qꝛ cōſummata pnia
ſtatim celū penitens ingredit: ⁊ dn̄s ſcale
cernit: eāqꝫ tenet penitentes iuuando et
exhortans dicendo agite pniam appropi⸗
quabit eñ regnū celoꝝ. Sed multi iſtius
ſcale deſcenſum impediunt/⁊ penitentes
retrahunt: vt mala ſocietas que penitēteꝫ
deridet ſi pnia ductus vitam bonam inci⸗
piat ducere ſicut amici Iob ⁊ vxoꝛ Tobie.
Uel etiam blanditijs nitunt retrahere: ſi⸗
cut etiam nimia carnis delectatio que fra
gilitatem corporis arguit: ⁊ ſic ꝓ modico
ieiunio de capitis dolore conqueruntur.
Sed hec oīa vincit amoꝛ chriſti: ꝓ quo eti
am difficilia leuia eſſe vident. ps̄. Propter
verba labiorum tuoꝝ: ego cuſtodiui vias
duras. Q̄ vt facilius has vias trium die⸗
rum peragere poſſimus: adiutorium ma⸗
tris dei imploremus dicentes. Aue.

¶ Conſequenter dicenduꝫ eſt de quarta cō
ditione cōfeſſionis q̄ eſt ꝙ ꝯfeſſio dꝫ eſſe
diſcreta. i. diſcrete pctōrum oſtenſiua. Pri
mo bonum ⁊ diſcretum ꝯfeſſorem q̄rēdo.
vt medicū peritū in medicina. Augu. Qui
vult confiteri pctā vt inueniat grām: que
rat diſcretū ſacerdotem qui ſciat ligare et
ſoluere: ne cum negligēs circa ſe extiterit/
negligat ab eo q̄ eū miſericorditer monet
Q̄ eñ peritus ſacerdos req̄rat ſat[illegible] inuit
nobis ꝑ illud. ij. Reg. xx. Qui interrogat ī⸗
terrogent in Abela. i. q̄ volunt īterrogare
de conſcia ſua: interrogent a peritis ⁊ do⸗
ctis. Abela eñ interpretat miſerabilis ei.
Debet eñ interrogare ſacerdotem. q̄ ſciat
eius miſereri: ⁊ cōpati infirmitatib⁹ ſuis.
Pſal. Qui deſcendunt in mare. i. ad ama⸗
ritudinem vitioꝝ in nauibus eccleſie: ſcilꝫ
facientes oꝑationem in aq̄s multis: ipſi
enarrant mirabilia eius in ꝓfundo. Illi
eniꝫ plenius enarrare pn̄t q̄ ſunt expti in
ꝯfeſſionibus audiendis: tamꝙ facientes
oꝑationem ꝯfeſſionis in aq̄s multis. i. po
pulis multis Reg.na eñ Ethiopiſſa ⁊ ni
gra (vt inquit Origenes ſup Cātica). i. aīa
peccatrix intrat ad Salomonē pacificum
regē Chriſtū: ⁊ aperit ei coꝛ ſuū in cōfeſſio
ne ſcꝫ ⁊ pnia precedentium delictoꝝ: ⁊ lo⸗
quuta eſt ei oīa q̄ erant in corde ſuo. Hec
Orige. Propter qd̄ Chriſt⁹ rn̄dit ei ad oīa
verba: ita vt non remaneret in ea ſpūs. i.
ſcrupulus. Scd̄o qui vult malo ſanguine
vacuari querat bonum minutorem ⁊ ſecu
rum: qui venam attingere ſciat: ⁊ brachiū
ne nimium effluat alligare. Pctm̄ eſt ma⸗
lus ſanguis. ps̄. Libera me de ſanguinib⁹
hoc eſt deus meus qui me in tua cura ſuſ
cepiſti: libera me a meo prauo ſanguine.
Uena eſt os confitentis. Prouer. x. Uena

B Confeſſio. Quōcō feſſio plurib⁹ modis dꝫ eēdi ſcreta.

E

Universidad de Deusto
Biblioteca



vite os iuſti. Minutor qui hunc ſanguinē
habet extrahere eſt confeſſor. Sunt tñ ꝑ
ignorantiam neſcientes inuenire venaꝫ.i.
de pctō interrogare: ⁊ ipſum de cauerna
conſcīe extrahere. Alij neſciunt venam re
cludere.i.peccatum confeſſum celare. Alij
neſciunt bñ ligare.i.pniam iniungere. De
bent eñ eſſe/ſicut ſcribitur. Eccli.vj. Vin
cula illius alligatura ſalutaris: ⁊ periculū
eſt in illis qui tales eligunt. Prouer.xxiij.
In auribus inſipientium ne loquaris.

C Confeſſio. Quid dꝫ facere penitens ſi ſacerdoti ignoranti cōfeſſus fuerit.

¶ Sed queritur ſi ad ſacerdotem ignoran
tem ⁊ male eum intelligentem declinaue
rit confitens: quid poſtea agere dꝫ? Reſpō
ſio. aut ille cui confitetur eſt ꝓprius p̄lat⁹
⁊ non cognoſcit eum indiſcretum: ⁊ ſic ex
cuſatur. aut cognoſcit ſed non certitudina
liter: ⁊ tunc dꝫ ab eo licentiaꝫ petere: vt al
teri magis idoneo confiteaṫ. Et ſi nolue
rit/excuſatur: eo ꝙ datus eſt ei in p̄latuꝫ:
⁊ in tali caſu preſumendum eſt in melius
de prelato ſuo niſi manifeſte appareat de
oppoſito. Et ſi manifeſte appareat ei de
indiſcretione ſua: dꝫ vel recurrere ad ſupe
riorem: vel ad eos quos ſuperiores elege
runt/ſiue ꝑ priuilegium aut alio modo: q̄r
alr̄ ſe exponeret periculo. Si aūt non ſit p̄
latus eius ⁊ eum elegerit nec bene euꝫ di
rexerit: caueat q̄ talē elegit maxime ſi fue
rit talis irregularis vel īhabilis ad eū au
diendū. Caueat etiam ⁊ penitens ne ſacer
dotem auarum ⁊ ſectantem lucra ſibi acci
piat in confeſſorem. Hoc Moyſes cauit:
conſilio Jetro ad iudicium domini viros
ordinans qui oderant auaritiam. Hinc dā
nandi ſunt parochiales preſbyteri ſeu cu
rati: qui capellanis ſuis ⁊ vicarijs pro lu
cro certo confeſſiones audiendi dant fa
cultatem vt auaritie cultores hec omnia fa
ciētes: nefandiſſimum enim eſt ꝓ officio
iudiciario certum pecunie lucrum accipe
re. Tales autem in officium iudicis aſſu
muntur: non ſolū in iudicium actuū exte
riorum ſicut iudices ſeculares/ſed etiaꝫ in
teriorum: ita vt habeant plenam ⁊ perfe
ctam iuſticiam ſup vtrūq; hoīeꝫ. Preterea
ſimonia videṫ eſſe poteſtatē ligandi ⁊ ſol
uendi ponere ſub tributo. cum tñ iuſſerit
dñs. Mat.x. Gratis accepiſtis: gratis da
te. Non tñ dicim⁹ qn ꝯfitēs aliq̄d ꝯfeſſori
dono det ꝓ ſuſtentatione ſua: q̄r Lu.x. Di
gnus eſt oparius mercede ſua. ¶ Et ſi q̄s
iterū querat ſi ſacerdos dormitet audien

D Confeſſio.

do cōfeſſionē vtrū teneaṫ penitens iteruꝫ
confiteri? Diciṫ ꝙ ſic ſi ꝑcipiat. Nam ſacer
dos ille nō audit eū: ⁊ iō non poterit iudi
care de cauſa ignota. Propterea ſacerdo
tes dū confeſſiones audiunt dn̄t eſſe ⁊ a
vino ⁊ a paſſionibus alijs ſequeſtrati: vt
clara mente claras mentes intueanṫ. Hic
ex defectu rei huius ꝓcedit aliqn̄ in ſacro
confeſſionis deriſio: vt pꝫ in locis vbi fo
uenṫ ad lucrum indulgentie: vbi ſacerdo
tes tales quales ignoti: ignari: ⁊ forte in
habiles: irregulares: aut excōicati ꝓpter
lucrū cōfitendi officiuꝫ exercent. Unde in
quodam famato monaſterio: cuꝫ ꝓ illius
edificatione a Papa darentur indulgētie:
contigit noctu tp̄e indulgentiaruꝫ aliquē
añ ſacerdotem incipere ſacramentalē con
feſſionem: qui confeſſus eſt ſe furatū fuiſ
ſe anſerulos: ⁊ cum ſacerdoteꝫ videret dor
mire aut dormitare ⁊ eum ſepe excitaſſet:
nec deſinebat: ab eo inſalutato egreſſus ē:
huic ſucceſſit alius ipſo dormitante: q̄ cuꝫ
bñdictione accepta cōfitereṫ peccata ſua:
excitauit ſacerdotem. Cui ſacerdos/ego in
telligo: ego intelligo. Tu cōfeſſus es ꝙ an
ſerulos rapuiſti: dic poſtea. Cui ille non eſt
ita inquit. Iſte autem in detrimentum ſa
cramenti confeſſionis reuelauit ſecretum
alterius. in quo conſiderandum eſt q̄ cau
te debeat ſacerdos eligi: cui cōmittenduꝫ
ſit ⁊ reuelandum ſue conſcientie ſecretuꝫ.
¶ Et ſi iterum quaraṫ qualē dꝫ cōfeſſoreꝫ
eligere? Diciṫ Primo ꝙ dꝫ eligere confeſ
ſorem qui iuxta e[illegible]ſtimationem ſuā ſit bo
ne vite: q̄r vix de a[illegible] quis pōt bñ iudica
re qui ſeipſuꝫ non v[illegible]et: nec cognoſcit: nec
īmundus īmundum mundare poſſe rite p̄
ſumiṫ. Si tñ ſit p̄ciſus ab eccleſia/non dꝫ
ei confiteri: ⁊ ſi ſit in pctō notorio etiā nō
dꝫ ad ipſum accedere: niſi ſit prelatus aut
curatus ſuus: quem non dꝫ vitare niſi ꝑ
cōtumacia vel excōicatione declarata ſeu
ꝓmulgata. vt pꝫ in decretali facta in con
cilio Conſtantienſi: ⁊ confirmata per Baſi
lienſe. Diciṫ ſecūdo ꝙ ſacerdos exiſtens in
peccato mortali: niſi peniteat ⁊ conteraṫ:
quoties exercet miniſterium huius ſacra
menti toties mortaliter peccat: niſi in ca
ſu neceſſitatis hoc exequatur: q̄r iſte aliuꝫ
in hoc iudicat in quo ſeipſum condēnat. ⁊
in eadē dānatione exiſtens/alteri parcit ⁊
ſibi non parcit. Dṙ tertio: ꝙ periculū eſt in
doctis ſacerdotibus ſuſcipere onus confi

Quid ſacerdos dꝫ mitere a audiendo ꝯfeſſiones.

E Confeſſio. Qualis dꝫ ſacerdos eligi.



tendi. Alie quidem artes liberales ⁊ me
chanice preſumunṫ doceri ſine ꝑiculo aīa
rum ⁊ corpoꝝ. Ars medicandi corpora/ſi
doceri pōt ⁊ exerceri ſine ꝑiculo aīaruꝫ: nō
tñ corporū. Sed in cōfeſſionibus audien
dis ab impitis exerceṫ non ſine ꝑiculo aīa
rum tam ꝯfitentiū q̄ confeſſorum. Greg.
in paſtorali. Quis cogitationū vulnera oc
cultiora eſſe neſciat vulneribus viſcerum:
⁊ tñ ſepe qui precepta ſpūalia non norūt:
cordis medicos ſe ꝓfiteri nō metuūt: dū
q; pigmentoꝝ ſeu ꝯfectionū vim neſciūt.
videri corporis medici nō erubeſcūt. Quo
ties eñ ingerit ſe quis ad cōfeſſiones au
diendas: toties ſe offert ad rñdendum de
quolibet quē audit: ⁊ de q̄libet pctō ſuo:
ſicut de q̄libet morbo patientis: ⁊ interdū
de caſib⁹ inopinatis ⁊ īauditis: ⁊ q̄ōnib⁹
valde ꝑplexis: de quibus in ſcholis vir do
ctus vix ſubito rñderet: vbi tñ ſi min⁹ bñ
rñderet/nec ſibi: nec audientibus ꝑiculum
aīe aut corporis immineret. Si vero in con
feſſione audienda deficit: ⁊ ſe penitentem
in foueam ꝑditionis inducit. Dṙ quarto/
ꝙ talis ſacerdos dꝫ hr̄e ſciam: ⁊ ſi nō emi
nentē: ſaltē competentē: que dr̄ competēs
q̄r neceſſaria ad executionē ordinis: ſicut
ſacerdos deputatus ad diuinum officium
celebrandum teneṫ tm̄ ſcire de grāmatica
ꝙ ſciat v̄ba cōgrue ꝓferre: ⁊ ꝙ ſaltem lite
raliter intelligat que lr̄aliter legit: ⁊ iquā
tū miniſter ſacrorum teneṫ ſcire q̄ debita
materia ⁊ forma cuiuſlibet ſacri qd̄ diſpē
ſat ⁊ inquantuꝫ in foro [illegible]ſcīe iudex teneṫ
ſcire ⁊ diſcernere inter [illegible]pram ⁊ lepraꝫ: ita
ꝙ primo habeat ſcīa[illegible] diſcernendi iter gra
uitatem pctōruꝫ: p[illegible] que minus grauia
ſunt/⁊ q̄ magis. ⁊ dꝫ ea pōderare non ad
pondus publicum: q̄r facta maioruꝫ licet
peſſima: reputanṫ nulla aut parua: ſimpli
cium vero ꝑſonaꝝ ⁊ idiotarum maxima.
Sic leo vocauit lupum: vulpem: ⁊ aſinam
ad capitulū: vt confiterenṫ pctā ſua: ⁊ eis
iurta delicta pnīa iniungereṫ. Uenit lup⁹
ad capitulum: ⁊ ſic confeſſus eſt. Ego inq̄
ens male feci. q̄r comedi ouē que ad me nō
ꝑtinebat: ſed hoc habeo ex legitimis iuri
bus patrū meoꝝ: q̄ ita ex oī etate vſi ſunt:
vt pater: auus: abauus: ⁊ attauus: ita vt
nulla ſit memoria hoīum quin ſemꝑ lupi
comederint oues. Ad quem Leo. An verū
ſit ꝙ ita habeas p̄ſcriptū ⁊ ex oī antiqui
tate ſic comedere oues? Cui dicenti ꝙ ſic:
ꝓ tanto crīe impoſuit ſemel dicere Pater
nr̄. Superuenit vulpes ⁊ cōfeſſa eſt ſe ma
le egiſſe: q̄r capones ⁊ gallinas comederat
non ſuas: ſed tñ ex omi euo (ſicut ſupradi
ctū eſt de lupo) in poſſeſſione erat comedē
di illas. iō ⁊c. Que ſilr̄ ꝓpter vnum Pr̄ no
ſter abſoluta eſt. Superuenit aſinus. Tria
confeſſus eſt in caplo feciſſe peccata. Pri
mum: q̄r comederat fenū qd̄ in ripis ⁊ du
mis ab alioꝝ quadrigis ſeu carrucis for
tuito derelictum erat. Cui Leo. Grande
pctm̄ eſt o aſine: q̄r aliena comediſti q̄ tui
magiſtri non erant. Scd̄o confeſſus eſt aſi
nus: q̄r ſtercorauerat clauſtrū fratrū. Cui
Leo. Grande peccatum eſt fedare terram
ſanctam. Tertium pctm̄ vix potuit ab eo
extorqueri: quod poſtq̄ cū eiulatu ⁊ gemi
tu dixiſſet aſinus: q̄r ruderat ⁊ cantauerat
cum fratribus: ⁊ cū eis melodiam fecerat.
Rñdit Leo grauiſſimum eſſe peccatum eo
ꝙ fratres in diſcordiaꝫ miſerat. Et ſic gra
uiter flagellatus eſt aſinus ꝓpter peccata
parua: ⁊ dimiſſa vulpes ⁊ lupus in poſſeſ
ſione maiorum cū abſolutione. Et ita Leo
⁊ ſimiles eius non ponderauerunt hec pec
cata ad pondus ſanctuarij: qd̄ eſt qui pl⁹
peccauit ⁊ plus demeruit: magis puniaṫ.
Scd̄o dꝫ ſcire oīa genera peccatorum: ⁊ di
ſcernere inter reſeruatos ſibi caſus ⁊ non
reſeruatos. Aliter grauiſſime peccat: ⁊ eū
q̄ confiteṫ exponit ꝑiculo. Tertio dꝫ diſcer
nere inter ꝑplexitates peccatorum: ⁊ ſi nō
ſciat: dꝫ conſulere peritos ⁊ dicere. Reuer
timini ad me ⁊ ego cogitabo quid op⁹ ſit
ſuper facto veſtro. In eis eniꝫ peccatis de
quibus aſpicientes dubitant dꝫ tantā ha
bere diſcretionē: vt ſaltem ſciat de eis du
bitare: nec in eis ꝓcedere ſine ſuperiorum
conſilio: ⁊ quandoq; ſi opus eſt remittere.
¶ Secundo debet eſſe ſic diſcreta cōfeſſio
ꝙ quis diſcrete confiteaṫ pctā ſua nō alie
na. Pſal. Delictū meū cognitum tibi feci:
meū quidē nō alienū. Et iteꝝ. Deus vitaꝫ
meā nō alienā: annūtiaui tibi. Poſſumus
eī ex poteſtate liberi arbitrij noſtri qua p̄
lati ſumus naturaliter nobis eē in aliquo
iudices noſtri nō alioꝝ: in nos nō in alios
ſnīam ferre. Stultus eſt q̄ vulneratus ad
mortem plus de p̄ximi leſione q̄ de ſua co
gitat. Pſal. Propter iniuſtitias enim ſuas
humiliati ſunt: non ꝓpter alienas. Unde
quidā ſacerdos cuidā ꝯfitenti aſſocianti
ſibi ſocios ⁊ vicinos in pctō; dicendo dñe

A Confeſſio. Quō pōt q̄s ꝯfiteri aliena pctā et quō nō.

418

Universidad de Deusto Biblioteca



nos mentiti ſumus:nos fornicati ſumus:
petijt an habebat literas ꝓcuratorias ꝑ
vicinis. Ideo dꝫ quiſqꝫ dicere qd̄ Eſa. xlvj.
Ego feci ego ferā ſcilicet penitētiam. Hic
abbas quidā cum viſitaret quendam ſuū
nouitiū egrotātē queſiuit ab eo:ſi quid ei
opus eſſet. Cui nouitius. Frigeo īquit: qꝛ
mea tunica non eſt foderata ſed ſimplex.
Cui abbas. Nolo fili dicere mea tunica: ſꝫ
noſtra tunica. Nihil enim habemus in ꝓ-
prietate:ſed oīa nobis ſunt cōia. In craſti
nū vero viſitās eū abbas petijt ab eo quō
nocte valuiſſet. Cui nouitius. Male inqͣt:
qꝛ febris noſtra me male vexauit. Ad quē
abbas. Noli dicere fili:febris noſtra: ſꝫ fe-
bris mea:qꝛ propria eſt tibi:nec conuētus
aliquid in cōi participare vult de ea. Sic
noſtrorum febris peccatoꝝ nobis eſt pro-
pria:nō nobis ꝛ alijs cōis. ¶ Dꝫ tū pctōr
cōfiteri de pctō alioꝝ in duobus caſibus.
Primo qū alioꝝ pctā ſua fecit ꝯſentiēdo
participando:vel trahendo eos ad pctm̄
vel malū exemplū eis dando: nō tū nomi
nādo ſocios in pctō niſi in gn̄ali:vel diſ-
ſimulando:nec impediendo:vl' corrigēdo
vt debuit. Vñ confitebatur de talibꝰ pſ.
dicens Et ab alienis pce ſeruo tuo. Scd̄o
modo. qū ſuum pctm̄ nō poteſt aliter ꝯfi-
ri. Vñ ſm Durandū in. iiij. diſt. xvj. in con
feſſione debet homo famā alterius cuſto-
dire quantū pōt:ſuā tū tenet̄ conſciētiam
purgare. Si ergo circūſtantia nō ſit de ne
ceſſitate confeſſionis/debet eam dimitte-
re ne pctm̄ alterius prodat:vel petere licē
tiam confitendi alteri qui ex circūſtantia
non veniret in notitiam ꝑſone de qua fit
mentio. Si aūt circūſtantia ſit de neceſſi-
tate ꝯfeſſionis non eſt aliquo modo omit
tenda:ſed q̄renda eſt licentia a curato vel
eius ſupiore ꝯfitendi alteri ꝑſonā ignorā
ti. Que licētia ſi non detur/pōt ſecure di-
cere penitens circūſtātiā ſui pctī. Fecit eī
qd̄ in ſe eſt:et plus tenet̄ ſibi q̄ꝫ alteri. Ex
quo pꝫ ꝙ curioſi ꝯfeſſores qui īquirūt de
circūſtantijs pctī etiā non neceſſarijs ad
ꝯfitendum vt deueniant in notitiā ꝑſone
cū q̄ aliqͣs vl' aliqua peccauit grauit̄ delin
quunt:ꝛ debentes alios mūdare:ſeipſos
beſcit. Medici enī ꝑ pulſum ⁊ vrinam co-
gnoſcunt infirmitatē ⁊ ſanitatē corporis:
deus intuēdo cor: ſacerdos per linguam.
Si vero confitens non exiſtimaf grandis
peccator: ⁊ ex corde confitetur: nec ſe excu-
ſat: ſignum eſt ꝑfecte cōfeſſionis. Quia ei
infirmitas peccati eſt in corde: neceſſe eſt
vt ex corde loquatur. Signū enī eſt ſanita-
tis febris cum ſcabies eſt in ore ⁊ ſignum
parationis vini ſi feces aſcendant ſurſum
et ſint iuxta orificium. Sic in confeſſione
taliter facta ſignum eſt ſanitatis peccato-
ris. Iob. xxxiij. Os meum replebo increpa-
tionib⁹: ſicut illa Noemi ꝗ dicebat. Ruth.
j. Egreſſa ſum plena ſcilicet vitijs: ſed va-
cuam me reduxit dn̄s ab eis. ¶ Ex parte cō-
fitentis triplex ſignū in ſe cognoſcere po-
teſt ꝙ integre confeſſus eſt. Primū eſt qn̄
intrinſec⁹ ī ꝯſciētia ſe ſentit ab onere pec-
cati ⁊ iugo diaboli leuigatū. Dicunt enim
homines frequentius quando bn̄ confeſſi
ſunt ꝙ videtur eis ꝙ ſint a magnis ſarci-
nis: aut quaſi ab oneribus magne turris/
aut lapidis molaris exonerati. Sonabat
cithara ⁊ ſpūs malignus a Saul recede-
bat ⁊ alleuiabaf: q: ſonante cithara con-
feſſionis fugit diabolus et alleuiaf mens
peccatoris. Sentit enī vulneratus ſe alle-
uiatū qn̄ e vulnere putredo exijt. Bernar.
Libet admirari ꝙ leue ſit iugum dn̄i. An
non leue eſt quod non ſolum nō grauat ſꝫ
leuat? Quid leuius eo onere quod non ſo-
lum non onerat ſed portat hoīem cui por-
tandum imponitur? Hoc aūt ſignū maxi-
me percipitur/cum conſciētia non ampli⁹
remurmurat. Sap. viij. Attigit a fine vſꝗ
ad finem fortiter conſideranda vitā ſuā/
⁊ eam per cōfeſſionē manifeſtando ab ini-
tio vſꝗ ad finē nihil omittendo: ⁊ ſic diſ-
ponit oīa ſuauiter in conſcientia ſua. Ta-
lis enim conſcientia ſuauis eſt: et propter
hoc a viris timoratis ſepe fiūt generales
confeſſiones. Preterea ꝙ cōfeſſio alleuiet
conſcientiam patet: quia exonerat pecca-
torem ab onere peccati. Nihil autē eſt pec-
cato ponderoſius. Probatur: quia ſi maſ-
ſa ferrea vel plumbea (licet multum pon-
deroſe nature eſſet) caderet deorſum: ter-
ra eam ſuſtineret. Spiritus vero angelici
cum nihil ponderoſitatis habeant in na-
tura ſua: tamen ſtatim quando peccaue-
runt in celo: nec firmitas firmamenti: nec
ſoliditas terre: nec alia creatura corporea
potuit eos retinere quin caderet vſꝗ ad
inferni nouiſſima. Luce. x. Videbam Sa-
thanam ſicut fulgur de celo cadentem: et
hoc ſolum ratione ponderoſitatis pecca-
ti. Similiter nihil leuius eſt anima que eſt
ſine peccato: que cum exuitur a corpore
in momento in ictu oculi ibi peruenit: vbi
aquila aut auis quecumꝗ ſit/non poſſet
toto tempore vite ſue peruenire vel tranſ-
uolare: ſcilicet vſꝗ ad celum empyreum.
Mala vero ecōtrario: quia exuta a corpo-
re nō ceſſat quouſꝗ perueniat ad inferni

B
Confeſſio.
Confitētes triplici ſigno ſe cognoſcere pōt ꝟe eſſe cōfeſſuꝫ.

Universidad de Deusto
Biblioteca



ꝓfunditatē: vbi lapis multo tpe non pue
niret. Job. xxj. Ducūt in bonis dies ſuos:
⁊ in puncto ad inferna deſcendunt. Pſal.
Iniquitates mee ſupergreſſe ſunt caput
meum: ⁊ ſicut onus graue grauate ſunt ſu
per me. Preterea qui portat peccatum por
tat diabolum quo nihil ponderoſius. Exē
plum in dialogo Gregorij de diabolo ſedē
te ſup lapidē qui non poterat moueri: ſed
fugato diabolo per orationem ſancti Be⸗
nedicti ita faciliter mouebat̄ ꝙ nihil pon
derabat. Ideo nil mirum ſi vere confeſſi
poſt confeſſionem ſe ſenſibiliter ſentiunt
exoneratos. Heb. xij. Deponentes oē pon⸗
dus ⁊ circumſtans peccatum. Si mitiga⸗
tio eſt quibuſdam amicis ſuis oſtendere
infirmitatem a quibus nihil commodi re
portare poſſunt: quanto magis ſummo ⁊
pijſſimo medico. Ideo Dauid aiebat. Mi
ſerere mei domine quoniaꝫ infirmus ſuꝫ:
ſana animam meam: qꝛ peccaui tibi. i. cō⸗
fiteor me peccaſſe. Nihil autem leuius co
feſſione. Que enim medicina leuior ē egro
to ꝙ̄ ſolo verbo curari? Propter qđ deus
ſciens multos minus curare de ſanitate
anime ꝙ̄ corporis: medicinam anime non
obtulit eis caram neqꝫ venalem: neqꝫ dif⸗
ficilem: ſciens ꝙ multi nolunt eā nec eme
re: nec ſuſcipere: ſed gratis offert facilem.
Verba enim iudaica (vt dicit Auicēna) oē
venenum expellit quod interiora diſpōit.

C Confeſſio. Gaudium penitētis in cōfeſſione ex quatuor cauſatur.

¶ Secundum ſignum conſurgit ex primo
gaudium ſcilicet intrinſecum in anima ⁊
exterius quaſi in vultu apparens ſm ꝙ ꝓ
tractiones linearum faciei ſigna ſunt paſ
ſionum que ſunt in anima. Homo enim in
peccato mortali exiſtēs niſi ſit extreme de
mens quaſi ſemper eſt melancholicus: ⁊
hoc propter timoreꝫ damnationis eterne
quam die ⁊ nocte reformidat: propter qđ
aliqualiter in vultu īmutatur: ⁊ nihil etiā
magis medicos corporis iuuat ꝙ̄ bona cō
ſcīa languentis que omnino melancholiā
interimit. Defectus em̄ in aīa multos hu⸗
mores cauſant ī corpore: ideo ceſſante pec
cato ceſſat timor ⁊ melancholia: ⁊ ſequit̄
gaudium intus ⁊ extra ex bono opere et
eiectione mali hoſpitis peccati vel diabo⸗
li. Bonam quippe dietam facit qui de ma
lo hoſpite ſe liberat. Superueniente enim
bono hoſpite. ſ. deo in illa domo gignitur
gaudium. pſ. Notus in Judea deus. i. ī cō
fitente. Non ſic fecit ille de q̄ narrat Guil.
abbas ſancti Germani: qui remot⁹ ab offi
cio regio penuria ductus ſe demoni dedit
qui demon ꝓmiſit ei maiora ſe daturum:
⁊ dabat ſibi. xxxvj. annos induciarū. Poſt
modum factus eſt theſaurarius Francie.
Cum autem ſupueniret terminus. xxxvj.
annorum nulla inde pnīa facta: ſupuenit
demon qui ei prandenti in ſuburbijs Pa⸗
riſienſis ciuitatis cuꝫ multitudine magna
tum mandauit vt ad eum veniret. Qui ca
ſum intelligens rogauit demonem vt pau
luluꝫ expectaret. Cui demon. Si feceris vt
vxor tua ſe dedat mihi: dabo iteruꝫ vobis
xxxvj. annos ad penitendum. Qui vxoreꝫ
ducēs in ſolario domus ſuadebat ei vt vo
luntati demonis conſentiret. Qua nolen⸗
te ille vltra nuſꝙ̄ comparuit: ⁊ vxor eius
ꝑterrita poſt octo dies obijt. Et dicit ideꝫ
abbas ꝙ ſepe vidit eum hominem melan
cholicum ⁊ pallidum: quaſi in facie ei⁹ ap
pareret hoſpes illius. Hec acta ſunt circa
annum Milleſimum quadringenteſimū.
¶ Secundo conſurgit iſtud gaudiuꝫ ex al
leuiatione conſcientie. Nā ſicut nimio one
re onuſtus in collo non facit bonum vul⸗
tum: ſed cachinnat: ſic onuſtus peccatis in
conſcientia non habet veram letitiam in
corde ſed apparentem: ergo exoneratus
gaudet. pſ. Letatus ſum in his que dicta
ſunt mihi: de ſpe venie ⁊ miſericordie de:
⁊ hoc in confeſſione: ⁊ propter hoc in do⸗
mum domini ibimus. ſ. eternam. Quantā
precor letitiā habet infirmus quādo me
dicus dicit ei certe viues? Quantum hꝫ
latro quando ad eccleſiam euadit eos fu⸗
giens qui eum ad patibulum ducunt? Iō
qui tales ducūt diligentius cuſtodiunt: et
tenent eos quādo eccleſijs appropinquāt.
Ita diabolus circa quadrageſimam for⸗
tius peccatores tenet ⁊ plus tentat. Quā
tam inſup letitiam hꝫ homo multis debi
tis obligatus qn̄ ſe ſentit deobligatum?
Non pōt em̄ hō nō triſtari qn̄ ꝑdit: nō le⸗
tari duꝫ lucrat̄. In actu peccati perdit hō
oīa opa ſua bona ⁊ vitam eternam: in bo⸗
no actu confeſſionis recuperat oīa iſta. Et
ſi in ope malo ſit aliqđ gaudiū vel cōpla⸗
centia illa eſt momentanea quam cōſequi
tur triſtitia Job. xx. Gaudium hypocrite
ad inſtar puncti. Tertio gaudium iſtud in
trinſecum ꝓcedit ex euaſione periculi ⁊ re
cuperatione omnium bonorum ante pec⸗
catū acquiſitorum ⁊ poſt pctm̄ deꝑditorꝫ.



Ibi em̄ renaſcunt̄ crines Sāſonis: ꝑ quos
recuperauit vires. i. opera pri⁹ perdita que
reuiuiſcunt. Eſt em̄ tali gaudiū ſicut ei qui
euaſit periculū maris ⁊ abyſſorū eternarū.
Prouer. xiiij. Cor quod cognouit amaritu⸗
dinē aīe ſue. ſ. per confeſſionē in gaudio ei⁹
non miſcebitur extraneus. Non em̄ ex ama
ritudine peccati generat̄ gaudiū: ſed ex re⸗
cognitione. Peccata enim ſunt herbe ama
riſſime: de q̄bus non fiūt niſi olera amara/
de q̄bus clamandū eſt illud. iiij. Regū. iiij.
Mors in olla. Sed prophetica farina. i. re
cognitio ꝓprie infirmitatis ⁊ peccati ani⸗
mā dulcorat. Cum em̄ incipit videre aīam
ſuā quaſi prius perditā nūc in ſynceritate
animi ⁊ quaſi in portu letatur: de quo Lu⸗
ce. xv. Mulier q̄ perdidit drachmā accēdit
lucernā ⁊ queſiuit eam: ⁊ ea inuenta dixit.
Congratulamini mihi: qꝛ inueni drachmā
quā perdiderā. Quarto cōſurgit gaudium
iſtud ex partu iniquitatis: ſicut gaudiū eſt
mulieri parienti prius in partu laborāti: de
quo Jo. xvj. Mulier cū parit triſtitiam ha
bet: ſed cū peperit nō meminit preſſure ꝓ⸗
pter gaudiū quia natus eſt homo in mun⸗
dū. Eſt em̄ tale gaudiū de partu noui hoīs
in cuius partu quatuor ſunt dolor/labor/
clamor/⁊ gaudiū. Primo enim eſt dolor de
peccatis. Pſ. Ibi dolores vt parturientis.
Scđo labor in cogitādo/⁊ coaceruando/et
ſcopēdo ſpiritū ſuū. Tertio clamor in cōfeſ⸗
ſione. Eſa. lxvj. Que cōceperat cū appropin
quat ad partū clamat in dolorib⁹ ſuis. Cla⸗
mat em̄ anima cōfitentis in cōfeſſione: vt
pariat nouū hominē in ſtatu gratie. Econ⸗
trario vero reprobi ſine dolore pariunt aut
labore: immo cū delectatione. Prouerb. ij.
Letātur cum male fecerint: licet ſibi pariāt
mortē. Jaco. j. Concupiſcētia cū conceperit
parit peccatū: peccatū vero cū cōſummatū
fuerit generat mortē. In quo cōparantur
equabus. que (ſicut dr̄ libro de naturis ani
maliū) ſine dolore pariunt: ⁊ ſicut cōceptū
maliū ſine dolore parturiūt: ita facile in bo⸗
no conceptū abortiuū faciūt: ſimiles eque:
que propter fumū cādele extincte cogitur
abortire: quādo propter exēplum mali pre
lati a bono incepto deſiſtūt. Non ſicut boni
qui pariūt anteꝙ̄ veniant obſtetrices Egy
ptie mulieres: qui nō reſpiciūt ad opa pre⸗
latorū: ſed ad deū qui dicit: que dicūt faci⸗
te. Sic impius peccatū ſuū celat in partu
⁊ nō clamat. pſ. Non clamabūt in gutture
ſuo. Nec letandū eſt de tali partu: imo Job
iij. Pereat dies ī qua natus eſt. Sed de bo
norū partu dr̄: concepit dolorē ⁊ peperit ini
quitatē: ⁊ tunc ſequit̄ gaudiū in conſciētia
qꝛ natus eſt homo in mundo. Vn̄ clericus
quidā tenuerat cōcubinā: ſed pnīa duct⁹ di
miſit illā. Longo poſt tpe occurrit ſibi ī via
⁊ ait illi. Ego ſum illa. ⁊ ille ait. Ego nō ſuꝫ
ille. Alter em̄ fact⁹ erat in cōfeſſione: nouū
quippe hoīem īduerat. Heſter. xvj. Judeis
id eſt cōfitentib⁹ noua lux oriri viſa eſt gau
diū/honor/⁊ tripudiū. Lux de recognitiōe
preterite vite: gaudiū de ſerenitate conſciē
tie: honor de dei noua filiatione: tripudiuꝫ
in eccleſia de eius recōciliatione. ¶ Tertiū
ſignū ex duobus precedētibus proueniens
eſt: quando homo bene ſerenatus mente ⁊
gaudēs in conſciētia: prōptus eſt ad man⸗
data dei faciēda pluſꝙ̄ ante. Signū em̄ ſa
ni eſt poſſe operari. Dicit em̄ Philoſo. iiij.
de aīalib⁹: ꝙ qn̄ membrū cōplet opus ſuū
abſqꝫ debilitatione ſignū eſt ꝙ eſt ſanum:
ſicut oculus cū perfecte videre pōt: nec pro⸗
pter hoc debilitatur. Sic mēbrum chriſti ſi
operationes debitas ꝑficiat ⁊ ꝑficiendo nō
deficiat: argumētū eſt bone ſanitatis. Pre
terea ſi oppoſitū in oppoſito/⁊ propoſitum
in ꝓpoſito/vt ſi non confiteri integre neqꝫ
facere opera dei ſint ſignū debilitatis: ⁊ in
firmitatis: ſic cōtrarius actus ſignū eſt ſa⸗
nitatis. Primū aūt eſt ſignū infirmitatis.
pſ. Quoniā tacui inueterauerūt oſſa mea.
Gloſſa magiſtri: qm̄ tacui qđ non erat tacē
dum. ſ. confeſſionē peccati inueterauerunt
oſſa mea. i. interior fortitudo defecit: ⁊ ſi cō
tra feciſſet/innouaret̄ virtus robuſta ī do⸗
mino. Tacuit vnde ꝓficeret: non tacuit vn̄
deficeret. Tacuit cōfeſſionem: clamauit de
meritis preſumptionē. Sana mēbra medi
co oſtendebat: ⁊ vulnerata tegebat: et ideo
nō fuit curatus ſed inueteratus. i. in vetu⸗
ſtate vite remāſit. Hec ille. Tacuit em̄ diſſi⸗
mulans cōfiteri: ideo debilitate ſunt vires
aīe interiores ad reſiſtēdum pctō. Et ratio
eſt: qꝛ peccatū habet vim cōſumptiuā: ideo
occultatum eſt ſicut ignis incluſus in ſinu.
Prouer. vj. Nūquid poteſt homo abſcōde⸗
re ignē in ſinu ſuo: vt veſtimenta eius non
ardeant? Amb. ſup pſ. xxxvj. Peccatorum
morbus dū tegitur inardeſcit: ſed cōfeſſio
ne ꝑditus euaporat. Eccli. xxvj. Eſt tacens
non habēs ſenſum. Iſte autē ignis magis
accendit̄: ſi eo occultato vēto iactantie vel

A Confeſſio. Signū vere cōfeſſi eſt qn̄ faciliter adimplet mādata dei.

Universidad de Deusto Biblioteca



murmuris vel excuſationis clametur. Nec ſolum eſt ſignum infirmitatis: ſed proxime diſpoſitiōis ad mortē anime. Vetuſtas em̄ eſt morti proxima. Heb. viij. Omne qđ antiquatur ⁊ ſeneſcit prope interitum eſt. pſ̄. Inueterauí inter oēs inimicos meos. i. inter oīa peccata mea quibus nulla eſt maior inimicitia. Fit em̄ homo per confeſſionē ad omne opus bonū facilis. Dicit em̄ Ariſto. lib. j. de vegetabilibus ꝙ amor ſterilis effecta propter duritiā corticis ſi ſcindatur ad radicē: et lapis ſciſſure apponatur: qui ſm̄ Albertū vulnus teneat apertū vt recedat humor ſuperfluus: reddiť fertilis. Sic arbor ſterilis dure corticis peccator dure ceruicis vt fertilitate bonorum operū fulgeat oportet in radice que in hoīe oīi comparať per quod aſſumitur nutrimentū ſuccidi/et aperiri per confeſſionē: et ſic teneri apertū: donec omis humor peccati ſuperfluus exierit. Qr ſi manet humor ille incluſus omnino ſterilis efficiť. Prouer. xxvj. Qui abſcondit ſcelera ſua non dirigetur.

¶ Sermo. xviij. De penitentia: ⁊ de confeſſione, xij. per thema precedens.

*B Reprobus. Via. Reprobi ambulant viā fatuorū.*

Vi neſcit quo eat/ neſcit quā viā tenere debeat: qr cognitio finis vie dirigit in electionem vie: et error circa finem vie errare faciť circa electionē vie. Inde eſt ꝙ reprobi qui neſciūt quo tendāt/circa electionē vie maxime errant: ⁊ hoc patet. Primo teſtimonio reproborū qui iā ſunt in inferno. Fortiſſimū autem teſtimonium cum quis cōtra ſe perhibet teſtimonium. Ignis em̄ inferni tales excitat: ⁊ aperire facit oculos vt veritatē recognoſcant dicētes illud. Sap̄. v. Errauimus a via veritatis: ⁊ lumē iuſtitie non illuxit nobis. Latrones cū torquenť veritatē confitētur. Sap̄. ij. Contumelia ⁊ tormento interrogemus eū. Secūdo ex ſtultitia eorum apparet. Simpliciter ſtultus eſt qui ignorat quod debet fieri: ſed pluſq̄ ſtultus eſt ⁊ quaſi īſanus q̄ ignorat et neſcit ſe ignorare. Talis ſtultus eſt ⁊ credit ſe ſapiētem eſſe/qui tñ multū longe eſt a ſapiētia. Cum em̄ credit ſe habere eā non querit eā nec acquirit: et cū ſtultitiā ſuā reputet ſapientiā: ꝑ nullius ſapientia eā relinquit. Vñ de talibꝰ Greg. Tanto a dei luce lōge ſunt: quanto apud ſe humiles non ſunt. Prouer. xxvj. Vidiſti hoīem ſapiētem ſibi videri: magis ſpē illo habebit inſipiēs. Mira cecitas eorū qui nec certitatē ſuā vidēt. Sed ⁊ hec ſtultitia ex pluribꝰ apparet. Primo circa ſua: qr ꝓ modica delectatione hereditatē ſuā ſcʒ celeſtem: ſicut Eſau. Gen̄. xxv. amittunt. Inde de peccato mortali dr̄ Job. xx. ꝙ eſt ignis vſq̄ ad conſumptionē deuorās. Sic filiꝰ prodigus deuorauit oēm ſubſtantiā ſuā. Scđo ſtulte ſe hʒ talis circa ſua qui ſuꝑ ſpinas peccatoꝝ ſeminat. Una em̄ ſpina pcti mortalis oīa ſuffocat. Hiere. iiij. Nolite ſerere ſuper ſpinas. Tertio circa ſuos fatue ſe habet interficiēs eos ꝑ malū ſuū exemplū. Quarto circa ſe manū in ſeipſum iniiciens ⁊ occidens. Sap̄. xvj. Homo per malitiam ſuā occidit aīam ſuam. Quis inſanū non reputet illū qui requiſitus quo eat dicit: vado ſubmergere vel ſuſpendere me? Qui in pctō mortali eſt quotidie facit vnā dietam ad infernale ſuſpēdium. Quis inſanū non dicat qui ſpinos vnde cōburendus eſt voluntarie congregat? Quarto oſtendiť hec inſania ꝑ ſigna que in inſanis ſolēt inueniri. Quādoq̄ em̄ in illis inuenitur nimius riſus ſicut in phreneticis. i. nimia voluptas. Prouer. j. Letanť cū malefecerint. in alijs eſt timor immoderatus ſicut in maniacis. Leuiť. xxvj. Terrebit eos ſonitus folij volātis. Quod accidit in illis q̄ pro verbis hoīm dimittūt ſeruire deo. In alijs eſt ira immoderata: ſicut in arrepticijs q̄ deus blaſphemant: ⁊ ſibi ⁊ chariſſimis ſuis maledicūt. In alijs eſt inſania ſimilis inſano illi qui credebat capite nō habere: cum tñ videret/biberet/comederet/⁊ audiret: q̄ tñ a capite dependēt. Dicunt qui ſic ſe habent ac ſi aīam non haberēt ſed tantū corpus: non credētes aīam immortalē ſed de ſolo corpe curantes ⁊ voluptatibus eius: ⁊ de anima nihil. Nos autē in itinere huius vie nō ſequamur īſanos ⁊ ſtultos ſed ſapiētes. Vñ cū diſputaret Plato de immortalitate anime: nec demonſtratiuā rationē pro ea concludenda habere poſſet: cenſuit in ea re magis ſequēdos eſſe ſapiētes q̄ ſtultos. Stulti autē dicunt eam mortalē ⁊ ideo hic voluptuoſe viuere volunt: vt patet ad lōgum. Sapiē. ij. Sapientes econtrario. Propter quod cōcluſit Plato animā immortalē eſſe et magis q̄ voluptati vacandum eſſe virtuti. Sic vocauerunt viri ſancti a principio eccleſie: ſic et beata virgo: quam ſalutabimus dicentes. Aue.



*A Confeſſio. Confeſſio dēt eſſe fide plena.*

¶ De ſexta conditione confeſſionis dicturi ſumus in preſenti ſermone qualiter cōfeſſio debet eē fidelis. Fidelis aūt diciť vel a fide/vel a fidelitate. Primo igitur requiriť ꝙ fidelis a fide: ita ꝙ fidē habeat penitēs ꝙ ſi vere cōfeſſus ſit remittātur ei oīa peccata ſua. Eſt enim fidei articulus contētus in ſymbolo apoſtolorū. Credo in remiſſionem peccatorū: que ſi fuerint mortalia nō niſi per ſacramentū baptiſmi aut penitētie remittuntur maxime in confeſſione in qua peccata declarātur. Eger em̄ oſtendit vulnera medico: quia per eū credit ⁊ ſperat cōſequi ſanitatem: ⁊ pauper morbū ſecretū diniti: qr ſperat inde eleemoſynā conſequi: qr vbi inuenitur maior miſeria/locum habet maior miſericordia. Vulgo dicitur. Qui indulgētiam non credit: remiſſionē non recipit. Dixit em̄ dn̄s mulieri Chananee. Magna eſt fides tua: fiat tibi ſicut vis: ⁊ ſic ſanata eſt eius filia ex illa hora. Mat. xv. Si vere confiteamur peccata noſtra fidelis eſt et iuſtus dn̄s vt remittat peccata noſtra: ⁊ mūdet nos ab omni iniquitate. Sed multi de vulneribus corporis curant: quia credunt poſſe ſanari: ⁊ de vulneribꝰ anime nihil/quia nō credunt. Sine fide autē impoſſibile eſt placere deo. Heb. xj. pſ̄. Oīa opera eius in fide. Chryſoſtomus de reparatione lapſi. Non em̄ ſola corporis vulnera ſed et anime ſi negligātur inferūt mortem. Et nos tam ſtulti erimus vt corpori ſi vulnus eueniat adhibeamus cōtinuo medicinā: in nullo vero anime vulneribꝰ medeamur. Et quidē in vulneribus corporis ſunt multa que ſanari oīno non poſſunt: ⁊ tamen non continuo deſperamus ſed quantū fieri poteſt adhibemus diligentiā: etiam ſi audiamus a medicis ꝙ hmōi vulnus medicamēto ſanari nō poſſit. Inſiſtimus tamē ⁊ obſecramus vt aliqua ſaltē ſolatia nobis medici ⁊ aliquid ſuſtentationis exquirant. In anime vero vulneribꝰ vbi nihil eſt inſanabile ſic negligimus: ⁊ nihil ad animi ſolicitudinē reuocamus: ignorantes qr ſi animā negligamus: nec corpus ſaluare poterimꝰ. Hec Chryſoſtomus.

*B Fides. Tres cāe cōfidētiere miſſionis peccatorū.*

¶ Sed ꝙ debeat credere ⁊ ſperare hanc peccatorū remiſſionē oſtēditur Johel. ij. cū dicitur. Conuertimini ad dn̄m deū veſtrum: quia benignus ⁊ miſericors eſt patiēs ⁊ multe miſericordie: ⁊ preſtabilis ſuꝑ malitia. In quo notantur tres cauſe confidētie in eo. Primo qr vocat ⁊ reuocat peccatorē: qr benignus ⁊ miſericors. Secūdo vocatū ⁊ non veniētem patienter expectat: qr patiens ⁊ multe miſericordie. Tertio quia credēti ⁊ venienti libenter indulget: qr preſtabilis ſuꝑ malitia. Omnia (inquit Marc. ix.) poſſibilia ſunt credēti.

¶ Primo igitur peccatorē ad penitentiam frequēter vocat ⁊ reuocat: ſicut ipſemet teſtatur. Mat. ix. Nō veni vocare iuſtos ſed pctōres ad penitentiā. Si aliquis pauper multū offendiſſet regē: ⁊ rex primo vocaret eū ⁊ rogaret ad pacē: maximū ſignū oſtenderet benignitatis: ⁊ cū maiori fidutia veniret pauper ad eū. Sic dn̄s ⁊ tota curia celeſtis tā dulciter hortanť animā peccatricē ad penitentiā dicētes. Reuertere reuertere ſunamitis: reuertere reuertere vt intueamur te. Quater dicit reuertere ꝓpter q̄tuor genera pctōꝝ. Reuertere (inquit) a pctō praue cogitationis: locutionis: operationis: ⁊ cōſuetudinis. Vel reuertere ꝑ cordis cōtritionē: oris confeſſionē: operis ſatiſfactionē et ſancte vite continuationem. Vel quater eos reuocat: ꝑ inſpirationē: ꝑ predicationē per beneficiorū largitionem: ⁊ ꝑ tribulationē.

*E Reuerti. De q̄tuor modis reuertēdi ad dn̄m.*

¶ Primo quidē vocat quaſi ſubmiſſe bonū ꝓpoſitū inſpirādo: ⁊ iſta eſt ſatis curialis vocatio. Sicut amicus p̄mo vocat amicū ſuū in ſecreto corripiēdo eū inter ſe ⁊ ipſum ſolū anteq̄ corā alijs apprehēdat eū. Et qr aliqui faciūt ſurdā aurē: ideo ſecūdo vocat aperte ꝑ predicationē qñ dicit Mat. xj. Venite ad me omnes qui laboratis. De hoc Bern̄. Clamat caro ego inficiā: clamat mūdus: ego deficiā: clamat demon: ego decipiā: clamat chriſtꝰ: ego reficiā. Vide quē ſequeris. Sed qr adhuc iſto duplici modo pauci veniūt ad eū: ideo quaſi adulādo vocat ꝑ beneficia q̄ quotidie cōfert: ſicut mulier vocat pullos ⁊ porcos ſpargendo corā eis grana. Sed multi ſunt ſicut porcus/q̄ dū colligit glādes nūq̄ reſpicit ſurſum ſed ſempꝑ comedēs hʒ muſellū in terra: ſic multi dei ꝑcipiūt bñficia: nec tñ recogitant aut gr̄as agūt: immo venire contēnunt. Prouer. j. Vocaui ⁊ renuiſtis. Sed cū non pōt his modis reuocare vocat quarto mō violentiā inferēdo. Sic vocauit Job in ꝑſona pctōris. Job. xiiij. Vocabis me ⁊ ego reſpōdebo tibi. Sic puer cū a magiſtro ꝑcutitur ad eū reſpicit ⁊ ſe vertit. Sic multi ꝑ tribulationes reuertūtur ad dn̄m. Dn̄s enim facit ſicut mulier que qñ videt filiū ſuū in ali

Universidad de Deusto
Biblioteca



quo periculo iuxta ignem vel aquam ⁊ nõ
vult redire ad eius vocationẽ: currit/⁊ ac-
cipit eũ velociter p ſcapulas licet plorantẽ
et renitẽtem: ⁊ elõgat eũ a periculo. Sic fa
cit dñs p infirmitates ⁊ tribulationes que
ſunt quaſi calcaria que faciũt equũ feſtina
re. Pſ. Multiplicate ſunt infirmitates eo
rũ poſtea accelerauerũt. ¶ Scđo vocatũ ⁊
nõ veniẽtẽ patiẽter expectat ad penitẽtiã.
Eſaie. xxx. Propterea expectat dñs vt miſe
reatur nr̃i. Cõtra primũ hominẽ ſtatim qñ
peccauit data eſt ſententia mortis in curia
iuſtitie: ſed mĩa ibi ſuſpẽdit eã dicens Eze-
chiel. xviij. Nolo mortẽ pctõris: ſed vt ma
gis cõuertatur et viuat. Nõ ſic fecit primo
angelo ⁊ ſibi adherẽtibus qñ peccauit: ſed
ſtatim in infernum precipitauit. Luc. x. Vi
debã Sathanã ſicut fulgur de celo cadẽtẽ.
Sic per iuſtitiã poſſet facere homini: et tñ
ſuſtinet per multos annos vt faciat miſeri
cordiã. Thren. iij. Miſericordie dñi q: non
ſumus conſumpti. Diu expectauit latronẽ:
q: vſq; ad crucẽ. Augu. Nolite negligere:
q: nos pius dñs peccãtes ſuſtinet: q: quã-
to diutius expectat vt emẽdetis: tãto gra-
uius iudicabit ſi neglexeritis. ¶ Tertio de
bet cõfidẽter ad chriſtũ venire: q: credẽti ⁊
veniẽti libẽter indulget. Ad hãc cõfidẽtiã
nõ peruenerũt Judas/nec Cain q̃ deſpera
uerunt de venia. Jdeo apl's Heb. x. Tenea
mus ſpei noſtre cõfeſſionẽ indeclinabilem.
Fidelis em̃ eſt qui repromiſit ea que ſpera-
mus. Dicere autẽ ſicut Cain aut Judas ꝙ
peccatũ tolli nõ poſſit p penitẽtiã. vt dicit
Tho. iij. par. q. lxxxvj. arti. j. in rñſione: nõ
niſi dupliciter intelligi põt. Aut q: de pctõ
penitere nõ põt vt dãnati in q̃bus nõ põt
diſplicere pctm̃ inquantũ eſt culpa: ſed ſolũ
inquãtũ eſt pena: ratione cuius habent ali
quã penitẽtiã licet infructuoſam. Sap. v.
Penitẽtiã agẽtes: ⁊ pre anguſtia ſpũs ge-
mẽtes: ⁊ talis penitẽtia nõ eſt cũ ſpe venie
ſed cũ deſperatione. Sed tale non põt eſſe
pctm̃ viatoris hoĩs cuius arbitriũ flexibile
eſt ad bonũ ⁊ malum. Jdeo dicere aliquod
eſſe pctm̃ in via de quo q̃s penitere nõ poſ
ſet: erroneũ eſt. Tum q: per hoc tolleretur
libertas arbitrij. Tũ quia per hoc deroga-
retur virtuti gratie per quã moueri poteſt
cor cuiuſcũq; pctõris ad penitendũ. Juxta
illud Prouerb. xxj. Cor regis in manu dei
eſt: et quocumq; voluerit vertet illud. Alio
modo poteſt intelligi q: per penitentiã nõ
poſſet deleri peccatũ: et hoc eſt erroneum.
Tũ primo: q: repugnat diuine mĩe. Vince-
retur em̃ quodãmodo de' ab hoĩe: ſi homo
vellet pctm̃ deleri qđ de' delere nõ vellet.
Scđo hoc derogaret virtuti paſſionis chri
ſti: per quã penitẽtia operaꝛ ſicut et cetera
ſacramẽta: cũ ſcriptũ ſit. j. Jo. j. Jpſe ꝓpi-
tiatio eſt ꝓ pctĩs noſtris: nõ ſolũ ꝓ nr̃is ſ;
etiã pro totius mundi. Hec Tho. Debet tñ
pctõr (vt dicit Altiſſiodoreñ. iiij. parte.) in-
ter ſpem ⁊ metum cõſtitui ne deſperet/aut
etiã ne nimiũ de ſua iuſtitia p̃ſumat. Eccli
v. De propitiatione peccatoꝝ noli eſſe ſine
metu: q: (vt dicit) nullus pctõ preſumptio
nis vel deſperatiõis peccat quin erret in fi
de: q: ſi deſperat dicit. Maior eſt iniquitas
mea ꝙ vt veniã merear: qđ eſt errare in fi-
de euacuãdo vel diminuẽdo dei mĩam. Si
preſumit euacuat vel diminuit dei iuſtitiã:
quaſi dicẽdo. Deus nõ videbit nec puniet:
qđ eſt error in fide. Prouer. xviij. Jmpius
cũ in profundũ peccatorũ venerit/cõtẽnit.
Hec Altiſſiodo. Dicat igitur penitẽs bene
ſperando de venia illud Pſ. Quare triſtis
es aĩa mea: et quare cõturbas me? Spera
in deo qm̃ adhuc cõfitebor illi. Et hoc ideo
q: de' duas habet filias maritandas. Una
vocaꝛ abſq; mĩa. Oſee. j. Voca nomẽ eius
abſq; mĩa. Scđa vocatur mĩa. Prima nõ
cõfitẽtibus ⁊ dãnatis ⁊ obſtinatis marita
uit. Secũdã vero cõfitẽtibus vt per mulie
rem fidelem ſaluetur vir pctõr et infidelis.
¶ Scđo dicitur cõfeſſio fidelis a fidelitate: D
vt ſicut Deuꝛ. xxxij. Deus fidelis ⁊ abſq; vl Confeſ
la iniquitate rem[...]nerãs vltra condignum ſio.
predicatur: ſic pecc[...]tor fidelis ⁊ abſq; vlla Confeſ
iniquitate faciẽs ſu[...] cõputũ et ratiociniũ ſio dicẽ
ad condignũ: vt ipſe [...]e ſe verũ teſtimoniũ fidelis
perhibeat. Qđ quidem teſtimoniũ raro ve a fideli-
rũ perhibetur propter ignorãtiã peccatoꝝ: tate.
et hoc eſt grãde malũ. Augu. Peſſimũ pec
catũ eſt nõ intelligere peccata. Nullus ma-
gis inter peccatores plãgendus eſt ꝙ q̃ pu
tat ſe nõ habere qđ plangat. Cauſa autem
hui' ignorãtie eſt quadruplex. Una eſt ip- E
ſius peccati ſubtilitas ⁊ ſpiritualitas. Dicit Jgno-
em̃ Jſido. xij. Etymol. ꝙ dipſas ſerpens q̃ rantia.
inuaſit ⁊ extinxit multos de filijs Jſrael in Qua-
deſerto. Deuꝛ. viij. eſt tante exiguitatis: vt druplis
dũ calcatur vix videatur cuius venenũ ci- citer cõ
tius extinguit q̃ ſentiaꝛ: ita vt facies pre- tingit
uenta morte triſtitiam nõ inducat mortuo ignora
ro. Sic eſt de multis peccatis que quo ad re pctm̃



iudicium noſtrũ aut nulla ſunt aut paruiſ-
ſima: cuiuſmodi ſunt peccata ſpũalia: quo-
rũ tamen venenũ peſſimum eſt: quia prius
extinguit ⁊ interficit ꝙ videaꝛ: ⁊ hoc quia
nõ intelligit peccator nec videt periculum.
Pſ. Delicta q̃s intelligit? Ab occultis meis
id eſt mihi mũda me. Judicũ. xx. Non intel
lexerũt ꝙ ex omni parte inſtaret eis interi-
tus. Aug. in ſermone quodã. Jlla ſunt ma-
gis noxia que a quibuſdã nõ exiſtimantur
peccata. Nullum em̃ malũ facilius decipit
ꝙ cũ non videtur malũ. Hec autem ſubtili
tas vitij poteſt contingere dupliciter. Aut
quia nõ reputat malũ quod malũ eſt. Pro-
uerb. xiiij. Eſt via que videꝛ homini recta ⁊
nouiſſima ei' ducũt ad mortẽ. Et hoc quan
doq; cõtingit in literatis ꝓpter aliquas ra
tiones quibus ſibi formant conſcientiã ne-
quam: aut ꝓpter intellectus hebetudinem
quo quis diſcernere vix poteſt an ſit malus
quod agit: ⁊ hoc in imperitis. Pſ. Ego ad
nihilũ redactus ſum ⁊ neſciui. De aliquo in
nihilũ redigitur peccator ⁊ ignorat: cũ pro-
pter peccatũ ſibi ſuſtollitur quicquid erat.
Secũdo modo quia ⁊ ſi quis reputat malũ
non tamẽ tantũ quantum eſt: ſed reputat
veniale quod mortale eſt ⁊ ad põdus publi
cum põderat opera ſua: nõ ad pondus ſan
ctuarij qđ ſtrictius eſt. Sicut in multis cõ-
tingit que cõmuniter male fiunt q̃ reputã-
tur parua que in iudiciũ dei deducta ſunt
A peſſima. ¶ Scđo ignorantia peccati ex mẽ-
Cecitas tis cecitate cõtingit que ex q̃nq; cauſari ſo
mẽtis. let. Primo ex ſui amore: [...]pter qđ diciꝛ ꝙ
Cecitas vnuſquiſq; cecus eſt in [...]o facto. Videm'
mentis em̃ in placitis forenſib[...] ꝙ quelibet pars
cauſaꝛ cõtrouerſie ſibi adiud[...]at ius ⁊ hoc ex affe-
ex q̃nq; ctu ad ſe. vñ Señ. in ꝓuerbijs. Ubi eſt affe
ctus ne queras rationẽ. Malitia em̃ eorũ
excecauit eos. Scđo ex amore ſuoꝝ. Quiſq;
em̃ ſibi ꝓpinqua magna iudicat q̃uis par
ua ſint: ⁊ remota parua iudicat q̃uis maxi
ma ſint vt patet in ſtellis. Sic multi ſuos
propinquos parentes multũ exaltãt in be
neficijs ⁊ officijs: iudicãtes eos ceteris per
fectiores q̃uis nulli ſint: ⁊ perfectos viros
et magnos quia nihil ad ſe attinent nullos
iudicãt. ¶ Tertio ex ebrietate delectationũ
in rebus tẽporalibus. Sicut em̃ ebrius cor
poraliter ſtatim ſomno oppreſſus nec videt
nec apprehendit que circa eũ fiunt: ſic ebri'
delectationibus tẽporalibus nihil recte iu
dicat. Ethicorũ. vj. Delectatio furatur men
tem ſpiſſe ſapiẽtis. Dicit em̃ Philoſophus
libro de problematib' ꝙ tacti ebrietate nu
merare non poſſunt: et hoc eſt ſignum ma-
ximũ ebrietatis. Sic multi ſua peccata nu-
merare non poſſunt non ſolũ ꝓpter multi
tudinem ſed etiã propter ebrietatis inſaniã
Jdeo põt dici anime peccatrici. Uſq; quo
ebria eris? Digere paulliſper vinũ quo ma-
des. Vinũ enim eſt indebita delectatio que
faciliter ⁊ multũ inebriat. Sed vinũ dige-
ſtum caput nõ ledit/nec ſua fumoſitate im
pedit: quia tunc mentẽ cogitatio non indu
cit in conſenſum. Sic cecus duciꝛ lubricus
in profundũ malorum: ſic auarus nihil pre
ter numũ videns: ſed ſemper habẽs macu-
lã in oculo. Pſ. Supercecidit ignis ſc; aua
ritie/⁊ non viderũt ſolem iuſtitie. ¶ Quar-
to procedit hec cecitas ex multitudine pec-
catorũ. Tam dẽſe enim ſunt tenebre pecca-
ti in conſcientia/ꝙ nihil poteſt videre ĩ ea.
Pſ. Circũdederunt me mala quorũ non eſt
numerus: cõprehenderunt me iniquitates
mee/⁊ non potui vt viderem. Tam palpa-
biles erant Egyptiorũ tenebre: vt vir non
videret proximũ ſuũ. Sic tante tenebre in
eorũ conſciẽtia ſunt: vt ſibi proxima pecca-
ta vel tẽpore/vel diſpoſitione nõ videant.
¶ Quinto procedit hec ignorãtia ex debili
tate intellectus penitẽtis ⁊ rerũ difficulta-
te. Lazarus em̃ reſuſcitatus adhuc erat li-
gatus facie ſudario: in quo difficultas vidẽ
di que recta ſunt intelligiꝛ. ¶ Tertio igno- B
ranꝛ peccata quãdo de alienis fiũt noſtra. Pctm̃.
Pſ. Ab alienis parce ſeruo ſuo. Aliena aũt Quõ
peccata noſtra fiunt tripliciter. Uno modo aliena
per mali preſtitã occaſionẽ: ⁊ ſic nobis im- peccata
putãtur peccata q̃bus dedimus occaſionẽ noſtra
peccãdi verbo vel facto. Jdeo Leuitici. xix. fiunt.
Corã ceco ne ponas offendiculũ. Scđo pro
pter diſſimulationẽ. q: nõ impediuimus/
vel nõ correximus vt debuimus. Sic pctã
filiorũ Heli: q: nõ correxit ſed diſſimulauit
ſua ꝓpria reputata ſunt. Tertio modo per
imitationẽ. j. Timo. v. Nõ cõmunicare pec
catis alienis. Sic prelati dum male agunt
ſubditi eos imitanꝛ/dicentes ſe bene face-
re ſi faciant ſicut ⁊ eorum ductores. Hiere.
xvj. Comederunt alieni robur meũ. Fama
em̃ robur quodãmodo eſt ad bene operan-
dũ. quod deuorãt ⁊ comedunt qui propter
occaſionem preſtitam delicta committunt.
Quotquot em̃ Machometũ imitanꝛ dam
nãtur: ⁊ peccatũ eorum Machometo im-

Univerſidad de Deusto Biblioteca



putatur ſicut eoꝝ duci. Quarto modo igno
rantur peccata quādo habētur pro dereli-
ctis. Hoc autē fit quādo obliuiſcimur eoꝝ
aut propter diuturnitatē tēporis quo hec
facta ſunt/aut propter memorie labilitatē:
aut eoꝝ memoramur: tamē propter doctri
ne defectū: aut experiētie/peccata nō repu
tamus ſicut contingit in iuuentute in qua
multa cōmittuntur peccata que ꝓpter de-
fectū ſenſus ⁊ experientie ⁊ doctrine nō re-
putanẜ peccata. pſ. Delicta iuuētutis mee.
ſubdit: ⁊ ignorantias meas ne memineris.
¶ Cum igitur tā multis modis ignoremus
peccata: cōſequens eſt vt ī timore dei viua-
mus. Eccli. v. De propitiatu peccatoꝝ noli
eſſe ſine metu: non ꝙ timeat q̄s ſi rite con-
feſſus eſt de remiſſione pctōꝝ. Hoc em̄ eſt
articulus fidei: ſed ſibi ꝓpter tot ignoran-
tias timendū eſt ꝙ nō rite confeſſus ſit: vt
ſic de ſe nō preſumat. Licet em̄ peccator pe
nitēs non habeat cōſcientiā remordentem
de aliquo peccato de quo nō confeſſus fue
rit: debet tamē cōſiderare ꝙ alia ſunt iudi-
cia dei/cui⁹ oculi multo plus lucidiores ſunt
ſole contēplantes oēs vias hoīs/⁊ alia iu-
dicia hoīm. Hinc eſt qđ dicebat apoſtolus.
Nihil mihi cōſcius ſum ſed nō in hoc iuſti-
ficatus ſum. Has autē quatuor ignorātias
tangit ſanctus Job cū dicit. Quantas ha-
beo iniquitates ⁊ peccata ⁊c. oſtende mihi.
Per iniquitates inequalitates ad deū ⁊ ad
proximū intelligens ſm modū humanum:
quia ſicut per inequalitatē humoꝝ fit ocu
lus cecus harmonia diſſipata: ſic ꝑ inequa
litatē iuſtitie ad deum ⁊ proximū fit homo
oīno cecus in facto ſuo. Per peccata q̄ (ſm
Januenſem) interpretanẜ quaſi pellicata/
intelligūtur ea que quaſi fornicādo ex alio-
rū conuictu ⁊ coniūctione cōtraximus. per
ſcelera que a celeritate dicūtur intelligitur
primus peccatoꝝ motus. Illa em̄ peccata
ſubtilia celeriter penetrant ⁊ inſenſibiliter
occidūt. Uel per ſcelera peccata abominabi
lia quaſi celanda/eo ꝙ extra humanā na-
turā ſunt/⁊ ignominie dicūtur: qꝛ nec no-
minari debent. Per delicta vero oblita et q̄
derelicta qua vidētur. Delictū em̄ quaſi de
relictum dicitur. intelligit peccata omiſſio-
nis quibus derelinquimus que facere de-
buimus.

¶ Sermo. xix. De penitētia, Et de cō
feſſione. xiij.

Sicut ad reuertē-
dū ad deū itur per iter triū die-
rum in ſolitudine pniē: ſic pctōr
auertēdo a deo vadit iter trium
dierū verſus inferni valde habitatā domū.
Sicut em̄ mulier p̄mo ꝯcipit: deide ꝑturit:
tertio parit: ſic aīa peccatrix p̄mo iniq̄tatē
cōcipit ex diabolica ſuggeſtiōe. ſcđo ꝑturit
in ſtudioſa machinatiōe. tertio parit ī ope-
ris ꝑpetratiōe. Pſ. Ecce parturit iniuſtitiā.
ecce ſcđm. ⁊ cōcipit dolorē. ecce p̄mū. ⁊ pe-
perit iniq̄tatē. ecce tertiū. Affect⁹ em̄ terre-
noꝝ malū ſemē eſt qđ cōcipiẜ. Uñ Philo-
ſoph⁹ libro de vegetabilib⁹. Nō ꝓuenit de
facili de ſemine malo plāta bona. Appetit⁹
terrenoꝝ malū ſemē ē ⁊ maledictū. Uñ ma
ledicta terra in ope tuo. ideo ꝓducit mala ꝫ
plātam iniquitatis. Mat. xv. Oīs plātatio
quā nō plantauit pater meus celeſtis eradi
cabitur. Et iſte appetit⁹ terrenoꝝ ſemꝑ do-
loroſus eſt: qꝛ et ſi hō aſſequiẜ qđ appetit
adhuc hoc eſt cum amaritudine ⁊ dolore: ⁊
hoc miſericorditer fecit de⁹/ne delectatione
ſua nos mūdus alliceret. Aug. de ꝟbis dñi.
Ideo de⁹ felicitatib⁹ terrenis amaritudi-
nes miſcet/vt alia queraẜ felicitas/cui⁹ dul
cedo non eſt fallax. Cauſa huius amaritu-
dinis eſt in ipſa delectatione ⁊ felicitate: qꝛ
nō eſt de re dulci habita. Iſido. xij. Etymo-
lo. dicit ꝙ oē mel naturaliter eſt dulce: eſt
tñ apud ſardū amarū ꝓpter abſynthiū cu-
ius copia apes illius regionis nutriuntur.
Sic ⁊ omnis delectatio ex ſui natura dul-
cis eſt ⁊ placida: dulcedo tñ mūdialis neceſ
ſario amara eſt ꝓpter hoc ꝙ colligiẜ de ab
ſynthio. i. de amaritudine doloꝝ ⁊ maloꝝ
cui eſt admixta. Sic eſt de omni delectatio
ne que de amaritudine cōſcientie procedit.
Hierem. ij. Scito ⁊ vide qꝛ malū eſt ⁊ ama-
rum reliq̄ſſe te dñm deū tuū. Ideo redeun-
dū eſt ad deum per viam trium dierum in
ſolitudine: opitulante beatiſſima virgine
quam ſalutabimus dicentes. Aue.

E
Repꝛo-
bus.
Quō
reprobi
vadunt
viā triū
dierum
ad īfer-
num.

¶ In confeſſione fideli ⁊ diſcreta cū confi-
tens dicit cōfiteor: ſex ora/ſeu portas clau-
dit/⁊ ſex portas aperit. Primo namq̄ clau
dit os cōfeſſoris/vt de pctīs cōfeſſis omni-
bus non poſſit os aperire: ⁊ illud qđ homo
plus deſiderat celare ⁊ abſcōdere/illud for
tius nitiẜ includere. Nō eſt aliq̄s q̄ nō velit
meli⁹ ⁊ ſecurius celare pctā ſua ⁊ abſcōde-
re q̄ꝫ pecuniā ſuā, Sed nō eſt ſcriniū ita for

D
Confeſ-
ſio.
Quō
ꝯfeſſio
claudit
os con-
feſſoris



te ⁊ bene clauſum in mūdo qđ nō facilius
poſſit aperiri vel frāgi q̄ꝫ os ſacerdotꝭ clau
ſum ⁊ ſignatū ſigillo cōfeſſionis dicendo il
lud verbū Confiteor. Qđ probaẜ qꝛ ſcriniū
frangēdo aperiẜ: ſed nō aperiẜ os clauſum
per cōfeſſionē licet frangaẜ ꝑ mortē. Exem
plū ad hoc de ſacerdote quodā interfecto a
parētib⁹ ſuis propter illū q̄ cōfeſſus erat ei
ꝙ interemerat patrē ſuū: nec potuerūt ape
rire os ſuū ſed ſemꝑ dicebat ꝙ neminē ī ci-
uitate credebat eo meliorē: ⁊ ſanctiorem: et
ꝓpter hoc īterfect⁹ a ſuis cōſecrat⁹ eſt mar
tyr. Pctā em̄ ꝓlata in cōfeſſione ſunt aque
ſiloe q̄ fluūt cū ſilētio. Eſa. viij. Ita ꝙ aque
ille ſunt talis nature ꝙ ſilētiū imponūt ori
ſacerdotis. Cauere tñ debent confitētes ne
garrulū ⁊ male morigeratū ſibi eligant cō
feſſorē. Uix em̄ tales alijs parcēt ī reuelan
do vitia qui ſibi nō parcere nō erubeſcūt. ⁊
ve curatis ⁊ epīs q̄ tales ordināt ad audiē
dū cōfeſſiones: q̄ ori ſuo nō habēt cuſtodiā.
Uñ Altiſſio. dicit ꝙ ſacerdos nec ꝟbo/nec
facto/nec nutu aliquo dꝫ ſigillū cōfeſſiōis
infringere. Primo: qꝛ ſi īfringerenẜ abhor-
rerēt hoīes ꝯfeſſionē peccati q̄ maxime pla
cet deo. Cauendū eſt aūt maxime ne deſpi-
ciāt hoīes confiteri. Tū ſcđo. qꝛ Nume. xix.
Uas qđ nō hꝫ operculū nec ligaturā deſu-
per: immūdū erit. Tale aūt vas qđ opercu-
lū nō hꝫ eſt ſacerdos reuelās confeſſionē: q̄
nō eſt de cetero ſanctificandus. i. admitten
dus ad adminiſtrationē ſacramentoꝝ ſed
deponendus. Hec ille. Tū tertio: qꝛ ſm Bo
na. iiij. di. xvij. Non cōfitētur penitēs vt ma-
nifeſtenẜ pctā ſua ſed vt deleanẜ ⁊ occultē-
tur: qꝛ ibi charitas operit multitudinē pec
catoꝝ: qꝛ hoī tāq̄ꝫ deo reuelat conſciētiam
ſuā: de⁹ aūt eā tegit nec reuelat. Uñ Exođ.
xl. Uelo abſcōdēda ſunt ſecreta tabernacu-
li. i. q̄ in cōſcientia ⁊ mēte ſacerdotū ſciunẜ
ſecreta: abſcōdi debēt ne pādanẜ ⁊ denudē
tur hoſtib⁹: que tñ ſolus Aarō nuda ⁊ reue
lata videt. Hec aūt vela rūpunẜ cū arcana
produnẜ. Hec vela appoſuit Paulus cū vi
dit arcana ꝟba que nō licet homini loqui.
Sed hec vela rūpēs Ezechias grauiter pu
nitus eſt: qñ nūtijs regis Babylonis oſten
dit oēs theſauros dom⁹ dñi. Tū etiā qꝛ ſa-
cerdos q̄ culpā detegit/ꝑdit culpā que nō
eſt. Unde cōpetit ei qđ dꝛ Eſa. xvj. Pone q̄ſi
noctē vmbrā tuā in meridie: abſcōde fugiē
tes ſcꝫ a facie diaboli: ⁊ vagos ne prodas.
Habitabūt apud te profugi mei: eſto latī-

bulū eoꝝ. Et ſi dicatur de Magdalena ꝙ
ſm Gregorium eo ꝙ coram oībus ſe pecca
tricē oſtendit/veniā promeruit. Reſpōdet
Bona. in. iiij. diſt. xvij. ꝙ ipſa nō eſt cōfeſſa
peccata ſua coram oībus que fecerat occul
te: ſed quia ſignū laſciuie nō occulte porta-
uit ſed in publico: ideo etiā ſigna penitētie
ꝓ hmōi in publico manifeſtauit. Et hoc eſt
dignum ⁊ laudabile ⁊ imitādum: nō tamē
ad hoc homo tenetur niſi de bono ⁊ equo.
Hec ille. ¶ Prima autē porta ſeu os quod
aperit eſt porta cordis ipſi⁹ confeſſoris. Si
em̄ confeſſor ſciret iſta aliter q̄ per cōfeſſio
nem illū odiret tāq̄ malefactorē. Sed quā
do audit iſta in cōfeſſione diligit illū et te-
netur plus diligere ⁊ cōſolari q̄ aliū. Et ra
tio eſt: qꝛ fides noſtra tenet ꝙ vere confeſ-
ſus liber eſt a pctō. ergo melior. ⁊ per cōſe-
quēs magis diligēdus. Scđo magis dili-
git eū eo ꝙ maximā familiaritatē oſtēdat
cōfeſſori: qñ ſecreta q̄ nullatenus patri aut
matri reuelaret/eidē reuelat. Tertio cū ma
ius ſit gaudiū deo ſuꝑ vno pctōre penitēte
q̄ ſuꝑ nonaginta nouē iuſtis. ſilr debet eē
bono cōfeſſori qui vices gerit dei. Si ergo
gaudet de pctōre: magis gaudet de magis
pctōre. Et ideo bon⁹ cōfeſſor de vno pctōre
bene confitēte nō acciperet mille marcas:
qꝛ inappreciabilis eſt oībus reb⁹ humanis.
Quarto: qꝛ ſicut medicus efficiẜ letior: qñ
ꝑ man⁹ ei⁹ curaẜ aliq̄s grauiter infirm⁹ et
deſperat⁹: quāto morb⁹ grauior eſt ⁊ diu-
turnior: ſic cōfeſſor de pctōre quāto maior.
Sicut rex plus gaudet de caſtro forti ⁊ mu
nito qñ ei reddiẜ: ⁊ venatores ſilr quāto fe
ram ſylueſtriorē ⁊ fortiorem capiunt ⁊ regi
offerūt. ¶ Scđo claudit portā inferni que
pri⁹ erat aperta pctōri. In pictura em̄ īfer-
ni pingiẜ quedā gula dilatata ad deglutiē
dū. Eſa. v. Dilatauit quaſi infernus animā
ſuā: ⁊ aperuit os ſuum abſq̄ꝫ vllo termino.
Sed ꝓpterea multi nō timent: qꝛ nō reſpi
ciūt in infernū. pſ. Conuertanẜ pctōres in
infernū/oēs gētes que obliuiſcuntur deū.
Bern. Deſcēdant in infernū viuētes: ne de
ſcendāt morientes. Pctōr aūt cū fecit mor
tale pctm̄ iā eſt iuxta portam ſic apertā/ita
ꝓpe ꝙ ad duos digitos: qꝛ ſi de collo eius
quātitas duoꝝ digitoꝝ ſcindereẜ: in pun
cto ad īferna deſcēderet. pſ. Appropinq̄ue
rūt vſq̄ꝫ ad portas mortꝭ. Itē demones ex
oī ꝑte parati ſunt vt ꝑcipitēt eū in īfernū. pſ.
In circūitu ei⁹ impij ambulant. Si ꝟo ca-

A
Confeſ-
ſio.
Quāto
q̄s ma-
iora pec
cata cō
fitetur:
tanto
magis
a cōfeſ-
ſore di-
ligen-
dus eſt

B
Confeſ-
ſio.
Confeſ-
ſio clau
dit os
īferni ⁊
aperit
portas
ꝑadiſi.

Univerſidad de Deuſto Biblioteca

deret ibi:nūꝙ poſſet reſurgere: q: in infer-
no nulla eſt redēptio: ⁊ ita oēs homines q̃
ſunt in mūdo nō poſſent dicere periculū in
quo eſt talis pctō: . Et ideo facit ſicut hō q̃
vadit ſtrictā viam: vel per aſſerem in arcto
poſitū qñ multū oneratus eſt qui multū ti
met:maxime qñ reſpicit inferius. Sic talis
reſpiciēs periculū in quo eſt: puta ꝙ eſt in
oſtio inferni multū oneratus pctīs :et attē
dit locū inferni tā ꝓfundū:⁊ ꝙ ita modico
retinaculo retinetur vita. ſ. tēporalis:multū
timere debet. Vñ Poeta. Omnia ſunt ho-
minū tenui pendētia filo. Et ſubito caſu q̃
valuere ruūt. Dicat ergo confiteor vt clau-
dat porta inferni: ita vt quicūqꝫ demones
eū trahere nō poſſint i īfernū. Job. xxxvij.
Saluabit te ſcꝫ cōfeſſio de aure anguſto la
tiſſime. Pſ. Neqꝫ vrgeat ſuper me puteus
os ſuū. Gloſ. Nō vrgebit ſup te inferni pu
teus os ſuū:niſi clauſeris os tuū. ¶ Ex op-
poſito cōfeſſio aperit portam paradiſi que
prius ita clauſa erat pctōri ꝙ oēs ſancti et
ſancte nō poſſent eā aperire. Augu. O bre
ue verbū peccaui:o tres ſyllabe q̃ aperiunt
portas paradiſi. Per Jordanem qui inter-
pretatur humile iudicium intrauerunt filij
Jſrael in terrā ꝓmiſſionis: et ꝑ portā pri⁹
clauſam latro poſt confeſſionē paradiſum
introiuit. Dauid qui ita turpiter offendit
deū poſtꝙ dixit:peccaui:audiuit. Peccatū
tuū tranſlatū eſt a te. Pſ. Jntroite portas
eius in cōfeſſione. Gloſ. magiſtri. Jntroite
cōfidenter nō foris ſtetis:vbi ſunt hoſtes.
A cōfeſſione incipite ad mīam dei intrare.
Sed multi inueniūtur cōfeſſores crudeles
et inhumani. de quibus Guil. Pariſieñ. ꝙ
eſſent boni ianitores inferni non paradiſi:
q: ex inhumanitate ſua nullū ibi ꝑmittūt
intrare. quibus dñs Mat. xxiij. Ve vobis
qui clauditis regnū celoꝝ ante hoīes. Vos
aūt non intratis/ neqꝫ introeuntes ſinitis
intrare. Et hoc q: neophitos ⁊ nouelliū ho
minē ⁊ nouiter natū neſciūt dulciter intra
re. ¶ Tertio obſtruit diaboli os vt nō poſ-
ſit hoīem confeſſum accuſare. Pſ. Obſtru
ctū eſt os loquentiū iniqua. Eripitur enim
qñqꝫ ouicula clamore ſuo ab ore lupi. De-
ſtruit ſiquidē cōfeſſio vna hora qđ demon
laborauit multis annis : puta. xxx. vel. xl.
annis. Hiero. Poteſtas ⁊ virtus ꝓditoris
adnihilatur reuelata ꝓditione. Vnde Pe-
trus Cluniaceñ. recitat ꝙ quidā miles in-
trauit ordinē Cluniaceñ. cui grauiter egro

E
Confeſ ſio.
Confeſ ſio ob- ſtruit os dia- boli et apit ei⁹ ſecretū.

tanti videbatur per totā quadrageſimā ꝙ
habebat rūcinum vnū cedētē faciē eius cū
calcibus poſterioribus:et non ceſſabat cla-
mare. Tollite a me rūcinum iſtū qui me ſic
cedit et occidit. Cū aūt in fine quadrageſi-
me veniſſet abbas monuit eū ad confeſſio-
nē faciendā. Quā cū feciſſet negligenter et
interrūpēdo eam clamoribus et aliqua di-
mittendo ſciēter nullatenus quieuit. Qui-
dā aūt apparuit ei ad caput lecti ſui in ma
nu ferēs librū in quo erāt ſcripta oīa pecca
ta eius dicens ei. Vides hec oīa:aut hic di-
ces hec oīa: aut ego alibi oīa dicā. Qui ad
hec motus vocauit abbatē:⁊ facta confeſ-
ſione plenaria a periculo illo liberat. Jtem
lib. de dono ſcientie. Quidā flagitioſus fe-
dus cū diabolo inierat : et ſepe cū eo quaſi
cum ſocio in ſpecie humana diabolus ibat
Cū aūt diabolus eū inuitaret ad balneum
vt ipm ibi ſuffocaret:cū tranſirent corā ec-
cleſia quadā ille timēs et peccatū ⁊ ſocium
dixit ꝙ oīno volebat videre quid in illa ec
cleſia fiebat:et cū nō poſſet eū retinere dia
bolus dixit ꝙ ſaltem ad expectantē ſtatim
rediret. Diabolus oēs qui intrabant eccle
ſiā illā rogabat ꝙ ſocio ſuo dicerēt vt cito
rediret. Jlle cōfeſſus ⁊ penitēs redijt:⁊ cū
quereret ab eo diabolus ſi vidiſſet ſocium
ſuū:et ille diceret ei ꝙ ipſe eſſet quē quere-
bat. Dicebat diabolus ꝙ mentiebatur ille
q: non cognoſcebat eū. Et cū inſtaret alter
dicēs ꝙ in veritate ille eſſet: ſed ꝑ dei gra-
tiā virtute cōfeſſionis fedus eius abnega-
uerat:fugit diabolus confuſus. Unde etiā
refert magiſter Jacobus de Vitriaco. Cū
quidā demon daret reſpōſum in quadā fo
uea et pctā hoīm reuelaret:duo epi venien
tes ad eū adiurādum:ne eos de pctīs ſuis
cōfunderet adinuicē cōfeſſi ſunt:poſtea de
multis ſunt eū allocuti. Tūc cū vnus eorū
quereret ab eo:⁊ tu de nobis q̃d dicis? Re
ſpondit. Satis habuiſſem de vobis dicere
ſi tales eſſetis quales huc aduениſtis : ſꝫ in
aduētu veſtro totū amiſi. Apoc. xij. Diabo
lus eſt accuſator fratrū qui non ceſſat eos
accuſare die ac nocte. Expellebat enim Da
uid demonē vel a vexatione Saul refrena
bat ad ſonitum cithare. i. cōfeſſiōis aperte
reddētis ſonum ab interiori ſicut cithara.
Pſ. Cōfitebor tibi in cithara. Quō eñ ta-
les vere cōfeſſos accuſaret demō quos de⁹
abſoluit ⁊ iuſtos iudicat? Jn quo apparet
eoꝝ opinio nequior diaboli malitia; q̃ ma-



los iudicāt quos vident multo tpe ante ſa
cerdotē ad cōfitēdū ſtare pctōrē iniuſtū de
ipſa iuſtitia iudicātes:et quaſi dealbedine
nigrū de bono opere lapidātes eū: qđ non
facerēt Judei dicētes. De bono opere non
lapidamus te. Jo. x. ¶ Sed ex oppoſito cō
feſſio aperit ſecretum diaboli:⁊ fedus eius
diſſoluit. Eccli. xxvij. Qui denudat arcana
amici fidē perdit. Nulla maiora diaboli ſe-
creta qꝫ grādia pctā que in occulto q̃s ꝑpe
trauit. Jn vitis patrū. Macharius obuia
uit diabolo portāti ampullas dicēti ꝙ da-
bat de eis ad bibendū fratribus: et qui de
vna nolebat bibere aliā ei miniſtrabat. Et
requiſitus de fratribus ſi aliquis de eis bi
biſſet:rñdebit ꝙ vnus q̃ dicebatur Theoti
ſtus q̃ veniens ad fratres cū oēs ſibi occur
riſſent cū ramis palmarū declinauit ad cel
lā Theotiſti. Qui ab eo req̃ſit⁹ vt ſibi ſuas
reuelaret cogitatiōes timebat illas cōfite-
ri. Tādē tñ cōfeſſus eſt ieiunio ſibi indicto.
Qui demoni obuiās queſiuit qualiter ſibi
eſſet. Rñdit ꝙ male:q: oēs erāt ſanctifica-
ti:maxime ille q̃ ſu⁹ amicus erat. Nihil au
tem magis diabolo diſplicet ꝙ reuelare ſe
creta ei⁹. qđ ſignificatū eſt. ij. Reg. xvij. vbi
dicit ꝙ Achitofel reuelato cōſilio Dauid ꝑ
Chuſi tacuit:et abiēs in domū ſuā ſe ſuſpē
dit. Libēter eñ ꝓ cōfeſſione pctōris ſuſpē
diū eligeret. Nullus eñ libēter ei ſecretum
cōmitteret:quē nouerit eſſe garrulū. Jdeo
nō ei ſe credit diabolus quem videt libēter
confiteri. Nos ergo diabolus ꝓditores ha
beat:et de cetero ſecreta ſua nō nobis com
mittet:q: ei nō ſeruauimus fidē. ¶ Quar-
to cōfeſſio obtinuit os dei. Reconciliat eñ
pctōrē deo. Prius eñ erat inter deū ⁊ pec-
catorē tāta diſcordia ꝙ etiā oēs ſcti nulla-
tenus facere poſſent pacē:ſꝫ q̃ꝫcito dicit cō
fiteor: vel proponit cōfiteri:pax reformata
eſt. Q̃cito Dauid poſt peccatū in Vriā di-
xit peccaui:audiuit a propheta. Tranſtulit
dñs pctm̄ tuū a te. Et Luc. xv. Filius ꝓdi-
gus recedēs a patre qui totā ſubſtātiā ſuā
cōſumpſerat viuendo luxurioſe: ſolū dixit.
Pater peccaui in celū et coram te. Et pater
mīa motus accurrēs oſculatus eſt eū. Pſ.
Non dānabit eū. ſ. vere cōfeſſum cū iudica
bit illi. Sꝫ dicet dñs (vt ait Augu.) Jgno-
ſcamus ei q: ſibi nō ignoſcit:parcamus q:
ſibi nō parcit. Vbi eñ i iudicio dei nec ſan
cti nec ſancte iuuare poſſunt peccatorē ſola
confeſſio audacter loquit: audacter aggre

F
Confeſ ſio.
Confeſ ſio ob- ſtruit os dei et apit peccato ri latus ſaluato ris.

ditur iudicē. Quod ſignificatur Geñ. xliiij.
vbi alijs non audentibus loqui pro Benia
min liberatione ante Joſeph Judas (qui
interpretatur cōfitēs) propius accedēs cō
fidenter allegauit: ⁊ ad pietatē ipſius Jo-
ſeph viſcera concitauit. Pſ. Ne tradas be-
ſtijs aīas cōfitētes tibi. Placat eñ ꝯfeſſio
ſummū iudicē: et iuſtitie eius ſentētiā im-
mutat. Dicit eñ iuſtitia. Ego occidā. Dicit
ꝯfeſſio. Ego viuere faciā. Dicit iuſtitia. Ego
percutiam. Dicit confeſſio. Et ego ſanabo.
Eſa. lvij. Ego creaui pacē fructū labiorum
his q̃ longe ſunt ⁊ his q̃ prope. Hec eſt mu
lier Thecuites que allegādo Abſalon fra-
tricidā. i. ſue anime occiſorem eū ſummo re
gi Dauid recōciliat. ij. Reg. xiiij. Eccli. xxv.
Eſt lingua curationis et mitigationis fili
mi. Eſt eñ cōfeſſio colūba que ramū oliue
in ſignū recuperāde pacis et gratie dei ore
ſuo aſportat ad arcam eccleſie militantis.
¶ Sed econuerſo aperit pauperi peccatori
latus ſaluatoris ad cōpatiēdū. Aperit eñ
abyſſo miſerie abyſſum mīe:fonti iniquita
tis fontem bonitatis: ⁊ miſer cui nec terra
nec celū ꝓpter pctm̄ ſecurū eſt:latibulū in-
uenit in viſceribꝰ dñi Jeſu. Et hoc eſt pieta
tis ſumme ꝙ ſi aperit pctōr cor ſuū deo ꝙ
deus ei cor ſuū aperiat. Aperitur itaqꝫ cor
ipſius dñi pctōri. Primo ad refugiū vt co-
lūba veniat ad foramina petre ꝓpter acci
pitrē. Et ideo ſi nobis dñs cor ſuū aperuit:
aperire nō differat miſer pctōr os ſuū. Pſ.
Labia mea nō prohibebo:dñe tu ſciſti. Se
cūdo aperitur auris ei⁹ ad audiēdū cātile-
nā cōfeſſiōis in qua maxime delectatur:et
ita exhilaratur illo cātico nouo et iocundo
vt oīa debita cōdonētur ei. Rogat eñ eos
dicēs illud Cañ. viij. Qui habitant in hor-
tis amici. i. angeli auſcultāt te:fac me audi
re vocē tuā. Et hoc q: gaudēt angeli ſuper
tali pctōre:⁊ adhortātur pctōres dicētes il
lud Pſ. Precinite dño in cōfeſſione. Sed
multi faciūt ſicut cātores q̃ rogati cantare
renuūt. Talia aūt forte hora canere volent
qua nō audientur: ſicut illi q̃ in die iudicij
dicēt. Dñe nōne in noīe tuo ꝓphetauim⁹:
et virtutes multas fecimus? Quibꝰ dicet.
Neſcio vos. Cātauit diues ꝓ vnica gutta
et non fuit auditus. Cāta ergo dū rogaris
ne forte paterfamilias arrepto gladio vl-
tionis faciat filiū clamare:q̃ pri⁹ noluit can
tare: vt puta in die iudicij. Sopho. j. A pri
ma porta erit clamor:⁊ vlulatus a ſecūda.

Prima porta eſt exit⁹ a ſepulcris. Secũda
ingreſſus in inferis cũ vlulabũt. Sʒ dices.
Qualiter delectatur dñs in cantilena cõfeſ-
ſionis cũ in ea ſola turpia recitentur? Dici-
tur ꝙ ſicut medic⁹ gaudet cũ apoſtema frã-
gitur ⁊ ſanies emittitur: ſic dñs cũ apoſte-
mate fracto ſanies pctĩ per cõfeſſionẽ eijci-
tur. Itẽ aperit ei cor eius ad gratiã copio-
ſe fundendã. Qḋ ſignificatũ eſt in Ezechia
egrotãte a quo non ſolũ dñs infirmitatem
abſtulit poſt cõuerſionem ad parietẽ et fle-
tum: ſed etiã addidit vite. xv. annos. Eſaie
xxxvj. ¶ Quinto hoc verbũ confiteor clau-
dit os cõfitentis ne alijs reuelet q̃ in cõfeſ-
ſionis iudicio dicta ſunt. Conche em̃ ſe rori
aperiũt non calori. Sic defect⁹ noſtros de-
bemus dño vel eius vicario aperire nõ al-
teri: ſicut illi q̃ in iniquitate ſua gloriãtur.
De quibus Eſa. iij. Pctm̃ ſuũ ſicut Sodo-
ma predicauerunt. Eſt em̃ cõtra naturã ſic
pctã ſua reuelare. Nã catus abſcondit ſter-
cora ſua ne alijs feteãt: et aĩaliũ pudibũda
cauda abſcõdit: ⁊ membrũ infirmũ medico
oſtẽditur qḋ ab alijs abſcõditur. Ita pctm̃
debet oſtẽdi per cõfeſſionẽ ſacerdoti: et ab
alijs abſcõdi. Sʒ multi ſimiles ſunt ſimijs
et canibus que ſua turpia indifferẽter oſtẽ-
dũt: et letãtur ſe dicere talis dedit mihi ta-
lẽ penitẽtiã. ⁊ ſic de alijs: ⁊ de ſacramẽto ri-
dent ⁊ ipm̃ blaſphemant. Tale em̃ eſt ſecre-
tũ ꝯfeſſionis. Similiter etiã ſi quis laicus
aut alius quiſpiã loco ꝓpinquus ei q̃ cõfi-
tetur audiat pctã aliqua cõfitẽtis: vel etiã
ſi ſit interpres et cõfiteatur per interpretẽ:
tales tenẽtur ad nõ reuelãdũ ſub pena pec-
cati mortalis: et ſi reuelẽt/in foro exteriori
grauiter ſunt puniẽdi. Sũt em̃ quodãmo-
do aures ſacerdotis: vt dicit Bonauẽ. iiij.
diſt. xvij. Similiter ſi cõfitẽs det ſacerdoti
licẽtiã reuelãdi pctã cõfeſſa: tenetur nihilo-
minus celare: niſi aliũde ſciat. ¶ Sed ꝑ op-
poſitũ cõfiteor aperit apoſtema cordis pec-
catoris. Quedã enim infirmitates curãtur
non niſi per vomitũ. Et hoc q: materia in-
firmitatis non põt euomi niſi a parte ſupe-
riori. Pctm̃ aũt eſt infirmitas q̃ eijci nõ po-
teſt niſi aperiatur cor a parte ſuperiori: ſcʒ
per amorẽ ⁊ dilectionẽ. Cañ. v. Surrexi vt
aperirẽ dilecto meo. Sed qñ diliguntur ea
que mũdi ſunt aperit cor a parte inferiori:
et tũc materia infirmitatis nõ curatur/ſed
augetur. Scḋm aũt Augu. pctm̃ eſt auer-
ſio a bono incõmutabili: ⁊ cõuerſio ad bo-
num cõmutabile: adeo vt ſi debeat purga-
ri debet cor ſurſum aperiri deũ diligendo.
Prouocant aũt iſtum vomitũ ſm̃ medicos
amara ſumpta per os. Sic amaritudo con-
tritionis et cõſideratio mũdane vanitatis
faciũt exire peccatũ per cõfeſſionẽ oris. Eſt
em̃ os peccatoris porta ſterquilinij. de qua
Neemie. iij. per quam oẽs ſordes Hieruſa-
lẽ eijciebãtur. Unde Palladius lib. xiij. de
agricultura docet ꝙ arbores preſcindende
ad edificia debẽt prius ſecuri reſcindi vſqꝫ
ad medullã: ⁊ ſic apto vulnere ſtare anteꝙ
totaliter preſcindãtur: vt humor ſi quis ſit
in venis arboris decurrat. Ratio eſt: q: il-
le humor incluſus cũ ex eo generentur ver-
mes/eſſet cauſa future putrefactionis in li-
gno: nec deflueret poſt totalẽ arboris ab-
ſciſſionẽ. Nos debemus eſſe quaſi arbores
imputribiles ad edificiũ eterne manſionis
Eſa. xl. Forte lignũ ⁊ imputribile elegit ſi-
bi artifex: ⁊ anteꝙ̃ p̄ſcindamur morte: pri⁹
ſecuri cõtritionis preſcindi ⁊ vulnerari de-
bemus vſqꝫ ad intima cordis nr̃i: ⁊ ꝑ aper-
tionẽ cordis et oris/oĩs humor peccati de-
fluat: ne poſt preciſionẽ vermis conſcientie
hui⁹ ligni corroſiuus nutriatur: ⁊ talis hu-
mor ſic incluſus generet cõſciẽtie vermẽ: ⁊
efficiatur lignũ putridũ ſolo igni aptum.
¶ Sexto claudit os cõſciẽtie murmurãtis
et fetẽtis: et tollit clamorẽ pctõꝝ. Uñ So-
domiticoꝝ pctã clamabant ad deũ. Mur-
murat aũt ab onere: a fetore: a fame. Pri-
mo cõſciẽtia murmurat ſub onere et graui
iugo pctĩ captiu... Nec mirũ: q: tale iugũ
celũ ⁊ terra nõ pñt portare. Sed confeſſio
celo ⁊ terra fortior iuxta illud. Cõfeſſio ei⁹
ſup celũ ⁊ terrã/illud portat: corã ſacerdo-
te proijcit ⁊ annullat. Murmurat ſcḋo cõ-
ſciẽtia famelica. Quãdiu em̃ cõſcientia ple-
na eſt pctĩs: inanis eſt ⁊ vacua/⁊ vanitate
plena. Cõfeſſio vero magnificã inducit pre-
parationẽ. Nã Ps̃. Cõfeſſio ⁊ magnificen-
tia opus eius: vt ſic cõſtruatur cõfeſſio eſt
bonus actus ⁊ magnificẽtia eſt opus eius.
Repletur em̃ tũc aĩa per cõfeſſionẽ oibus
meritis que extincta erant per pctm̃: ⁊ ad-
huc vlterius bono opere cõtritionis/et cõ-
feſſionis/⁊ humiliationis corã dño. Tertio
murmurat cõſciẽtia ſub fetore pctĩ. Mirũ
em̃ eſt ꝙ homo per horã intra latrinas do-
mus nõ quieſceret: ⁊ pctõr ꝑ tot pctã requie-
ſcit in peccato omni ſtercore abominabilio-
ri. Hieremie. xlviij. Moab requieuit in fecĩ-

B Confeſſio. Confeſſio claudit os cõfitẽtis ne alijs reuelet, q̃ dicta ſunt in cõfeſſione.

C Confeſſio. Confeſſio apit apoſtema cordis peccatoris

D Confeſſio. Confeſſio claudit os conſciẽtie murmurantis.

E Cõſciẽtia murmurat ab onere/fetore/et fame.



bus ſuis: ⁊ habet lauatoriũ cõfeſſionis ꝓ-
pe ſe: ⁊ ad ... nanũ ⁊ refugit lauari. Eſt enim
immũditia pctĩ tã grãdis ꝙ ad cõparatio-
nẽ eius deus ⁊ ſancti nullã immũditiã cor-
poralẽ iudicãt eſſe immũditiã: vt patet in
angelo obturante nares ſuas dũ tranſiret
quidã pctõr: et nõ obturabat preſentib⁹ ca-
dauerib⁹ putridis. Matth. xv. De corde
exeunt cogitationes male: furta: adulteria:
homicidia. Hec ſunt que coinquinãt homi-
nem. Nõ lotis aũt manibus mãducare nõ
coinquinãt hoiem. Scḋo hoc idẽ apparet:
q: pctm̃ digniſſimã creaturã. ſ. hominẽ fa-
cit porco vel cane immũdiorẽ: q: ij. Pet. ij.
Eſt canis reuerſus ad vomitum: ⁊ ſus lota
in volutabro luti: ⁊ oĩa facta ei⁹ ⁊ bona im-
mũda reddit: ita vt quecũqꝫ tãgit talis im-
mũdus immũda ſint ei. Et ideo deus intã-
tum abominatur illã immũditiã ꝙ hoiem
tali immũditia immũdum euomit vſqꝫ in
ſentinã inferni. Apoc. iij. Quia tepidus es
ſcʒ ad bonũ faciendũ: incipiam te euomere
de ore meo. Tertio hoc apparet: quia nulla
terrena ablutio põt eã lauare: ſed oportuit
dñm Jeſum officiũ lotricis accipe ad hanc
lauandã: ⁊ ꝓpter hoc multa lauacra inſti-
tuit. ſ. lauacrũ regenerationis ⁊ renouatio-
nis ſpũſſancti in ſanguine ſuo. ſ. ſacramẽti
baptiſmi: fecit etiã alia lauacra. ſ. aquã di-
luuij: ignem iudicij ⁊ purgatorij: ⁊ tribula-
tionis ⁊ martyrij: aque bñdicte: lachryma-
rũ verboꝝ ſacrorum: ⁊ oĩm ſacramẽtoꝝ: et
ſpecialiter ſacramenti confeſſionis. de quo
Bernar. Oĩa ſiquidẽ in cõfeſſione lauãtur.
Ideo Heb. j. purgationẽ peccatoꝝ faciẽs.
Propterea ſicut qui cecidit in lutũ vel latri-
nã multũ deſiderat inuenire fontẽ in quo
poſſit lauari ⁊ mũdari ab illis imunditijs:
multo magis penitẽs qñ inuenit fontẽ cõ-
feſſionis vt lauetur ab imũditia ſua: a qua
oẽs aque ⁊ lixiuia mũdi lauare nõ poſſent.
Dicitur ꝙ quidã diues ſubito ad inopiam
deueniens et deſperãs: dum vagaretur oc-
currit ei diabolus in humana forma dicẽs
ꝙ ſi vellet ei ſeruire et homagiũ facere ꝙ
eũ diuitem faceret: et cum ille cõſenſiſſet et
manũ dexterã ad promittendũ ei fedus in-
ter manus diaboli poſuiſſet: manus ei⁹ ni-
gra facta eſt quaſi carbo: nec aliqua ablu-
tione poterat dealbari. Cũ aũt diabolo ſic
diu ſeruiuiſſet: ad cor redijt ⁊ ad cõfeſſionẽ
quã ei diabol⁹ ihibuerat cõfugit. Cũ aũt ſlẽ-
do cõfiteretur: manus illa nigra ſubito eſt
dealbata. De hoc fonte Zach. xj. Erit fons
patẽs domui Dauid in ablutionẽ peccato-
ris et mẽſtruate. Eſt em̃ fons qui cõiter dr̃
iuuentutis: qui renouat hoiem. Ps̃. Reno-
uabitur vt aquile iuuẽtus tua. Aquila dũ
ſeneſcit/aſcẽdit in altũ ⁊ cõburit pẽnas ad
ſolem: et cadens in fontẽ renouatur. Circa
quoddã monaſteriũ cõtingit ꝙ femella ci-
conia cõmittebat adulteriũ cũ alio maſcu-
lo: quo facto immediate deſcẽdebat in fon-
tẽ et ſe lauabat: que ſemel a religioſis ꝓhi-
bita ne ſic faceret cognita eſt a maſculo: q̃
crocitando multitudinẽ ciconiarũ congre-
gauit que lacerauerũt et adulterã et adul-
terũ. Ecce quõ natura nos docet illo fonte
lauari: et periculũ preoccupationis dũ ne-
gligimus lauari. Et mirũ eſt (vt dicit Ber-
nar.) ꝙ ſordes corporis cũ tanta diligẽtia
abluãtur: et ſordes anime nõ ſolũ negligũ-
tur/ſed affectãtur et amplectũtur. Simile
narrat Petrus Cluniaceñ. Cũ ſanctus Pe-
trus ep̃s Tarẽtaſieñ. predicaret: quedã mu-
lier adultera ⁊ ſuſpecta de adulterio a viro
ſuo cõfeſſa eſt viro ſancto: promittẽs ꝙ de
cetero ad peccatũ nõ rediret. Cũ autem vir
ſuus ferrũ candens ei obtuliſſet vt ꝓbare-
tur an eſſet innocẽs de adulterio: illa ferrũ
ignitũ nudis manibus accepit: ⁊ ꝑ totã do-
mũ ſine aliqua leſione portauit: ⁊ in platea
curie ad vltimũ proiecit. Qḋ cũ videret vir
eius: depoſita omĩ ſuſpitione veniã petijt.
Illa aũt ex miraculo ſecurior facta ⁊ auda-
cior ad peccandũ: cito poſt ad pctm̃ redijt.
Cũ aũt vir ſuus quodã die ferro illo indi-
geret ⁊ diceret vxori ꝙ illud ei deportaret:
ꝙ̃cito illud ferrũ frigefactũ a multis die-
bus ſuis manibus accepit: tota in manib⁹
cõbuſta eſt: ⁊ cõpulſa eſt pctm̃ ſuũ palã fa-
cere. Ex quo apparet quõ cõfeſſio tegit pec-
catũ. Tectũ em̃ fuit ⁊ fuiſſet: ſi in promiſſo
cõfeſſionis perſeueraſſet. ¶ Sed per oppo-
ſitum aperit portas eccleſie que prius erãt
clauſe pctõri. Nec em̃ cõicabat pctõr quaſi
excõicatus meritis ⁊ ſuffragijs ipſi⁹ eccl̃ie:
quaſi mẽbrũ aridũ ⁊ ſeiunctũ a nutrimẽto
gratie ei⁹. Cũ aũt dicit cõfiteor: tũc aperte
dicit pctõr: qḋ in Ps̃. Aperite mihi portas
iuſtitie: vt ibi meipm̃ iudicẽ coram dño: et
ingreſſus in eas cõfitebor dño. Licet bruta
rõne careãt: habent tamẽ talẽ induſtriã ꝙ
optime ſciunt reuerti ad domicilia ſua qñ-
uis ad remota ſpatia transferantur: multo
fortius hõ vtẽs rõne ſi per pctm̃ ſuũ a do-

A Confeſſio. Confeſſio apit portas eccleſie pctõri.

Universidad de Deusto
Biblioteca



mõ eccleſie ⁊ cõmunitate fideliũ receſſerit:
et in regionẽ longinquã peccati peregrina
tus fuerit/nũq̃ debet per obliuionẽ taliter
ꝑuerti:⁊ inter mũdi negotia taliter diuer-
ti:quin illuc reuerti ſciat ꝑ penitentiã. Eze
chiel.xviij. Et q̃re moriemini dom⁹ Iſrael:
reuertimini ⁊ viuite: videmus bruta dum
fuerint in locis periculoſis nũq̃ ibi velle re
uerti:ſed prius ſe ꝑmitterẽt laniari. Quare
igitur nõ timent peccatores a domo eccl'ie
recedere per peccatũ:⁊ viã vitiorũ iterũ in-
cedere:cui paratur mors eterna. vbi potue
rũt videre multos cecidiſſe ⁊ periſſe ⁊ nul-
lum vnq̃ per viã iſtã tute tranſiſſe: Exem-
plũ ad hoc recitat Cyrillus ĩ vita beati Hie
ronymi de nepote ſuo. Ait eñ nepos meus
Rufus noĩe ad me venit vtroq; orbat⁹ pa
rente:qui vtinã ex matris viſcerib⁹ nõ exiſ-
ſet. Qui pulcher corpore bonis morib⁹ ho-
neſtate ⁊ ꝓbitate ⁊ ſapiẽtie elegãtia a mul
tis colebatur:⁊ enutritus a pluribus quaſi
me⁹ ⁊ a me genitus putaret. Decimoocta-
uo ſue etatis anno expirauit:⁊ tantus fuit
luctus vt vix ad hoc mẽſis ſufficeret:nec ſa
tis fuit/ſed Hieronymũ rogaui vt ſcirẽ de
ſtatu ſuo. Orãti mihi die quodam hora no
na nares meas tãtus infundit fetor q̃ nul
latenus poterã tolerare. Admirãs ego vñ
tãtus fetor:ſupra meũ verticẽ eleuatis ocu
lis infelicem nepotẽ vidi terribilẽ:ita vt in
eũ viſum erigere nõ auderem. Catenis eñ
igneis circũligatus fornacis inſtar flãmas
fetidiſſimas erũpebat. Ad cui⁹ viſionẽ ſubi
to me tam vehemẽs horror apprehẽdit:vt
dũ pluries loqui vellem:formãdi vocẽ com
pos nullatenus eſſem. Reuerſus paululũ
aliquantula voce cepi querere tremebũde
ſi meus nepos eſſet. Ad hoc cũ vlulatu mul
to. Utinam (inquit) nunq̃ fuiſſem ne tam
diris cruciatibus eſſem deputatus. Cõple-
tis deinde multis colloquijs:queſiui cur di
uine miſericordie ſic fuiſſet expers: cum in
mundo tot polleret virtutibus. Pro nulla
(inquit) re me ſcias dãnatum: niſi quia in
ludis maxime delectabar: ⁊ quia in morte
poſtpoſui confiteri:⁊ ſic diſparuit. Quo ab
eunte tantus ibi remãſit fetor: vt locũ illũ
hactenus nullus audeat introire. Hec ille.
Ex quo apparet quãti periculi ſit ꝓ cõfeſſio
nem tardare regredi ad domũ eccleſie.

¶ Sermo.xx. De penitentia:⁊ de con-
feſſione.xiiij. per thema vt prius.

NOnnulli terga
uertunt huic itineri triũ die
rum in ſolitudine penitẽtie
inimici crucis chriſti ambu-
lãtes per loca herboſa volu
ptatis/ſed in termino vie malũ inueniunt
hoſpitiũ. De q̃bus in pſ. Inimici eius defe
cerũt framee in finẽ ⁊c. Inimici eñ domini
mox vt framea voluptatis percuſſi ſunt in
finẽ deficiũt. pſ. Inimici dñi mox vt hono-
rificati fuerint ⁊ exaltati/deficiẽtes queãd
modũ fumus deficiẽt. Framea eñ vt dicit
Iſidorus.xviij. Etymologiarũ gladius eſt
ex vtraq; parte acutus:per quã intelligun
tur cupiditates ⁊ voluptates q̃bus homo
ſe interemit:⁊ nũc ⁊ in futuro. Similes eñ
ſunt tales pueris qui cũ vident gladiũ ful-
gentẽ:acumẽ eius nõ conſiderãtes ſi detur
eis opportunitas ipſum ſibi applicãt:et ſic
ſeipſos ſauciant:⁊ cũ talia viderint lachry-
mantur niſi eis cõmunicẽtur. Sic in ipſis
cupiditatib⁹:⁊ voluptatib⁹ illicitis eſt qui-
dã fulgor alliciens ſed in fine acumine cor
hoĩes vulnerantur. Iob.xxj. Ducunt in bo
nis dies ſuos ⁊c. Et adhuc anteq̃ ꝑueniãt
ad pũctum illum eſt acumen ledens graui
pũctura ſcʒ remorſus cõſcientie. Eccl'e.iiij.
Riſus dolori miſcebitur. Hieronymus ad
Rufinum. Flos veneris roſa:ſub purpura
eius multi latent aculei. Inde eſt q̃ multi
fatui dũ vident iſtos gladios ſplẽdidos vo
luptatũ: ſolũ reſpiciũt ad ſplendorẽ nõ ad
acumen. Ideo [illegible]tim volunt eas ſibi appli
cari ad vite ⁊ a[illegible] periculũ: ⁊ ſi conſiderarẽt
quãta eſt eius acuties in fine:horrerẽt. Ro
ma.vj. Quem ergo fructũ habuiſtis in illis
in q̃bus nunc erube[illegible]tis: Nã finis illorum
mors eſt. Eccli.xxj. In fine illorum inferi ⁊
tenebre ⁊ pene. Sed per penitentiã dñs ci-
uitatẽ ⁊ habitaculũ diaboli deſtruit fundi-
tus. Ait Rabanus quaſdã vrbes a victori
bus ſale ſeminatas vt nullũ ibi terra ꝓfer
ret fructũ vt habet Iudith.ix. De ciuitate
quã deſtruxit Abimelech:⁊ ſparſit in ea ſal.
Sal eñ infertilitatẽ terre facit iuxta illud
pſ. Dedit terrã eorũ in ſalſuginem ⁊c. Sic
chriſtus poſtq̃ munitiones diaboli in pec-
catore deſtruxit vtputa malas cogitatiões
⁊ opa/vult eas aſperitate pnie reſpargere
vt nulla ibi pullulẽt germina vitiorꝫ. Sicut
enim ſal a putrefactione carnes deſiccãdo
preſeruat/ſic penitẽtia cõſumẽdo humorẽ

B Dies. Itineri triũ iſtorũ dierũ multi terga vertũt.



praue concupiſcẽtie ſpiritũ a malitia cuſto
dit. Hinc Leuit.ij. Iubetur in omni ſacrifi
cio offerri ſal. Et vt tributũ ſalis regi dño
perſoluamus in omni opere ⁊ ſacrificio no
ſtro illius ope fruamur que ſale penitentie
non indiguit innocentiam a principio con
ſeruans. Ipſa eſt Maria quam ſalutabi-
mus dicentes Aue.

A Confeſſio. Confeſſio debet eſſe ſpontanea.

¶ Nũc dicemus de ſeptima cõfeſſionis cõ-
ditione.ſ. q̃ ſit ſpõtanea cõfeſſio cũ dicitur
in auctoritate Pſ. prealleg a. Dixi confite-
bor. Cõfitebor ego ſupple ⁊ nõ alius. Un-
de Pſ. Ex voluntate mea cõfitebor illi. Et
iterũ Pſ. Uolũtarie ſacrificabo tibi:⁊ con
fitebor nomini tuo dñe q̃m bonũ eſt. Cañ.
v. Labia eius diſtillantia myrrhã primam
que ſpõte nõ per vim inciſionis egreditur:
vt nõ ſit cõfeſſio Achor:vel etiã furum que
vi extorquetur. Sicut qui vſq; ad mortem
vel vſq; ad finẽ quadrageſime expectãt:et
ſi nũq; veniret finis quadrageſime vel vi-
te/nũq; cõfiterẽtur. Dicũt eñ q̃ non ſunt
ſufficiẽter infirmi vt cõfiteãtur. Coacta au
tẽ ſeruitia nõ placẽt deo: nec veritas extor
ta vel cõuicta iuuat. Eſaie.xlij. Dic tu prior
iniquitates tuas nõ ſacerdos interrogãs/
nõ proximus vel fama accuſans. ¶ Signa
aũt ſpõtanee cõfeſſionis tria ſunt. Primo
q̃ñ pctõr cõfitetur humiliter et obẽdienter
ſine coactione. Scđo q̃ñ celeriter et ſine di-
latione. Tertio q̃ñ frequẽter cũ premedita
tione. Primum ergo ſignũ eſt dum humili
ter ⁊ obediẽter ſine coactione ꝯfitetur. Hu
militer aũt cõfitetur qui ſe peccatorẽ et mi
ſerũ corã deo vere ⁊ intrinſecus exiſtimat.
Unde et publicanus ꝓpter hmõi humilia
tionẽ iuſtificatus eſt. Pſ. Facta eſt Iudea
id eſt confeſſio ſancti[illegible]catio eius. Mat.xij.
Ex verbis tuis iuſtificaberis. In vitis pa-
trũ dicitur q̃ quidã frater rogabat abbatẽ
Ciſoy vt oraret ꝓ eo vt mẽs eius cum deo
eſſet. Ait ſenex. Nõ eſt magnũ hoc:ſʒ illud
magnũ eſt ſi te inferiorẽ iudicas eo qui ho
micida eſt:q: nullũ maius eſt homicidium
q̃ aĩam ſuã interficere per peccatũ. Hec ſo
la hoĩs iuſtitia eſt vt ſe ſemꝑ reprehendat:
et tũc iuſtificatur cũ ſe cõdẽnat. Pſ. Iuſti
ficeris in ſermonibus tuis:⁊ vincas diabo
lũ et exercitũ eius.ſ. peccatorꝫ cũ iudicaris
a te humiliter ⁊ deuote. Unde tãti vigoris
eſt hec humilitas in cõfeſſione ad ſe condẽ
nandũ/q̃ etiã humilitas exterior q̃nq; in-
teriorẽ generat. Multoties eñ cõtingit q̃

B Confeſſio. Tria ſigna ſpõtanee confeſſionis.

ficte accedẽti gratia cõfertur virtute ſacra
mẽti:hinc ⁊ Gabaonite fingẽtes humilita
tẽ corã Ioſue/filijs Iſrael adiungi per fe-
dus meruerũt. ¶ Scđm ſignum eſt q̃ñ hoc
ſit celeriter et ſine dilatione. Eſa.xxxviij. Ui
uens viuẽs ipſe cõfitebitur tibi ſicut ⁊ ego
hodie. Hinc Dauid dicebat. Preoccupem⁹
faciẽ eius in cõfeſſione. Dicat penitẽs. Nõ
expectemus q̃ veniat dñs ad nos queren-
dũ:vel faciat nos citari. Sicut illi qui non
cõfitẽtur niſi coacti precepto eccleſie ⁊ dif-
ferũt vſq; ad paſca. Tales volũt vltimo fa
cere quod dñs vult primo fieri:ſicut lauan
tur man⁹ ante prãdiũ:ſic in principio qua-
drageſime ante refectionẽ anime ꝑ ieiuniũ
et bona opera. Cito enim euomitur ſerpẽs
prebibitus vel venenũ mortiferũ. Impatiẽ
tes eñ ſunt portitores quãdo ſentiunt on⁹
graue ſuper ſe:et ſciunt q̃ male ſoluentur.
Tunc quippe cito proijciunt illud in terrã.
¶ Multiplex vero aſſignari põt rõ quare
cõfeſſio feſtinari debet. Prima eſt conſuetu
do mali. Sicut gutta inoſſata ⁊ morb⁹ in-
ueteratus cũ difficultate ſanãtur:⁊ os recẽ
ter fractũ facilius reparatur q̃ diutius ne
glectũ. Qui eñ haberet onus ſuper collum
qđ ſemper creſceret:feſtinaret cito depone
re anteq; pondere nimio hominẽ deprime
ret. Poeta. Principijs obſta:ſero medicina
paratur. Cũ mala perlõgas inualuere mo
ras. pſ. Iniquitates mee ſupergreſſe ſunt
caput meũ. Citius curatur plaga recens ⁊
calida q̃ infrigidata et indurata:et ita be-
ne curatur calida q̃ ſepe non apparet cica
trix: ſed nõ ita quãdo infrigidatur et indu
ratur. Anima eñ aſſueta peccare vix cura-
ri põt quin ſemꝑ aliquid maneat vel in co
gitatione:vel delectatiõe:vel opere:vel in-
clinatione. vt patet in vſurarijs qui quãdo
pro viginti reſtituũt decẽ petũt ſibi quitta
ri reſiduum. Canis eñ q̃cito ſe leſum ſen-
tit:ibi linguã applicat. Qui haberet ſagit-
tam in corpore:non differret vſq; in craſti-
num extrahere. ¶ Secũda ratio eſt facilis
ruina in peccatũ. Lignũ eñ qđ fuit in igne
citius reaccenditur quãdo nõ eſt adhuc re-
frigeratũ. Sic cito recidiuat qui confeſſio-
ne et ſatiſfactione purgat⁹ nõ eſt. Et q: in-
firmitas recidiuãtis:vel in ſecũdã aut ter-
tiam infirmitatẽ decidẽtis perículoſior eſt
q̃ ante:ideo tales ſunt debiliores: ⁊ ꝑ con
ſequẽs ad reſurgendũ imbecilliores:⁊ ſiũt
nouiſſima illorũ peiora prioribus. Poeta.

C Confeſſio. Multiplex rõ q̃re confeſſio debʒ eſſe velox.

Universidad de Deusto Biblioteca

Qui hodie non eſt hodie: cras minus aptus erit.
Et ſicut mulier ſemel a leccatore ſuo oppreſ-
ſa: poſtea ei nō reſiſtit: ſed de facili eū vbiq̄
ſequitur: ſic homo victus a diabolo quādo
cadit in peccatū nec ad remediū feſtinat: ci-
to cadit in alia: et facit diabolus declinatio-
nē ſuā per oēs caſus. Caſus eñ a cadendo
dicitur. Unde quādo puer venit Pariſius
innocēs adhuc ſtat in recto: ſed per malam
ſocietatē cadit in obliquū. Et primo in pec-
catū luxurie quaſi in genitiuū: et tūc dādo
meretricibus conſumit pecuniam ſuā vnde
debet viuere: ⁊ ſic cadit in datiuum: ſicut fi-
lius prodigus. Luc. xv. Cadit cōſequēter
in accuſatiuū accuſando et diffamando bo-
nos: inuidēdo fame alioꝝ: volēs oēs alios
eſſe leproſos ſicut ille eſt. Poſtea vocādo et
trahēdo alios in peccatum cadit in vocati-
uū: vltimo cadit in ablatiuū: q̄ tales poſt-
ea fiūt fures et predones. De tali poteſt di-
ci illud Ps̄. Declinauerunt in te mala. Nec
mirū ſi talis ſic in varia pctā declinat. quia
Job. xviij. Immiſit in rete pedes eius: ⁊ in
maculis ambulat. Qui aūt ī rete pedes im-
mittit: quo magis ambulat eo magis ſe ī-
plicat. Sic qui in peccatis aliquādiu cōmo-
ratur. Eccſ. viij. Neq̄ permaneas in ope-
re malo. Opus eñ malū laqueus eſt aucu-
pis diaboli: in quo ſi te inuenerit / te capiet
et deuorabit. Niſi ergo te ſtatim de laqueo
explicaueris: preda et cibus diaboli efficie-
ris. Eius eñ quicquid in laqueos eius inci-
derit: ⁊ ſic qui in eis permanet nō expectat
ab eis deprehēdi. Et hoc apparet in illis q̄
modicū habent fidei: et ſunt in conſcientia
peccati. Non eñ poſſunt ſecure dormire et
ſemper ſunt in tremore nocte et die: et fiūt
melācholici. Nec mirū: q̄ ſtat in directo ar-
cus diuini iudicij. Quid ergo expectāt: niſi
vt trāſfigat ſagittator iecur eoꝝ? Quomo-
do ergo ſtare pñt ſecuri? Ideo in Ps̄. dictū
eſt. Fugiāt a facie arcus. Et Job. xx. Fugi-
et a facie gladij. Multi eñ ſunt putei bitu-
minis ī valle ſylueſtri. Geñ. xiiij. id eſt mul-
ti laquei diaboli velut bitumen detinētes
hominē in ſtatu peccati: vel ſaltē deplumā-
tes vires eius: ⁊ quaſi eneruantes: ⁊ in de-
ſerto ſeculi multi ſunt ſerpētes igniti. Nu-
me. xxi. ¶ Tertia rō eſt mors latens. Eccſi.
xviij. Ante mortem cōfitere: quia a mortuo
quaſi nihil perit confeſſio. Viuus et ſanus
confiteberis. Iſidorus. Feſtinare debet ad
deū vnuſquiſq̄ dum poteſt: ne ſi dū poteſt

De Scholaris. Quō ſcholares Pariſ⁹ venientes quādo-q̄ declināt per omnes caſus.

noluerit: cū tarde voluerit oīno nō poſſit.
Exēplum de Judeo qui cecidit in latrinam
die ſabbati: ⁊ cū vellent chriſtiani eum ex-
trahere noluit: q̄ ſabbatū ſuū erat. In cra-
ſtino dū clamaret et rogaret vt extrahere-
tur: noluerūt chriſtiani: q̄ feſtum eoꝝ erat.
Ideo quia peccatoribus nūc eſt requies et
ſabbatum: nolūt extrahi a latrina peccati:
ſed quādo in morte voluerint / vix poterūt.
Augu. Hac animaduerſione percutiꝭ pec-
cator vt moriēs obliuiſcatur ſui qui dū vi-
ueret oblitus eſt dei. Exēplum de quodam
qui in ſanitate poſit⁹ penitere nolebat. Cū
autem graui infirmitate laboraret ⁊ ſe ſen-
tiret vicinū morti / cepit clamare. Cōtritio /
cōtritio vbi es. et in tali clamore mortuus:
gratiā contritionis ⁊ confeſſionis non ha-
buit. Augu. Latet vltimus dies: vt velut
vltimus obſeruētur omnes. Ideo bene ca-
nit eccleſia in quadrageſima. Emēdemus
in melius q̄ ignorāter peccauimus: ne ſubi-
to preoccupati die mortis queramus ſpa-
tium penitentie et inuenire non poſſimus.
Nullus eñ prece: vel precio: vel allegatio-
ne aliqua poteſt mortē impedire quin ve-
niat. Inexorabilis enim eſt. Pro toto mun-
do non daret vnum diem: aut horam indu-
ciarum. ¶ Quarta ratio eſt anxietas morbi
quia ſm Grego. cum egritudine opprime-
ris: nihil aliud cogitare poteris: q̄ ibi diri-
gitur tota intētio mentis / vbi ſentitur vis
doloris. Ideo Eccli. xviij. Ante languorem
adhibe medicinam: et ante iudiciū interro-
ga teipſum. Sicut nauta quando habet tē-
pus ſerenum et bonū ventū in mane: ſtul-
tus eſſet ſi expectaret vſq̄ ad veſperā quā-
do tēpeſtas veniret. Sic in ſanitate tēpus
eſt idoneum ad confitendū ⁊ penitendū: in
infirmitate vero tēpeſtuoſum. Eccli. xviij.
A mane vſq̄ ad veſperā immutabitur tē-
pus. Cum eñ domus cōburitur ſtatim cla-
matur ad ignē. Sic domū conſciētie ſue ac-
cenſam febre peccati cito reuelet per cōfeſ-
ſionē: neq̄ eñ poteſt ignis extingui niſi la-
chrymoſa cōfeſſione. Et mirū eſt quomodo
bruta querunt cito remedia ſanitatis con-
tra egritudines: ⁊ hō remedia ſanitatis cō-
temnit? Unde Tertul. lib. de penitētia. Cer-
uus ſagitta trāſfixus vt ferrum de vulne-
re expellat ſcit ſibi diptamū medēdum. Hi-
rūdo ſi excecati ſunt pulli nouit illos ocula-
re rurſus de ſua celidonia. et peccator ꝑ re-
ſtituenda ſibi iuſtitia a dn̄o cōfeſſionē pre-



teribit: illam que Babylonium regē in re-
gnum reſtituit. Hec ille. Agnus etiam ba-
latu recognoſcit matrē: et homo nō agno-
ſcit matrem ſuam eccleſiam: que mille mili-
bus linguarum pro ſe orat: et pro recōcilia-
tione ſua ad deū clamare nō ceſſat. Et leo
eger ſimiā deuorat vt ſanetur. Urſus eger
formicas comedit. Vulpes lachryma arbo-
ris que dicitur pin⁹ ſibi medetur: et homo
brutis pigrior de remedio ſue ſalutis non
ſibi cito prouidet. In vitis patrū cum dice-
ret cuidam ſua cogitatio cras penitere. Re-
ſpondebat ei. Non cras: quia craſtina dies
nō eſt noſtra: ſed hodierna preſens ad hoc
nobis data eſt. Cras dei volūtas fiet. Pro-
uerb. xxi. Vidiſti hominē velocem in opere
ſuo: corā regibus ſtabit. Si quis ſciret quo
tēpore exiret a preſenti ſeculo: ſe parare ꝑ
confeſſionē non differret. Sed qui promit-
tit veniam penitēti diem craſtinū non ſpo-
pondit. De latrone dicit Augu. q̄ cito con-
uertitur cito ei ignoſcitur. Ps̄. Cito antici-
pent nos miſericordie tue: q̄ pauperes fa-
cti ſumus nimis ſpoliati ꝑ pctm̄. ¶ Quin-
ta ratio eſt miſera captiuitas: quia tunc eſt
pctōr in carcere peccati: in ore diaboli: leo-
nis: lupi: et draconis infernalis: in vētre ce-
ti: a quibus liberatur anteq̄ abſorbeaꝭ ve-
loci clamore ꝯfeſſiōis. Clamat canis: ouis:
porcus: cum ſe vident in ore lupi: vt per pa-
ſtoꝝ occurſum eruantur: magis fatuus eſt
peccator qui cito nō clamat per cōfeſſionē.
Auis eñ capta in caueola / licet habeat co-
piam cibi et potus: non tamen quieſcit: nec
ceſſat querere foramē per quod poſſit euo-
lare: quia contra ſuam libertatem ibi reclu-
ditur. Quid autē magis cōtra hominis li-
bertatē q̄ captiuari peccato? Jo. viij. Qui
facit peccatum ſeruus eſt peccati. Propter
quod quācūq̄ copiam habeat peccator ci-
bi et potus et alioꝝ tēporalium: nō debet
ceſſare querere vias quomodo exeat capti-
uitatē peccati. Sed tamē in aliquo aſſimi-
lātur peccatores aui in caueola: q̄ licet cū
primo capitur triſtetur per aliquot dies. et
ſic nō comedat aut cātet: poſtea tamē obli-
uiſcitur: et inueniēs ſe iuxta cibum ⁊ potū
incipit cantare: nec curat exire de caueola.
Sic quidā cū primo ſe vidēt in carcere pec-
cati dolent de perditione letitie ſpūs: quia
tamen abūdant in tēporalibus obliuiſcun-
tur miſeriā ſui ſtat⁹. ¶ Sexta ratio eſt inue-
teratus pudor fatendi. Vulgo dicitur: non

eſt tantum dedecus cadere in lutū: ſicut ibi
diutius iacere et remanere. Peccatū maxi-
mū eſt immūditia: a qua ſicut a latrina de-
bet cito iacēs ſurgere. Qui eñ cadit in pec-
catū nec cito ſurgit: videtur de ſe minus cu-
rare q̄ de aliquo ſuoꝝ. Si ſua aſina in lu-
tū cadat: ſtatim releuat. Si manus habeat
immūdas ſtatim vult lauare: ⁊ faciē et ſo-
tulares ſuos lutoſos cito abſtergere: ⁊ ani-
mā ſuā dimittit in fetore peccati putreſce-
re. De q̄bus Augu. Dic obſecro quid eſt q̄
vis habere immūdum? Nihil omnino: nec
domū: nec ſeruum: non ancillā: et vis habe-
re animā immundā? Rogo te prepone ani-
mā tuā caligę tue. Et ſicut cū quis veneno-
ſum comedit / ſtatim in eo cor dolet et euo-
mit: vt comedendo muſcā cor abominaꝭ in
eo q̄ habet naturā bn̄ diſpoſitā: ſic pctm̄ in
corde penitētis cito debet euomi. Sed qui-
dā aſſimilātur puelle de qua recitat Philo-
ſophus q̄ fuerat nutrita veneno: ⁊ ita ha-
bebat naturā deprauatā q̄ plus deſidera-
bat cibū venenoſum q̄ ſanū. Sic multi ita
diu nutriti ſunt in peccatis q̄ plus delectā-
tur in peccato q̄ in bono. De quibus Pro-
uerb. j. Letantur cū malefecerint. Feſtinat
autem infirmus pro medico mittere. Ps̄.
Multiplicate ſunt infirmitates eoꝝ ⁊c. Fe-
ſtinat quis maculas ī facie tergere q̄ eſt in
preſentia multorū: et ſordes cadētes ſuper
veſtes qn̄ ſedet in mēſa: ⁊ non curamus de
cōſciētie munditia. Unde ſi rex feciſſet edi-
ctum q̄ qui nō eſſet cōfeſſus prima hebdo-
mada. xl. amitteret. xx. ſolidos: pauci eſſent
qui tūc nō confiterētur: et tamē hoc nō fa-
ciūt timore amiſſionis oīm bonoꝝ et regni
celoꝝ. Ambro. Aurū tibi offertur: nō dicis
mihi cras veniam: ſed ſtatim exigis: nemo
differt: nemo excuſat. Redēptio anime ꝓ-
mittitur: et nemo feſtinat. Unde cōgrue di-
cit regula iuris. vj. decretalium. Qui prior
eſt tempore potior eſt iure. Ideo ſignanter
dicitur Jo. v. Quicumq̄ prior deſcendebat
ſaluus fiebat: a quacumq̄ detinebatur in-
firmitate. ¶ Septima ratio eſt multorum
peccatorum obliuio. Sicut enim dilata cō-
putatio multa facit obliuiſci: ſic dilata con-
feſſio multa peccata: cum tamē habeamus
emulum noſtrum diabolum qui ecōtrario
omnia ſcribit nec omittit: nec diem: nec ho-
ram: nec perſonam: nec cauſam que poſſit
aggrauare: et ſi non computemus iſta ac-
cuſat nos de latrocinio. Sed ſi compu-

Univerſidad de Deu
Bibl



tamus fideliter/cõfunditur vt calũniato:
q: ſicut per crucẽ dñi ita per crucẽ peniten⸗
tie noſtre euacuamus chirographum eius.
Col.ij. Chirographũ decreti qð erat cõtra
riũ nobis tulit de medio affigens illud cru
ci. Sic⁊ nos cruci penitẽtie. ¶ Tertiũ ſignũ
cõfeſſionis ſpontanee eſt frequẽtare ipſum
cõfeſſionis ſacramentũ. Operatio eñi quã
to magis volũtaria tanto magis reiteraꝛ.
Sic faciebat Dauid dicẽs. Confitebimur ti
bi deus cõfitebimur: quaſi diceret. Nõ ſuf⸗
ficit mihi ſemel confiteri: ſed id pluries vo⸗
lo. Ideo alibi dicit. Cõfitebor dño nimis in
ore meo. i. pluſq̃ alij vel valde frequenter.
Nec valet dicere ꝙ forte verteretur ĩ tediũ
cõfeſſoribus. Utinã multi eſſent q̃ ſepe cõ⸗
fitendo nõ dimitterent cõfeſſores ſuos in
pace. De facili boni cõfeſſores talibꝰ indul⸗
gerẽt quãdo fatigarent eos. Qui autẽ diu
remanſerũt in peccatis: ⁊ ex inueterata cõ⸗
ſuetudine ſepius cadũt q̃ alij: tales magis
indigẽt frequentare. Sicut pãnus qui ſep⸗
ſordidaꝛ ſepe debet lauari: ⁊ q̃ ſepe cadit ſe
pe ſurgere dꝫ. In vitis pa. abbas Siſoy di
xit cuidã cõquerẽti de frequenti lapſu. Si
cecidiſti ſurge: ſi nõ ceſſes cadere nõ ceſſes
ſurgere: q: vbi inuẽtus fueris ibi iudicabe
ris. Nauis eñi ſepe haurit qñ ibi ſepe ĩtrat
aqua. Dicit ſecũdo: ꝙ ſancte perſone q̃ ſuã
animã frequẽter candidãt confitẽdo: ibi ſta
tim vnũ modicum defectũ vidẽt ⁊ magnũ
exiſtimant: ſicut cito apparet macula in pã
no albiſſimo: ⁊ in radijs ſolaribus feneſtrã
intrãtibus apparent etiã minuta athoma
lia. Et ideo nõ eſt mirũ ſi tales multũ ſolici
tant cõfeſſores. In quo prudentes eſſe de⸗
bẽt confeſſores ne eos a ſua deuotione de⸗
ſtituant. Multe tamẽ perſone ſunt ad op⸗
poſitũ que nec etiã maximos defectꝰ perci⸗
piunt. Ideo ſignũ eſt ꝙ eorũ anima nõ eſt
candida ſed nigra: q: nunq̃ꝫ candidum diu
ſtat prope ignẽ quin propter fumũ nigre⸗
ſcat. Uñ de Nazareis qui primo erãt cãdi⸗
diores niue: dicit poſtea. Threñ. iiij. Q: de⸗
nigrata eſt ſuꝑ carbones facies eoꝝ. Pecca
tũ eñi carboni cõparatur: q: ſicut carbo ſu⸗
per terrã faciliter frangit ⁊ redigit in pul⸗
uerẽ: ⁊ infra terrã eſt maxime durationis/
ꝓpter quod ſolet in fundamẽtis edificioꝝ
reponi: ſic peccatũ q̃ diu homo eſt ſuꝑ ter⸗
ram faciliter in nihilũ redigitur: ſed cũ erit
ſub terra in inferno in eternũ durabit. Di⸗
citur tertio cũ de Gerſono ꝙ põt fieri ꝙ cõ
feſſio crebra de venialibus obſit de peracci
dens: q: reddit animã plus iu[s]to ſolicitam
et pauidã: ⁊ oñia etiã tuta timentẽ: vt etiã
de ipſa imperfectione confeſſionis trepidet
et vrgeatur cõfiteri. Et ſic ſue pelli iugiter
timendo habẽt tales deum nimis de ſeue⸗
ritate ſuſpectũ: ⁊ ſemꝑ recurua erit aĩa ad
ſuũ commodũ: nec vnq̃ꝫ pace fruet. Ideo
ſuper hoc debent confeſſores diſcrete proui
dere vt poſtea dicetur.

¶ Sermo. xxj. De penitentia: ⁊ de cõfeſſio
ne. xv. per thema vt prius.

N Eceſſe eſt pecca
tores exire ab Egypto pecca
ti: vt oppreſſi ⁊ pauperes ex⸗
eunt terras ⁊ dominiũ tyrã
norũ. Irridebãt eñi ⁊ oppri⸗
mebãt populũ dñi Egyptij: ꝓpter quod il
le populus velociter exijt. Tanta quidẽ eſt
miſeria ⁊ afflictio in pctõ ꝙ oñes deberẽt
exire de eo: ſicut ſtimulus aſinũ cogit exire
de luto. Michee. ij. Surgite ⁊ ite: nõ habe⸗
tis hic requiẽ. Eſt eñi peccatũ limus ⁊ lutũ:
limus ꝓfundiſſimus in quo immergit ho⸗
mo. pſ. Infixus ſum in limo ꝓfundi ⁊ nõ
eſt ſubſtantia. Sicut eñi limus ex concurſu
terre ⁊ aque/ſic peccatũ ex carne et lubrica
voluntate naſcitur. Et ſicut limus inficit et
ambulantẽ nõ ſuſtinet: retinet tñ labentẽ:
ſic peccatũ hoĩem inficit: ⁊ ruere de pctõ in
peccatũ facit: nec ſuſtinet hoĩs greſſum ſed
permittit deſcẽdere in inferni abyſſum: de⸗
tinet tñ lapſu[m]: q: hoĩem viſco praue con⸗
ſuetudinis detentũ nõ ſinit exire praue ob
ſtinationis profundũ. Nec eſt ſubſtantia in
pctõ: q: nec ſuſtinet labentẽ: ⁊ hoĩs demol
litur ſubſtantiã: ⁊ a[b] hoĩe remouet ſummi
boni ſubſiſtentiã. Ideo ſicut q̃ cecidit in lu⸗
tũ aut latrinã cito exit ⁊ currit ad aquã vt
lauetur: ſic q̃ cecidit in pctm̃ ad penitẽtiam
vt mũdetur. Mat. iij. Exibat ad Ioannem
oĩs Iſrael ⁊ oĩs Iudea: ⁊ oñis regio trãs
Iordanẽ vt baptizarent ab eo confitentes
peccata ſua. Sicut eñi pannus lauat aque
ablutione: baculi percuſſione: manuũ cõcul
ſione: ſic aĩa in afflictiõe penitẽtie ⁊ lachry⸗
marũ effuſione. Sed vt dr Tob. vj. Tobias
qui interpretat ductꝰ ad luctũ/exiuit vt la
uaret pedes ſuos: ⁊ ecce piſcis imanis exi⸗
uit ad deuorandũ illũ. Sic diabolus vidẽs
hominẽ exire de peccato ſtatim inſequitur
eũ. Sed ſicut nube tãq̃ muro ſe opponẽte

C
Pctm̃ ⁊
Pctm̃
eſt limꝰ
⁊ lutũ.

B
Confeſ
ſio.
De fre⸗
quẽtia
ſacra⸗
mẽti cõ
feſſiõis



dñs ſubm[er]ſit Pharaonẽ cũ exercitu ſuo
in aquis v[a]lidis: ita Maria ſe faciẽte mu
rum ꝓ peccatoribꝰ dñs diabolum interi⸗
met cum ſuo exercitu vitioꝝ in aquis vali
dis lachrymarũ ⁊ gratiarũ: quas vt eius
medio impetrare poſſimꝰ: dicemus. Aue.
¶ Quia dictũ eſt in ꝑcedẽti ſermone ꝙ ſi⸗
gnum ſpontanee ꝯfeſſionis eſt frequẽtare
ipſius ſacramẽtũ: nũc dicemꝰ quinq̃ꝫ cau⸗
ſas propter quas frequẽtanda eſt ipſa cõ
feſſio. Prima igitur ratio eſt ſecuritas: q:
aliqñ accidit ꝙ prima ꝯfeſſio non fuit ve⸗
ra: q: confitẽs nõ erat vere penitẽs ſed ſe
cũda vel tertia. Multe pite valẽt obolos:
et multi oboli denarios. Q: eĩ ſepe humi⸗
liatur quis in ꝯfeſſione dat ſibi gratia cõ
feſſionis vere. Uñ accidit ꝙ aliqui ſine vera
contritiõe veniãt ad ꝯfeſſionẽ qui tñ rece
dunt vere ꝯtriti virtute confeſſiõis. Exem
plum ad hoc datur ꝙ cũ quidã miles con
feſſus fuiſſet pctã ſua cuidã diſcreto con⸗
feſſori: nec vellet ea relinq̃re: obtinuit con
feſſor ꝙ ex quo nolebat pacẽ plenariã cuꝫ
deo facere ꝙ faltẽ daret ei treugã vſq̃ꝫ ad
q̃ndenã: ⁊ tũc rediret ad ꝯfeſſionẽ: ⁊ cũ fe
ciſſet inuenit eũ magis elõgatũ a mala vo
lũtate: nec tñ adhuc ꝓponebat oĩno ceſſa
re. Tunc iterũ ad inſtantiã ꝯfeſſoris dedit
deo treugas vniꝰ mẽſis: ⁊ ꝙ iterũ rediret
ad cõfeſſionẽ: tertio dedit treugas vnius
anni: ⁊ ad vltimũ virtute ꝯfeſſiõis frequẽ
tate dedit pacẽ plenariã deo firmiter pro
ponẽs abſtinere. Et ſic qui primo nõ fuit
vere penitẽs frequẽtando ꝯfeſſionẽ factꝰ
eſt vere penitẽs. Cor enĩ durũ pctõris qð
prima vice nõ emollitur: iterata ꝯfeſſione
ad lachrymas ſepe ꝓuocatur. In cuius fi
gura Numeri. xx. Eleuãs Moyſes manuꝫ
percuſſit bis ſilicẽ: ⁊ egreſſe ſunt aque lar
giſſime. Et Iudith. xiij. Percuſſit bis cer⸗
uicem Holofernis: et abſcidit caput eius.
Similiter aliqñ nõ eſt vera cõfeſſio quan
do pctõr nõ integre confiteꝛ de omnibus
de quibus recolere poſſet ſi debitã diligẽ⸗
tiam adhiberet: ⁊ talẽ diligẽtiam facit fre
quẽtia confeſſionis. nam ſicut diſpẽſator
domus ſepe computat ꝑ lapillos quouſq̃ꝫ
perueniat ad certum computum ſuum: et
ſepe accidit ꝙ in prima computatione vel
ſecunda non inuenit totũ computũ ſuũ: ⁊
in tertia vel quarta inuenit totum compu
tum ꝑfectũ: ſic accidit frequẽtando cõpu⸗
tum confeſſionis. Dicit enĩ confeſſio cõpu
tus: q: ſicut diſpẽſator oẽs expẽſas cõpu⸗
tat ⁊ ſcribit/⁊ inde rationẽ dño reddit: ſic
oĩa bona nature: gratie: ⁊ fortune ſub nu⸗
mero pondere ⁊ mẽſura ſunt homini com
miſſa/⁊ ſub numero reddẽda. Ideo dicit
Eccli. xlij. Quecũq̃ꝫ trades enumera ⁊ ap
pende: datũ vero ⁊ acceptũ ꝯſcribe. ¶ Se
cundo frequẽtanda eſt propter ſapiẽtiam
acquirendam: q: ſicut ſcholaris ad hoc ꝙ
fiat doctus et ſapiẽs clericus in facultate
ſua non ſufficit ꝙ ſemel in anno vadat ad
ſcholas: ſed opꝫ eã frequẽtare ⁊ diligẽter
ſtudere: ſic qui frequẽtat ſcholas cõfeſſio⸗
nis debet melior chriſtianus reputari. Nõ
enim Pariſius reputaꝛ ſcholaris qui non
vadit ad ſcholas ter vel quater in hebdo⸗
mada. Quomõ ergo reputabiꝛ verꝰ ſcho⸗
laris fidei: qui non vadit ad ſcholas ꝯfeſ⸗
ſionis in anno niſi ſemel vel bis: vel q̃ mul
ta omittendo/tantũmodo in groſſo dicit
peccata ſua? Non mirũ ſi tales nõ reputet
ſuos ſcholares qui dicit. Uos vocatis me
magiſter ⁊ dñe. Sũ eteni: immo dicet eis
ſemel. Neſcio vos eſſe ſcholares meos. Nõ
enim vidi vos in ſcholis meis niſi ſemel in
anno. Uerus ſcholaris erat Dauid qui di⸗
cebat. Meditabar nocte cum corde meo.
Quaſi diceret: nõ ſufficit mihi dies ad ſtu
dendũ in libro conſciẽtie. Ideo alibi dicit.
Media nocte ſurgebam ad confitendum
tibi: ſicut ſolẽt facere boni ſcholares q̃ ſur
gũt de nocte. Et ſequitur. ⁊ exercitabar. i.
frequẽtabam exercitiũ. Multum eĩ quis
exercitari debet in iſta ſciẽtia. Primo quia
pre ceteris ſciẽtijs eſt vtilior: q: ſicut vide
mus ꝙ multi prediligunt ſciẽtias lucrati
uas ꝑ quas poſſunt ditari vt leges: decre⸗
ta: ⁊ medicinam: ⁊ dimittũt theologiam/
et alias ſciẽtias nobiliores: eo ꝙ ſcientie
ille multũ vtiles ſunt. Hec autẽ ſciẽtia eſt
maxime lucratiua. Patet exemplo: quia ſi
eſſet quidam magiſter qui daret cuilibet
ſuorum ſcholariũ bonã prebẽdam cathe⸗
dralem vbicũq̃ꝫ vellet eligere: immo digni
tatem ⁊ ꝑſonatũ magnũ multos haberet
ſcholares: nec locꝰ eos poſſet cape: ⁊ eſſet
maxĩa preſſura: ⁊ alij magiſtri quãtũcũq̃ꝫ
ꝓbi eſſent bñ poſſẽt viellas ſuas ſub bãco
ponere: q: nullos haberent auditores. Ta
lis eſt magiſter chriſtus qui cõfert bonis
ſcholaribus ſuis ⁊ ſolum talibꝰ optimas
prebendas. Primo prebẽdam gratie que
preualet oĩbus prebendis mũdi: et poſtea

B
Confeſ
ſio.
Propꝛ
quinq̃ꝫ
frequẽ
tãda ẽ
ꝯfeſſio

B
Confeſ
ſio.
Nõ eſt
bonus
ſchola⸗
ris chri
ſti q̃ nõ
niſi ſe⸗
mel va
dit ad
ꝯfeſſio
nẽ ĩ an
no.

C
Confeſ
ſio.
Scien⸗
tia ꝯfi⸗
tendi ꝑ
ceteris
eſt vti⸗
lior.

Universidad de Deusto Biblioteca

dabit prebẽdam glorie.ps. Gratiã ⁊ glo-
riam dabit dñs. Eſt enim ſummus ponti
fex. Heb.xij. Chriſtus aſſiſtẽs pontifex fu
turorũ bonoꝝ. Nec facit eos diu expecta-
re ſed eis cõfert prima die prebẽdam gra
tie: qua intrant ſcholas ſuas confeſſionis
vbi legit. Sed prebẽdam glorie illis tan-
tũmodo dabit qui ſcholares ſui pſeueran
do fuerint. Mat.x. Qui perſeuerauerit vſ
qꝫ in finẽ: hic ſaluus erit. Vñ Rom.x. Cor
de creditur ad iuſtitiã: ore aũt confeſſio fit
ad salute. Vult ei probare ſcholares ſuos
quomodo ſe habeant ad prebendã gratie
hic collate. Contra multos prelatos q̃ nõ
probatos etiã in paruis promouẽt ad ma
gna. Sed dominus dixit pſeueranti. Eu-
ge ſerue bone et fidelis: quia ſuper pauca
fuiſti fidelis: ſupra multa te conſtituam.
Quaſi diceret. Bene te habuiſti hic in pre-
benda gratie tibi collate/ ideo accipe pre-
bendã glorie. Faciamus ergo ſicut pueri:
quia vnus videns aliũ grauiter verberari
quia lectionẽ ſuã neſcit: librũ ſuũ reſpicit ⁊
lectionẽ ſuã repetit. ps. Meditatio cordis
mei in conſpectu tuo ſemp. Secũdo quia
eſt honorabilior. Patet exẽplo. Si omnes
magiſtri in artibus: decretis: medicina: le
gibus: ⁊ theologia eſſent ſimul ꝯgregati:
ille qui corã oĩbus alijs obmuteſcentibus
ſapientius reſponderet: magis honoran-
dus eſſet ⁊ melior clericus reputaret. Sꝫ
iſte qui frequẽtius vadit ad ſcholas con-
feſſionis ⁊ diligentius ſtudet in libro con-
ſcientie ſue melius reſpondebit in die iudi
cij in illa examinatione vbi erit congrega
tio generalis non ſolũ omniũ magiſtrorũ
Pariſieñ. ſed totius mundi ⁊ paradiſi: ſci
licet illoꝝ magiſtroꝝ: ſapientum: patriar-
charum: prophetarũ: apoſtolorũ ⁊ aliorũ
omnium: ergo magis honorabit per iſtaꝫ
ſcientiam ꝙ per alias alij magni clerici.

E — Erat⁹. Erati vix fre-quẽtãt ſacra-mentũ confeſ-ſionis.

¶ Sꝫ maxima tũc erit deriſio multis ma-
gnis magiſtris ⁊ aduocatis qui modo no
lunt ſtudere in iſta ſciẽtia: nec frequẽtare
ſcholas iſtas niſi ſemel in anno curſorie: q̃
tunc neſcient reſpondere ſed obmuteſcent
tãꝙ concluſi ⁊ ducti ad metam redargu-
tiõis: vbi vnus ſimplex religioſus vel mu
liercula bene reſpondebit. De talibus. ps.
Qui habitat in celis irridebit eos. Augu.
Errat quiſquis ſe veritatẽ agnoſcere pu-
tãs ſi adhuc nequiter viuat. Loca autem
plana meli⁹ ſcopũtur: ſic ſimplices meli⁹
confitentur ꝙ literati: ⁊ quãte vellis ſub-
tilior: tanto difficilior ad excoriandũ. Sic
ſubtiliores ingenio difficiliores ſunt ad ex
uẽdum veterẽ hominẽ cum actibus ſuis: ⁊
caput animalis difficilius excoriatꝰ ꝙ cete
ra mẽbra. Sic literati laborantes capite:
difficilius veterẽ pellẽ derelinquũt in cõ
feſſione. Et ſicut anguilla propter lubricã
pellem vix teneri poteſt vt excorietꝰ: ſic cle-
rici lubrici ⁊ mobiles vix poſſunt in cõfeſ
ſione excoriari. In cuius rei figura Moy
ſes quando de animalibus immundis tra
ctabat per que hominũ immunditiã deſi-
gnabat/ contra auiũ immunditiã diligen
tior fuit. Plures enim aues immũdas ꝙ
piſces vel beſtias numerauit. Deuterono-
mij.xiiij. Immunditia eñi auiũ immundi
tiam deſignat literatorũ: beſtiarũ autem
et piſcium laicorũ. Apparet igiť ex hoc pi
culũ eorũ qui ita timent redargui in ſcho
lis: ⁊ non timent facere ꝯtra mandata dei
et regulas eius. Berñ. Magis pudet cle-
ricos dicere contra donatum ꝙ cõtra deũ
Augu. Curioſum genus humanum ad co
gnoſcendũ vitã alienaꝫ: ſed valde deſidio
ſum ad corrigendũ vitam propriã. Falla-
tie autem diaboli magis timende ſunt ꝙ
fallatie Ariſtote. ⁊ maius erit dedec⁹ ſi cõ
cludatur a diabolo ꝙ p fallatias Ariſto-
te. ſi concludaťꝰ ꝙ ſit aſinus: quia propter
hoc ſi concludaťꝰ ꝙ ſit aſinus nihil mutaťꝰ
in re: nec ꝑpter hoc habet magnas aures.
Sed ſi diabolus aliquid concludit per lu
xuriã efficitur porcus: ⁊ per ſuperbiã leo.
Berñ. Sicut ſupbia fecit de angelo diabo
lum: ita luxuria de homine porcũ. Tertio
iſta ſciẽtia libri conſciẽtie eſt ſubtilior. Ait
enim Dam. ꝙ conſciẽtia eſt qua ſcit vnuſ-
quiſqꝫ opus ſuũ eſſe rectũ vel peruerſum
quod eſt valde difficile: quia difficile eſt ꝙ
homo cognoſcat ſuos defectus: quia ſm
Señ. Vitia animoꝝ eo magis latent quo
maiora ſunt. Et idẽ in his morbis quibus
animus afficitur: quo quis peius ſe habet
minus ſentit. Inter omnia eñi mundi dif
ficilia hoc maximũ eſt ſeipſuꝫ cognoſcere.
ps. Delicta quis intelligit? quaſi diceret:
delicta ſunt occulta humane ſcientie: nec
pñt cognoſci niſi deo docente: ideo cogni-
tio peccatorũ pertinet ad donũ ſciẽtie vel
ſapiẽtie: quia p iſtam ſciẽtiam ſecernit gu
ſtus ſpiritualis inter amaritudinem pec-
cati ⁊ bone operationis dulcedinẽ. ¶ Ter



A — Erubeſcẽtia. Erubeſcẽtia ẽ magna pars ſatiſfa-ctionis

tia ratio frequẽntationis confeſſionis eſt
pudor vel erubeſcentia q̃ eſt magna pars
ſatiſfactionis. Cũ eñi quis pluries confi-
tetur magis erubeſcit ⁊ confundiť. Ideo
quia hoc eſt difficile/ pro ſatiſfactiõis par
te iudicatur. Et propterea ſtulti ſunt q̃ cũ
magnam de peccato verecundiã habeant
de ea pro maiori parte ſoluerent deo: ⁊ ta
men cũ tantã erubeſcẽtie pecuniã habeãt
eam inutiliter ſibi ſeruant. Eccl's.v. Eſt pe
cunia in malũ dñi ſui. Tales ſunt qui ſicut
Abſalon ſemel in anno tondẽtur quia tan
tummodo ſemel in anno confitẽtur: ⁊ ſta-
tim capilli creſcere incipiunt: quia ſtatim
ad peccata redeunt. Hec eſt confeſſio vul-
pis qui cum debuiſſet ſuſpẽdi: ⁊ taxus eũ
duceret ad curiam leonis facta confeſſiõe
omnib⁹ peccatis: eodẽ die vidit gallinas
iuxta domuꝫ cuiuſdã hominis ⁊ ait taxo.
Illa eſt via qua incedere debemus: iuxta
ſcilicet illam domũ quã videmus. Cui ta-
xus. Miſer hodie mihi confeſſionẽ feciſti
de oĩbus pctĩs tuis: ⁊ cõfeſſus es ꝙ mul-
tas gallinas deuoraſti: ⁊ promiſiſti deo in
manu mea ꝙ de cetero abſtineris. Cui vul
pes. Verũ dicis/ ſed iam illud dederã obli
uioni. Sunt vero qui erubeſcunt de eo ꝙ
frequenter ad confeſſionẽ vadũt: ac ſi eru
beſcerent de manuũ lotione: de debitoruꝫ
ſolutione: de vulnerũ ligatura ⁊ ſanatiõe.
Et hoc ideo: quia multi mali de eis oblo-
quuutur. Sed nullus ſane mẽtis eſſet qui
claudicantẽ non contemneret ſi videat ſe ab
eo irrideri eo ꝙ recte incedat: ⁊ qui nõ iu-
dicet eũ fatuum ſi velit claudicanti aſſimi
lari: quia ab eo deridetur. Non eñi eſt vi-
tuperium argẽto ⁊ auro ſi non appreciam
tur a iumẽto vel equo: cum ipſi neſciãt ap
preciare niſi fenũ vel auenã. Prouer.xiiij.
Ambulans recto itinere ⁊ timens deum:
deſpicitur ab eo qui infami graditur via.
Dicunt eñi pro frequenti confeſſione eius
ꝙ eſt hypocrita: papelardus: ſomniator:
et comeſtor imaginũ: ⁊ ſic de alijs deriſio-
nibus. Vñ erubeſcẽtia de peccato propter
deum: ⁊ etiã illa que quodammodo cõcer
nit confeſſorẽ ſunt multum ſatiſfactorie ſi
vincantur. Sed illa que eſt de ipſa confeſ-
ſione eſt mala et demeritoria. Si aliquis
de militibus regis rege petente ſerui-
tium ſibi debitum diceret ſe non audere ei
ſeruire quia homines inde loquerentur: ⁊
propter hoc ſuum feudum amitteret/ ſtul
tus reputaretur: quãto magis qui dimit
tit ſeruire deo propter verba detrahẽtiũ?
¶ Quarta ratio: quia inde creſcunt ſuffra
gia ⁊ auxilia. Confeſſor enim debet orare
pro ſibi confitentibus tãꝙ pro ſibi com-
mendatis auxilio ⁊ conſilio eius inuãdis.
Ideo quanto pluribus penitens confite-
tur: tanto multiplicatis interceſſoribus ſe
curior recedit. Similr̃ plus multiplicanť
ſuffragia abſolutionis ⁊ orationis ſepius
iterate/ et maioris humiliationis. Ideo
cum quereretur a quodam abbate quare
ita ſepe confiteretur? Reſpõdit: quia ſem
per timeo me non eſſe bene confeſſum: et
ſepe id ad memoriam reduco de quo non-
dum confeſſus fueram: et maxime quia a
confeſſione ſemper humilior ſurgo. Sepe
etiam per hoc reſurgit homo cum cecide-
rit. ¶ Quinta ratio: quia ſepius ⁊ multo-
ties confitendo: augetur gratia et dimi-
nuitur pena virtute clauium in ſacramen
to confeſſionis/ nec ita tẽtatur a diabolo.
Tela enim cruda frequenti ablutione can
didantur: ⁊ auis elongat nidum in quo ſe
pe moleſtatur/ et oua eius ſepe rapiũtur.
Sic diabolus ab eo qui frequenter confi-
tetur recedit. Qui vero nõ confiteť/ amat
quaſi ſecretarium ⁊ theſaurariũ ſuũ dia-
bolus ipſe: in quo notantur qui tantũ ſe-
mel in anno cõfitentur. Frequenter enim
homines manus lauant ⁊ pedes. Si autẽ
hoc tantũ ſemel in anno facerent/ inhone
ſti reputarenť. Qui ergo ſemel tantum in
anno confiteť: videť min⁹ curare de hone-
ſtate ſpũali aĩe ꝙ pedũ vel calceoꝝ. Sicut
eñi diuites frequẽter renouãt veſtes cor-
poris: ſic ⁊ nos mentis. Et hoc maxime in
magnis feſtis qñ induunt de nouo corp⁹/
induunt etiã aĩam. Iuxta illud. ps. Cõfeſ
ſionẽ ⁊ decorẽ induiſti. Sacerdos aũt offi
ciũ ſutoris hꝫ: qui de diuerſis peciatis pec
catorum facit vnũ indumentũ cõfeſſiõis
peccatori quo tegiť oĩs ei⁹ turpitudo. Sꝫ
mali qui peccata ſua negant: diſſimulãt:
aut excuſant: hoc indumento non induun
tur: ſimiles ſthrutiõi. De quo Philoſoph⁹
libro.iiij. de animalibus cum occultauit
collum in fructice totã ſe latere extimat.
Stultior eſt peccator qui deum et homi-
nes exiſtimat latere peccatum ſuum. Vt
enim inquit ſanctus Bernardus. Omnia
eorum operimenta de folijs ſunt que ni-
hil habent ſoliditatis; orto deniqꝫ ſole

B — Confeſſio. Freqñter ꝯfitẽdo diminuiť pena ⁊ augeť grã.

areſcent. Ideo fruſtra dicēt mōtibus cadi
te ſup nos: ⁊ collibus opite nos. Luc. xxiij.
Quia nō eſt opimetum ꝑditioni. Sed Iu
das apparuit in campo cū tribus milibus
viris. i. vere penitēs cum fide trinitatis q̄
tegumēta non habēt: ⁊ contrite ſunt gen
tes a facie eorū, et fugerunt: ſcilꝫ peccata.

¶ Sermo. xxij. De penitentia, et de cō
feſſione. xvj.

*E Occidere. De tribꝰ pſonis ſolēnibꝰ q̄s occidit Salomon.*

IN ſcripturis legi
tur Salomon tres pſonas oc
cidiſſe: iuxta qd̄ bonus anime
rector dꝫ in ſe tria vitia occide
re. Primū eſt pctm̄ voluntatis qd̄ ſignifi
catur in Adonia qui cū ſunamite ꝯtrahe
re voluit. iij. Regū. ij. Scdm̄ eſt pctm̄ oris
quod ſignificat in Semei, q̄ ore maledixit
Dauid. ij. Regū. xvj. Tertiū eſt pctm̄ opis
ſignificatū in Ioab q̄ manualiter īnoxios
interemit. ij. Regū. iij. ⁊. ij. Reg. xx. Eſaie.
j. Vulnꝰ ⁊ liuor et plaga tumēs nō eſt cir
cūligata. Vulnꝰ ē dū intꝰ vulnerat ꝯſcīa:
liuor dū foris v̄bo aut fama decolorat vita:
plaga tumēs dū ſupadditur opis impudē
tia. Hec pctā ⁊ peccatoꝝ modi multiplici
ter impugnāt niſi ꝑ penitētiam occidant
De ipſius aūt penitētie fortitudine dicit
in. ps̄. Ibi confregit potētias: arcum ſcu
tū: ⁊ gladiū: ⁊ bellū. Potentie ſunt violē
te ſurreptiones ⁊ oppreſſiones quas exer
cet diabolus in eis quibus ꝑ concupiſcen
tiam dn̄atur. Gen̄. xix. Vim faciebant ve

*D Pnia. De his q̄ ꝯfringit potentia pnie.*

hemētiſſime: ⁊ prope erat vt infringerent
fores. Sed penitētia potentior eſt ſuis co
mitata virtutibus. de qua. ps̄. Confringā
illos nec poterunt ſtare. Secūdo confrin
git arcum qui eſt tētatio occulta vel ſubi
ta qua ꝑcutiuntur ſenſus ⁊ inde vulnerat
aīa: ſicut pulchritudo mulieris ſagittat vi
ſum: lingua adulatoris auditum: et ſic de
alijs. de quibꝰ. ps̄. Ecce pctōres intenderūt
arcum: parauerūt ſagittas ſuas in phare
tra vt ſagittēt ī obſcuro rectos corde. Ter
tio confringit ſcutū qd̄ eſt excuſatio mali:
vel malū ſuggerere ſub ſpecie boni: et q̄ſi
ſcuto oppoſito malitiā tegere. De q̄ Eſaie.
v. Ve qui dicūt malum bonum et bonum
malum. Quarto confringit gladium Gla
dio vtitur quis multipliciter. Primo quā
do mala ꝑ ſcripturā ſacrā ſuadere nititur
ſicut heretici faciunt: ⁊ hoīes mali ſua ni
tūtur pctā tueri ꝑ ſcripturā. Sed Golias
gladio ſuo occidit: cum talis machinatio
per ſcripturā ipſam elidit vt hās fecit dia
bolo. Mat. iiij. Repellēdo gladio ſcriptu
re tētatiōes inimici. Secūdo gladio vtit
qui lingua ſua adulando vel detrahendo
animam ⁊ ſuā ⁊ alterius occidit. ps̄. Gla
dius eorū intret in corda ipſorū. Quinto
confringit bellum quo communiter certa
tur cōtra extraneos, ⁊ extranei ꝯtra nos.
Extranei nobis ſunt mundus ⁊ demones.
Ephe. vj. Qui certāt aduerſum nos vt he
reditatē paradiſi dimittamus: vt his que
mundi ſunt cupiditatibus ⁊ honoribꝰ ad
hereamus. Non eſt nobis colluctatio ad
uerſus carnē ⁊ ſanguinē: ſed aduerſus po
teſtates ⁊ principes, ⁊ rectores tenebraꝝ
harum. Et niſi hoc bellū per penitētiā cō
fringatur, non eſt anime ſecura ⁊ pacifica
habitatio in corpe ſuo: neqꝫ in eo habita
culū dei edificare poteſt. Inde Dauid nō
potuit edificare tēplū dn̄o, qꝛ ſemper fuit
in bello: qd̄ poſtea fecit Salomon rex pa
cificus. Vt aūt poſſimus hos hoſtes occi
dere illam queramus que contriuit caput
ſerpentis antiqui dicentes. Aue.

¶ Et qꝛ de frequētia confeſſionis iā dictū
eſt: ſupereſt inquirere quo tēpore ⁊ quan
do ꝯfiteri tenet peccator. Et arguit Guil.
Pariſ. libro de ſacramentis ꝙ omni hora
qua nobis poſſibile eſt ꝯfiteri poſt pecca
tum, hoc facere teneamur. Primo qꝛ pec
catum eſt īiuria irrogata deo: ideo nō niſi
de aſſenſu ⁊ vol tate eius cui irrogata eſt
poteſt differri emendatio. ꝙ cito aūt irro
gata eſt īiuria tam cito dꝫ fieri ſatiſfactio
pro illa. Non eſt ergo pro beneplacito pec
cantis differre cōfeſſ ōnē: ſed ꝙ cito fecit,

*E Confeſſio. Dilata ꝯfeſſio eſt multū piculoſa ꝑ ſe multa.*

emendare. ¶ Pro reſponſione ſit prima ꝓ
poſitio. Dilata cōfeſſio multum periculo
ſa eſt. Primo propter negligētiam confitē
di: cum quis poteſt dum nō vult: iuſto dei
iudicio ei infligitur non poſſe cū velit. Sic
conſueuit iuſtus iudex noſtras negligen
tias punire. Meliorem pacem inuenit pu
gil cum adhuc ſtat ſupra pedes ꝙ cum ce
ciderit. Sic melius agit cum deo ſanus ꝙ
cum ī lectū mortis ceciderit. Eccleſiaſtici.
xviij. Viuꝰ ⁊ ſanus confiteberis. Intran
tes ei mare anteqꝫ intrent, prouident ſibi
de cibis ⁊ alijs neceſſarijs: ſcientes ꝙ ibi
nihil inuenit advēdendū. Sic q̄ ingrediū
tur mare mortis: ridiculū eſt dicere ꝙ mi
litiam et arma ab aliquo rege accipiens:



et ſub illa militia et armis vſqꝫ ad proxi
mam mortis horam ipſum impugnās: ꝙ
auderet ab eo milite petere ſtipēdū: quia
non ſtipendum ſed potius ſuſpendū ei da
ret. Qua fronte igitur audacia vel conſciē
tia audent in proxima mortis hora a deo
pro ſtipendio petere regnum celorum: qui
ab eo baptiſmi ⁊ aliorum donoꝝ dei acci
pientes militiam ⁊ arma: ſemper ſub mili
tia illa ⁊ armis illis contra dn̄m decerta
runt: ⁊ ſi petant, gratioſum eſt valde ſi cō
cedat. Ideo feſtinemus ad remedium cuꝫ
poſſumus: ne forte cū accepit tēpus nō ſo
lum iuſtitias, ſed etiā iniuſtitias ipſe iudi
cet. Stultus diceretur qui plus diligeret
inſtrumentū fatuitatis ſue ſcilicet mario
tam ꝙ magnū theſaurū. Sic q̄ plus dili
gūt carnē ſuā: ⁊ plus captāt tp̄s opportu
nū circa cōmoda ⁊ aduātagia terrena ꝙ
ſpūalia. Equū em̄ q̄s oī die vult cibare ⁊
adaq̄re: ⁊ ſi leſꝰ ſit iuuare: ⁊ vultqꝫ equꝰ ſuꝰ
oī die tergat et mundet. Cibationem aūt
ſpūalē: ⁊ mūdationē aīe differre volunt
pctōres vſqꝫ ad ſenectutem. Et ſic aſinus
fameſcēs hꝫ paſcētē: ⁊ ī puteū cadens hꝫ
extrahentem: aīa vero nō. Si deus vellet
omni veniēti ad certum tēpus ⁊ locum fe
ſtinanter dare magnā ſummā argenti vel
auri: ⁊ ſi non venirēt ad illud tempus de
ficerent vix eſt aliquis qui debilitate: pau
pertate: vel quacumqꝫ excuſatione ſe excu
ſaret: immo ſi ire non poſſet: citius vehe
retur ꝙ venire tardaret. ¶ Secundo pro
pter periculum obliuionis peccatorū que
ipſa vetuſtate abeunt in obliuionem: ⁊ ſui
recentia memoriter tenentur. Tales enim
ſerere volunt inter [illegible]inas ⁊ tribulos pec
catorum: ⁊ talis agricola vberes nō poſſet
reportare fructus. Ideo melius eſſet ta
libus cū colūba delicta gemere iuuentu
tis: ⁊ ad arcam redire eccleſie ꝙ cū auibus
coruini generis penitentiam ſic procraſti
nare: nec redire ad eccleſie pacem. ¶ Ter
tio propter periculū more que non medio
criter aggrauat peccatū. Tales tota vita
ſua edificant vbi habitare non intendūt:
ſcilicet in inferno: ⁊ cum preſumunt cū ha
bitu exire charitatis ⁊ cum veſte nuptiali:
exeunt cum ſacco ſeruilis timoris plus ti
more ꝙ amore penitētes. Qui aulam celi
nō ītrabūt. Heſt. iiij Nō erat fas īdutū ſac
co īrra aulā regis. Exo. xiij. Precepit deꝰ.
Sctificate mihi oē pmogenitū ⁊ nō vltio
genitum. Sic Balaam malus Nume. xxiij.
Petijt ꝙ nouiſſima ſua eſſent iuſtis ſimi
lia. Sic Eſau cupiditate petijt bn̄dictionē
patris: ⁊ nō obtinuit. Ideo tales ſicut illi
optata benedictione carebunt. ps̄. Dilexit
maledictionē ⁊ veniet ei: noluit bn̄dictio
nē et elongabitur ab eo. Noluit qn̄ potuit
ideo elongabit ab eo quādo voluerit in ſe
nectute vel lecto mortis. Et ſic tales cadūt
inter duo ſcamna. i. īter iuuentutē in qua
penitere nolūt, ⁊ ſenectutē in qua nō poſ
ſunt: vel tempus penitētie non inueniūt.
Ideo inter illa duo cadunt in infernū. Et
quidē ſatis iuſte: quia ſi a deo maledictus
eſt q̄ debile pecus offert dn̄o. Mal. j. quā
to magis qui de vita propria debiliorem
partē deo offerre intendit. Quarto ꝓpter
ruinam peccati ī aliud. Peccatū em̄ quod
per penitētiam non diluitur: mox ſuo pon
dere ad aliud trahit: vt dicit Grego. Et pi
loſus clamat ad alterum. Eſaie. xxiiij. Ne
ſcio enim qua execranda liberalitate pec
cata ſeſe inuitant: ita vt non ſolum ſui ge
neris ⁊ ſibi ſimilia attrahant: ſed etiā con
traria ⁊ minuta. vt ꝓdigalitas auaritiā:
vt vere in illis impleatur illud. ps̄. Abyſ
ſus abyſſum inuocat. ¶ Secunda propoſi

*A Confeſſio. Secu rum ē cito pꝰ pctm̄ ꝯfiteri.*

tio. Securum eſt cito poſt peccatum confi
teri ⁊ valde bonum. Quis enim homo de
veſtimento ſuo vel calciamento nō faciat
vt ꝙ cito inquinatū fuerit illud ablui vel
abſtergi non curet? Quis in luto illud vſ
qꝫ ad putrefactionem dimittat. Si diſſu
tum vel detritum fuerit: quis non ſtatim
ſutori vel refectori tradat vt reſuatur ⁊ re
ficiatur? Quis equum ſuum vel aſinū vbi
inclauatus fuerit: aut alterius leſiōis q̄p
piam paſſus non ſtatim illum mareſcallo
curandum mittat? Qua ergo vigilātia cu
rande ſunt deterſiones ⁊ inquinamēta ve
ſtimentorum ſpiritualium? Preterea. Si
ſerpētes ⁊ colubri a ſinu noſtro: ſi venenū
de corpore expellere: ſi hoſtem vel latronē
de domo noſtra tantis ſtudijs et conatibꝰ
eijcere properamus: ⁊ moram iſtud facien
di tam acriter ⁊ in nobis et in alijs culpa
mus: ⁊ petere inducias aut dilatiōes quo
minus iſta fiant tanta diſtrictione dāna
mus: quid nobis de ſpiritualibꝰ colubris
et veneno: de diabolo hoſte et latrone fa
ciendū putamus? Preterea. Si ignis incē
dio domum cuiuſquam vaſtare ceperit q̄s
ſuper extinctione iſtius inducias etiā vnīꝰ

Universidad de Deusto Biblioteca



momēti ꝓtendēs ſuggerere audeat? Quis adeo demēs vt ſuggerētē audiat? De quo quidē peccato ſcriptuꝫ eſt Job.xxxj. Quia ignis eſt vſqꝫ ad conſumptionē deuorans. ¶ Tertia propoſitio. Nō tenetur peccator immediate confiteri ſub pena noui peccati. Patet quia preceptum de confitēdo eſt affirmatiuum quod non obligat pro ſemper ſed pro certo tēpore limitato ab eccleſia. Obligat aūt in quinqꝫ caſibus vt dicit Durandus.iiij.diſt.xvij. Primo quādo ꝗs habet eucharistiam ſumere: vel quodlibet aliud ſacramētum a baptiſmo. Secundo quando imminet periculum mortis: vt cū quis vadit ad bellum: vel in lōga nauigatione: vel dum mulier eſt vicina partui: et ſic de alijs. Tertio quādo quis habꝫ peccatum de quo non poteſt eum abſoluere niſi ſuperior quem habet preſentem: ⁊ probabiliter credit ꝙ eum decetero nō habebit. In quo culpādi ſunt prelati moderni qui caſus multos ſibi reſeruant: qui dū viſitāt viſitare deberent mentes ſuorum ſubditorū ⁊ non viſitant niſi burſas. Propter hoc enim reſeruabantur caſus grandes: vt dū prelatus eos viſitaret agnoſceret vultum pecoris ſui ⁊ eos abſolueret. Quarto quādo quis ex ſcrupulo conſciētie credit ſe teneri ad ſtatim confitendum. Tunc aūt tenetur illum ſcrupulum tollere: aut ſtatim confiteri. Quinto tenet̃ ex eccleſie ſtatuto vt ſemel in anno confiteatur: nec vltra paſca differatur niſi in caſu neceſſitatis vbi eſſet in longa nauigatione/peregrinatiōe vel huiuſmodi. Hoc habetur ex decretali Omnis vtriuſqꝫ ſexus. Quia enim grauat peccatorem ceſaries et ſuperfluitas immēſa peccatorum ſaltem ſemel in anno. Abſolonis exemplo.ij. Reg.xiiij. debet illam per confeſſionem radere: et eam certis ciclis ponderare.i. certis penitētie oneribꝰ ponderare. Unde ſm Alex.in.iiij. Primus Adam forma eſt peccatoris: ſecundꝰ Adā forma reſurgētis.j.Cor.xv. Sicut in adā omnes moriuntur: ita et in chriſto omnes viuificabuntur. Sed in quolibet anno recenſet̃ caſus primi ade et reſurrectio chriſti vt patet in principio et fine quadrageſime: ſꝫ quod facit eccleſia in ſeipſa innuit fieri in ſingulis membris eius: ergo ſicut eccleſia quolibet anno recenſet caſum ade et reſurrectionem chriſti: ſic quilibet chriſtianus quolibet anno peccata ſua ꝑ que

B Confeſſio. Quū ꝗs obligatur ad ꝯfitendum.

cecidit debet confiteri et recip[...]re penitentiam per quam reſurgat. Dicit tamē Bonā.iiij.diſt.xvij. ꝙ aliter cenſendum eſt de religioſo/aliter de laico. Nam religioſo totum tempus vite eſt tempus penitentie. Ideo habita copia ſacerdotis ſi peccauerit mortaliter credo ꝙ tenet̃ ſine magna mora confiteri: ſicut recta ratio determinaret: non ſic de laico qui poteſt expectare vſqꝫ ad tempus quadrageſime. ¶ Quarta propoſitio. Si peccator vult eſſe in ſtatu ſalutis nō eſt dubium quin ſtatim poſt peccatum teneatur confiteri aut ſaltē cōteri. Sed quia difficile eſt ſcire an homo ſit contritus ſecurius eſſet confiteri: quia ſm doctorem ſubtilem per confeſſionem de attrito fit homo cōtritus. ps. Ueritas de terra orta eſt.i. confeſſio de hoīe peccatore nata eſt vt ſe accuſet cinerem et terrā: et ſic iuſtitia de celo proſperit. Conſulendum autem eſſet notabilibus perſonis vt ſaltem confiterētur in magnis eccleſie ſolennitatibus: vt ſicut in illis purgāt vaſa ſua: ſic nec minus eſſent ſoliciti de purgādis animabus ſuis: et ſicut tunc faciūt feſtum ventri p[...]rando meliores eſcas: ſic et deo facerent. Turpe eſt enim notabili perſone in die ſolenni omnia eſſe in domo ſua munda et ipſum eſſe omni latrina viliorē. Debentqꝫ hoc parētes ante ſuos filios in exemplum agere: vt et ipſi ſimilia faciant in futurum: et pro parentibus qui eos ita ſecure viuere d[...]uerint poſtea orent. Soliciti enim eſſe debent parentes animam ſuam parare in die feſto ſicut ⁊ corpus ornant veſtibus. Eſt enim confeſſio habitus animam ornans et [...]parans et reficiens imaginem dei. ps. Confeſſio et pulchritudo in conſpectu eius. Ideo Jac.v. Confitemini alterutrum peccata veſtra: ⁊ orate pro inuicem vt ſaluemini. Rom.x. Ore autem cōfeſſio fit ad ſalutem. Oportet enim aut hic: aut in dei iudicio: aut in inferno cōfiteri peccatum ſuum. Si in iudicio: tūc decident a cauſa ſua: quia. ps. Non reſurgunt impij in iudicio: neqꝫ peccatores in conſilio iuſtorum. Ibi enim perdent cauſam ſuam. melius ergo eſſet latroni miſericorditer a cōlatrone ſuo iudicari: ꝗ̄ a iuſtis qui tunc non parcent. Tunc enim letabitur iuſtus cum viderit vindictam. Si in inferno: certe ſcriptum eſt. In inferno autem quis confitebitur tibi? Nam tūc non

C Confeſſio. Si ꝗs vult eē in ſtatu ſalutis dꝫ ſtatim poſt peccatū cōteri vel confiteri.



ſed ſed diabolo confitebuntur et angelis eius dicentes. Nos inſenſati vitam illorū eſtimabamus inſaniam. Sola ergo cōfeſſio que fit in preſenti vita eſt ad ſalutem. ¶ Quinta propoſitio. Maxime tempus quadrageſimale eſt cōueniens: quia ſicut arbor que naturaliter circa tempus quadrageſimale ſine humore naturali eſt: nec ſe naturaliter viuam oſtendit mortua eſt: et ad nihilum valet vltra niſi vt precidatur ⁊ in ignem mittatur: ſic qui in quadrageſima humorem non habet deuotionis: nec voluntarie ſe ſpiritualiter viuum oſtēdit opera penitentie et vite ſpiritualis voluntarie et deuote faciendo/ſpiritualiter eſt mortuus ⁊ igni inextīguibili deputatꝰ. Illo enim tempore maxime chriſtꝰ ſtat ad oſtium et pulſat: et miniſtri predicatores et confeſſores vice eius: ideo tunc aperire ei debet penitens oſtium labiorum ſuorū: aliter non cenabit chriſtus cum eo Apoca.iij. Ecce ſto ad oſtium et pulſo: ſi quis aperuerit mihi intrabo ad illum et cenabo cum illo per gratiā: et ille mecū poſtea per gloriam. ¶ Secundo dicendum eſt de his que inducunt ad cito cōfitendū. Tria autem ad hoc maxime inducūt. Primum eſt flagellum dei. Sicut digitus profunde poſitus in gutture/vomitum cauſat: ſic digitus dei flagellans morbo aut tribulatione vomitum confeſſionis inducit. Sicut videmꝰ multos male moratos qui de deo non curant temp[...] proſperitatis ſed in tempore aduerſo ad eum ſe conuertunt: et cito pro ſacramentorum miniſtris mittunt. ps. Qui reſpicit terram ⁊ facit eā tremere? Reſpicit d[...]m mala que agimus videt. facit tremere: dum per flagella erudit eos quos gratuita bonitate reſpicere dignatur: ⁊ flagello interueniēte corripit: et creſcente de hinc flagelli amaritudine diſtrictionem eterni examinis cogūtur cōſiderare et ad cor redire: et tūc lingua reatum loquitur: vt in fratribus Joſeph apparuit quos ille argumentando adeo conſtringebat/vt territi confiterentur. Merito hec patimur quia peccauimus in fratrē noſtrum. Petrus autēꝫ ex ſolo reſpectu diuino ⁊ conſideratione elongationis ſue a tanta bonitate quo nullum maius flagellum nulla maior tribulatio ſcilicet ſeparari a pio patre cōtremuit: ⁊ egreſſus foras fleuit amare. ¶ Secūdū inducēs eſt amor

A Confeſſio. Tria ꝯ maxime īducūt ad confitēdū.

dei: qui letatur in conuerſione malorum. Oſee.vij. In malitijs ſuis.ſ. eas confitendo letificauerunt regē. Sic in filio prodigo pater leuatus eſt dū cōfeſſus eſt ſe peccaſſe. Bernar. Gaudent angeli de peccatorum confeſſione ⁊ lachrymarum eorū effuſione. Sed ſi maximū eorū gaudium ſunt mee lachryme: quantū erunt eoꝝ gaudiū mee delicie? Ita enim deus in hoc letatur ꝙ gratiā ⁊ gloriā dat pro illa. ps. Quī miſericordiā cordis (ſupple ſibi ⁊ alijs cōpatientis ⁊ veritatē oris confitentis) diligit deus: gratiā ⁊ gloriā dabit dn̄s. Nō enim poteſt confeſſionē noſtrā maiori emere ꝑcio ꝗ̄ gratia ⁊ gloria ſua. Un̄ ait dn̄s. Sonet vox tua in auribꝰ meis: qꝛ tanto mihi ſuauior quāto tibi amarior. Potus enī aq̄ calide vomitū inducit. Sic imbibitꝰ amor dei omne pcti virus expellit. ¶ Tertiū inducens eſt indignatio vel abominatio ſtomachi ꝯſciētie q̄ cauſat̃ ex maloꝝ abūdantia humorū intrinſecus exiſtētiū. Cū ei ꝗs conſiderat abominabilia q̄ ꝑpetrauit: horreſcit animus ⁊ ſtatī ad vomitū cōfeſſiōis accurrit: ſꝫ cū ꝓfundatꝰ fuerit iſte humor nullus vnq̄ vel raro fit vomitꝰ. Sic cū feces vitioꝝ ꝓfundate fuerit ꝑ ꝯſuetudinē: aut ignorātiā: aut tpis lōgitudinē: vomitus ꝯfeſſiōis aut rarus aut nullꝰ eſt. Et ita cū virtꝰ guſtabilis ꝯſciētie fortis fuerit ad ſapiēdū abominatiōes ⁊ inſipiditates illoꝝ humoꝝ ⁊ noxietates eorūdē: tūc multiplicabit̃ vomitꝰ. Un̄ dr̄. Eccl's.j. In multa ſapiētia.i. multa virtute ſpūali ſaporādi multa eſt īdignatio ſtomachi illas a ſe expellētis neqꝫ eas ferētis. Cum aūt debilis erit virtꝰ illa guſtatiua: nūc minuet̃ vomitꝰ: aut nullꝰ erit. Qn̄qꝫ aūt ita corrupta eſt vis appetitiua ⁊ ita errans ꝙ appetit cōtra legē nature: ⁊ ſalutē ipſiꝰ corporis: vt interduꝫ appetuntur cineres ⁊ carbones. Sic ita aliqn̄ corrūpit̃ vis guſtabilis aliquoꝝ ꝙ fit vomitus ⁊ abominatio: ⁊ faſtidium ſalubriū delectationū ſpūaliū. Nūeri.xxj. Aīa nr̄a nauſeat ſup cibo iſto leniſſimo. ps. Oēm eſcā abominata eſt aīa eorum. Et vt clare de his nō in parabolis loquamur q̄d eſt appetitus carnalis delectationis: niſi appetitus ſpurcitie ſpūalis ſanis naribꝰ intolerabilis fetoris? Quid appetitus diuitiaꝝ niſi appetitꝰ ſtercoꝝ: niſi forte deceptꝰ fuerit? Nō ſic apl's q̄ Philip.iij. oīa arbitrabat̃ vt ſtercora vt chriſtum

B Indignatio Unde cauſat̃ īdignatio ſtomachi conſciētie.

Universidad de Deusto Biblioteca



lucrifaceret. Quid auaritia niſi puerſus ꝛ
inoꝛdiatus appetitus terre.i.terrene ſub
ſtantie:puta fimi:feni:paleaꝝ:lignoꝝ: la-
pidum:coꝛticum:radicum: folioꝛum : cal-
cis:arene:ꝛ cementi : q̄ oīa vēdibilia ſunt
nulli⁹aut modici precij⁊ Non tñ eſt noian
da conſcia ſtomachus:aut oꝛificiū ſtoma
chi:ſed potius cloaca imundicie ſpūalisq̄
tantam fetulentiam:tantaſq; ſoꝛdes vitio
rum abſq; vomitu ꝛ indignatione vlla cō
tineret:imo nec latrinis comparanda eſt.
Latrine em̄ oēs hn̄t q̄ eas emundent: iſta
ſ;o coꝛda nō hn̄t q̄ eis curā exhibeant. Dif
ficile em̄ curant occulta mala : quoꝝ mali
tia nullatenus pꝫ extrinſecus . Hec ergo
īdignatio ſtomachi cauſata ex aliqua mo
dica ſpurcitia irruēte in fauces coꝛdis: ſta
tim expellere facit īmundiciā illā p vomi
tum confeſſionis:vt muſca in os alicuius
interdū inuolās: ſtatim vomitu īpetuoſo
reijcit. Cuius ſilitudinē inuenies in multꝫ
ſctis viris ꝛ mulierib⁹ q̄ nec muſculā vnā
ſoꝛdide ꝛ noxie cogitationis in oꝛe intelle
ctus ſui patiunt:ſed ſtatim ſi inuolauerit
celerrime ꝯfeſſionis vomitu illā expellūt.
Sed alios inuenies beelzebub.i.viros mu
ſcaꝝ q̄ agmina muſcarū.i.volatilium ſoꝛ-
didarū:ꝛ pungentiū cogitationū in oꝛe in
tellectus poꝛtitāt inceſſanter ꝛ ferūt abſ-
q; vlla indignatiōe ꝛ abomiatiōe:ꝛ qꝺ ē
abominabilius muſcis hmōi paſcuntur.

¶ Sermo.xxiij. De penitentia.
et de confeſſione.xvij.

'E
Pnia.
Propt
quinq;
agēda
eſt pnia

Penitentia eſt pena
tenax:q2 non facit ſatis quē pe
na de peccatis ꝛ doloꝛ p loco ꝛ
tpe ꝯtinue nō tenet. Augu.lib.
de pnīa. Penitere eſt penam tenere vt ſem
p in ſe puniat vlciſcendo qꝺ cōmiſit peccā
do. Vn̄ pnīa agenda eſt p2io ꝓpter bonoꝝ
ꝛ diſcretoꝛum ꝯſultationē. Dr em̄ ꝙ conſi
lio ꝓbi viri dꝫ credi. Sed ꝓbioꝛ ꝛ ſapien-
tioꝛ in lege ꝛ ſtatu nature conſuluit ꝛ ad-
monuit pnīam agere. Job.xxxj. Audite q̄
ſo ſermones meos ꝛ agite pnīam. Similr
pꝛobioꝛ ꝛ ſapiētioꝛ in ſtatu legis ſcripte.
Leuiti.v. Aīa q̄ intellexerit agat pnīam:
ꝛ ꝓbioꝛ ꝛ ſapiētioꝛ in ſtatu legis grē ſcilꝫ
Chꝛiſtus. Mat.iiij. Pnīam agite. Preſum
ptuoſus eſt valde ꝛ inſipiens qui tantoꝝ
ꝛ taliū conſilio non acquieſcit. Ideo Act.
ij. petentibus conſilium a Petro ꝛ queren
tibus q̄d faciemus viri fratres : dixit Pe-
trus. Pnīam agite. Scdo ꝓpter lucrifa-
ctionē agēda eſt pnīa. Lucrū pnīe duplex
eſt:ſcꝫ regni acquiſitio:ꝛ pene vitatio. De
pꝛimo non eſt aliqꝺ genus hoīum qui pꝛo
tpalibus acq̄rendis grauia non ſuſtinerēt
ruſticus in agris excolendis:miles in bel-
lis ꝛ tyꝛocinijs:clerici ī reditibus ꝛ digni-
tatibus obtinendis:negociatoꝛes in nūdi
nis ꝓ tpalibus hn̄dis q̄ cito tranſeūt ꝛ cu
ſtodientes affligūt/habentib⁹ nō ſufficiūt
Si ꝓ his grauia ſuſtinent : quāto magis
ꝓ celeſtibus hn̄dis vbi eterna felicitas:ple
na fecūditas:mera iocūditas:pnīa ē agen
da⁊ Mat.iiij. Pnīam agite:appꝛopinqua
bit em̄ regnum celoꝝ. ¶ Scdo lucrat pene
vitationem. Adiudicatus pene vel ſuppli
cio ſumptus vel laboꝛes ſuſtinet vt poſſit
ſnīam reuocare. Quiaūt in pctō moꝛtali ē
moꝛti ꝑpetue ꝛ inferni ſupplicio adiudica
tur. Sed pnīa ſnīam hāc/ꝛ iudiciū dei re-
uocat. Matth.iij. Genimina viperarū q̄s
oñdit vobis fugere a vētura ira⁊ Facite er
go dignos fructus pnīe. Cū q̄s dn̄m ſuū
offendit ꝛ delictum ſuūꝫ recognoſcit:ꝛ do
let qꝺ cōmiſit:ꝛ ceſſare ꝓmittit ꝛ paratus
eſt emēdare:veniā meret. Sic de pctōꝛe q̄
deū offendit cū dolet in coꝛde: recognoſcit
in cōfeſſione: ꝓponit pctm̄ non iterare: et
paratus eſt ſatiſfacere:veniam impetrat a
dño. Et vbi ſunt iſta quatuoꝛ neceſſe ē eſſe
pnīam veram:ꝛ hoc eſt qꝺ dꝛ Eccli.xij. Al
tiſſimus odio h pctōꝛes:ꝛ miſertus ē pe-
nitentib⁹. Qui aūt emēdare renuit in car
cere dn̄i ſui emēdabit grauius velit/nolit.
Mat.v. Amen dico tibi:nō exibis inde do
nec reddas nouiſſim̄ quadrantem. ¶ Ter
tio ꝓpter curialitatē. Dño enim tenemur
de illo ineffabili bn̄ficio ꝙ ꝓ nobis ſuſti-
nuit tot ꝛ tāta. Vn̄ ſi nihil in pnīa lucrare
mur:tñ curialitas nos deberet ꝯpellere vt
ſibi vices redderemus pnīam agēdo. Dā-
ti em̄ mihi vnū potū vini vel pꝛādiū vices
reddo:quāto magis dño⁊ Et illꝺ eſt qꝺ dr
Job.xlij. Auditu auris audiui te: hoieꝫ fa
ctum pauperem ꝛ vilem paſſum ꝓ me:nūc
autem oculus meus videt te.i. imaginem
tuam pendentem in cruce:ꝛ idcirco me rep̄
hendo:ꝛ ago pnīam in fauilla ꝛ cinere.
¶ Quarto agenda eſt ꝓpter confuſionis
vitationem. Quilibet operarius confundi
tur ꝛ non īmerito:ſi minus ꝙ ſui pꝛoximi
operat. Miles bellans magis effeminate



ꝙ ceteri non ſine pudoꝛe deridet:pugil a-
gens remiſſius ꝙ ſocius ſuus confundit.
magiſter lectiones ſuas minus repetēs ꝙ
ceteri merito erubeſcit:faber lignari⁹ non
ſine ſue frontis ruboꝛe opera ſua min⁹ bn̄
facta ꝙ opa alioꝝ pcipit vilipendi. Et iō
q̄ pnīas ſctōꝝ pꝛedeceſſoꝛum conſpicit: vt
Agnetis: Vincentij: ꝛ alioꝛum: immo etiā
peccatoꝛum:merito debet erubeſcere:ſi pe
nitentiam reſpuit facere:ꝛ eoꝛum compa-
ratione condemnari. Mat.xij. Viri Niniui
te ſurgent in iudicio cum gn̄atione iſta: et
condemnabunt eam:q2 pnīaꝫ egerunt ad
pꝛedicationem Jone:ꝛ ecce pluſꝙ Jonas
hic. Quaſi diceret. Jonas non pꝛedicauit
niſi ſemel Niniuitis ꝛ pnīam egerunt:mo
dernis autem ſepius pꝛedicat:ꝛ tñ a pctō
recedere ꝛ pnīam agere nolunt : ꝓpterea
merito damnabunt. Unde praua mēſura
ad iuſtaꝫ comparata damnatur. Eze.xiiij.
Metient fabꝛicam.i.pnīam anteceſſoꝛuꝫ
patrum:ꝛ erubeſcent ex oībus que fecerīt.
Sancti enim in pꝛimitiua eccleſia:ꝛ q̄ non
peccauerant magna ſuſtinuerunt toꝛmen
ta:ꝛ beatiſſima virgo cui non erat pecca-
tum:quam vt gratiam nobis impetret im
ploꝛemus dicentes Aue.

¶ Quia iaꝫ determinauimus q̄d opoꝛteat
penitentem in ſacro pnīe ꝓ abſolutiōe ab
omni delicto facere/reſtat poſtremo ſacer
dotis officium diſcutere. Multa ſiquideꝫ
in hoc ſacramentali ope inueniunt officia
A ſacerdotis. ¶ Pꝛimum e[illegible]ꝫ exercet officiū
Sacer iudicandi. Nam ſm Guil. Pariſieñ. incum
dos. bit ei vt ſciat ſingulōꝛum criminum iuſtifi
Quō ſa cationes ꝓpꝛias ꝛ ipſa crimina adinuiceꝫ
cerdos dignoſcere ꝛ diſting[illegible]ere:vt ſciat ſcilꝫ exu
exercet endum eſſe apoſtatam ſpiritualē ire igne
officiuꝫ ſancto:donec apoſtaſia qua a deo receſſit
iudicis ꝛ diabolo adheſit conſumatur:ꝛ mactan-
dum eſſe ſacrilegum qui templuꝫ dei in ſe-
ipſo violauit:occidens in ipſo ſeipſum ho
minem:ꝛ polluit euꝫ contaminatione pec
cati:ꝛ exheredandum eſſe cum tota poſte-
ritate ſua reum maieſtatis, qui inimicum
capitalem in ipſam ciuitatem quā a deo p
homagium tenebat/introdux:t:ꝛ ſeruitu-
ti eius ſubiugauit:ꝛ deum quātum in ipō
fuit exheredauit:recedēs ab eo ꝛ adherēs
diabolo. Pꝛogenies cuius ſunt cogitatio:
delectatio:conſenſus:opus ꝛc. Similiter
adulterum lapidandum:ſcꝫ foꝛnicatoꝛes.
Suſpendendum etiaꝫ ꝛ crucifigendum la
tronem:ꝛ immergendum piratam.i. alie-
ni honoꝛis raptoꝛem:gladiatoꝛem inanē:
ambitioſum. Hec Guil. Propter quod vo
lenti confiteri debet pꝛeſto eſſe ſacerdos.
Non eniꝫ deeſſe debet in bona politia qui
iudicium ꝛ iuſtitiam faciat poſcentibus:
Quod iudicium petebat qui dicebat. De
vultu tuo iudicium meum pꝛodeat : ꝛ q̄ di
cebat. Judica me deus ꝛ diſcerne cām me-
am. Vultus enim dei ſacerdos eſt qui vice
dei intus ꝛ extra peccatoꝛem reſpicit: ꝛ in
de debet ſacerdos reum abſoluere:ꝛ partē
pnīe largiri virtute clauium. Ait enim Hu
go de ſancto Victoꝛe lib. de poteſtate ligā
di. Sacerdos virtute clauium aliquid de
pena remittit:q2 vniuerſe vie domini mīa
ꝛ ꝟitas. Jō ī iuſtificatōe q̄ ē opus mīe/mi
ſericoꝛdia ſic remittit culpam vt iuſtitie re
gulam non pretereat:propterea adhuc de
tinet obligatum ad penam. Jlla auteꝫ pe
na ad rigoꝛem diuine iuſtitie eſt virib⁹ no
ſtris impꝛopoꝛtionabilis ꝛ nobis ignota:
ꝛ de illa opoꝛtet deo ſatiſfacere. Pꝛouidit
pꝛopterea dei miſericoꝛdia ꝛ conſtituit ar
bitrum ſacerdotem : dans ei poteſtatem
arbitrandi ꝛ taxandi penam ꝛ partem pe
ne remittende ex virtute paſſionis Chꝛiſti
vt diuina iuſtitia ꝓ illa parte ſolutionem
ab illo non exigat:ſed ex paſſionis Chꝛiſti
pena ſit contenta: ꝛ quanta ſit illa pars/ B
noſtrum non eſt determinare. ¶ Secundū Pax.
officium ſacerdotis eſt pacifici inter deuꝫ Septē
ꝛ penitentem mediatoꝛis. Ex hoc autē of modis
ficio ipſi incumbit pꝛimum noſſe modos ꝛ ſolet re
vias quibus pax refoꝛmari ſolet apud ho foꝛma-
mines inter ſe diſcoꝛdes que ſunt ſeptem. ri pax i
Pꝛimum eſt iudicium. Pꝛouer.xxvj. Judi ter diſ-
cium determinat cauſas. Si eniꝫ penitēs coꝛdes
iuri pareat in penitentiali foꝛo ꝛ iudicio il
lius ſtet:pacem habebit cum deo. Nihil ei
vltra id quod iure deo adiudicandum eſt:
deus a penitente requirere poteſt. Jn qui
bus omnibus pꝛimum eſt vt deo poſſeſſio
nem fundi quo deum penitens iniuſtiſſi-
me ſpoliauit/reſtituat. Fundos autem eſt
ipſe penitens. Secundo vt de fructib⁹ me
dio hoc tempoꝛe amiſſis ante ingreſſum li
tis deo per cautionem ſiue ſatiſfactionem
cum al's non poſſit ſatiſfaciat. Secundus
modus refoꝛmatiōis pacis vulgo dicitur
legitima inquiſitio:per quam de iure vtri
uſq; partis litigantium legitime conſtet:
vbi vtramq; partem contendentem eſſe

Universidad de Deusto
Biblioteca



oportet vt ei adiucetur quod per inquiſi-
tionem pertinere inuentum fuerit. Sic ꝑ
deum ⁊ penitentem inquiſitione de vtriuſ
ꝗ iure per fidelem ac veridicaꝫ atteſtatio
nem ipſius penitentis diligentiſſime fctã
nihil amplius ſibi vendicet penitẽs: ꝙ qḋ
eidē inquiſitio denominauerit: hoc eſt ſo
lam confuſionem faciei / ſolamꝗ culpam
atꝗ penam culpe debitaꝫ. Et gñaliter oĩa
bona deo tribuat / ſibi mala. Iuxta illud
Dañ.ix. Nobis con-[fu]ſiõ faciei: tibi autem
dño deo nr̃o miã ⁊ ꝓpiciatio. Nihil ei am
plius ad ſe pertinere miſer peccator inue-
niet per exactiſſimam ⁊ examinatiſſimam
inq̇ſitionẽ ꝙ culpam ⁊ penã meritam: qui
bus ſi contentus eſſe voluerit: ⁊ in oĩbus
dei bonis ſe nihil ꝓrſus hr̃e recognoſcens
ea deo dimiſerit: nullum de cetero niſi de
mandato eius aut beneplacito vſurpatu-
rus: pacem hꝫ cum deo / de cetero ius diui
nuꝫ vt eſt de ꝓpoſito eius ⁊ voluntate nõ
inuaſurus. Tertius modus reformãde pa
cis dicitur per conſenſuꝫ ſcꝫ cordis ad cor:
cordis penitentis ad cor dei. Fit enim pax
per hanc viam inter deum ⁊ penitentem
cum penitens ad conſentienduꝫ diuine vo
luntati inducit: vcꝫ vt facere velit vel faci
at ꝓ recuperanda dei pace: quod eum fa-
cere fuerit diuine voluntatis beneplacitũ.
Confeſſoris autem eſt noſſe in parte illã
voluntatem: hoc eſt quam ſatiſfactionem
ab vnoquoꝗ penitente pro peccatis ſuis
deus gratam habeat. Quartus modus eſt
arbitrio cum placito. Hoc modo pax inter
deum ⁊ penitentem reformatur: quoties
penitens arbitrio. i. beneplacito ꝯfeſſoris
omnino ſe ſubdit ⁊ tradit. Prudentis em̃
⁊ fidelis confeſſoris voluntati ⁊ benepla-
cito cauſas quas aduerſus penitentes hꝫ
deus cõmiſit: ⁊ in eius bñplacitũ irreuoca
bilr̃ cõpromiſit: ſigilliꝗ ꝓprij appenſione
hoc eſt filij ꝓprij ſuſpendio q̇ eſt figura ⁊
character ſubſtantie eius. Heb. j. Ac literꝫ
euangelicis compromiſſionem formauit.
Mat. xvj. Qḋcunꝗ ſolueris ſuper terraꝫ
⁊c. Quintus modus eſt tradere ſe miſera-
tioni eius ꝯ quem delictum eſt: ⁊ ſic peni-
tens deo pacificatur cum omnino diuine
miſerationis bñplacito ſe tradit. Sextus
modus eſt dono vel precio. Interdum em̃
quis ꝓijcit pecuniam vt ſibi redimat pa-
cem. Hoc mõ fit pax inter deum ⁊ peniten
tem cum ipſe penitens aliquid eorum que
voti ſunt offert: ⁊ dat dño deo: ſicut eſt in-
greſſus religionis: aſſumptio peregrina-
tionis: vel proieccio pctõꝝ in confeſſione.
Eſa. lvij. Creaui fructum labioꝝ pacem ei
q̇ longe eſt ⁊ q̇ ꝓpe: ⁊ ſanaui eum. Offeren
dum eſt igit̃ peius vadium hoſpitij qḋ eſt
pctm̃ ꝓ pace facienda. Et licet illud vadiũ
valde turpe ſit ⁊ vile ad reſeruandum: eſt
tñ pulchrum in oculis dei ad confitendũ.
Turpe em̃ eſt in corde ⁊ pulchrum in ore.
Septimus modus eſt victoria que ĩterdũ
bellis finem pacis imponit: ⁊ inimicos in
ſubditos ⁊ ſeruos conuertit. Sic interduꝫ
vincit deus penitentes aut beneficiis / aut
flagellis: aut ſimul vtriſꝗ: ita vt rebellare
de cetero aduerſus eum vel non audeant
vel non velint: quin potius deo ſeruiant
ſubiugati. Ad pacẽ vero penitentes indu
cere vrgentiſſimum ⁊ efficaciſſimum eſt ei
deꝫ oſtendere quanta inſtantia ꝑ legatos
ſuos doctores ⁊ predicatores rogare non
ceſſat ea que pacis ſunt: ac ſi rebellione no
ſtra vinci formidaret: ac ſi ſe de nobis vidi
care non poſſet. Nec rogare ſolum ꝯtent⁹
eſt: ſed etiaꝫ redimere ⁊ emere toto p̃cio di
uitiaꝝ celeſtiu[m] ⁊ regni ſui dignatus eſt.
In tantam tñ inſolentiam: immo demen-
tiã nõnulli pctõꝝ ita alienati ſunt / vt nec
ṽbum de pace iſta. i. ſacras exhortationes
audire dignent̃. ¶ Tertium officium eſt of Sacerdos.
ficium medici: ex quo incũbit ei noſſe. Pri In confeſſiõe
mo diuerſitatem pulſuum. i. metuum cor- ſacerdos
dis que ſunt de[ſid]eria ⁊ morum indiſario. exercet of
Vñ Cryſoſto. homilia. xiij. Sup Mat. Si ficium
cut ſtudioſus paterfamilias ſcit in dome medici.
ſua quid vnuſquiſꝗ neceſſarium hꝫ: ita et
ſacerdos ſingulorum [m]ores ⁊ actus ⁊ con
uerſationem dꝫ diſcere: vt quale quibuſꝗ
medicamentum neceſſarium fuerit ſubmi
niſtret: cui ſolationem / cui increpationem.
Cui añt aſperior increpationis medicina
fuerit poſita ſm̃ qualitateꝫ paſſionis illi⁹
non debet indignari: q: nec infirmus iraſ-
ſcitur aduerſus medicũ ſi poſuerit aliquã
medicinam mordentem. Non enim conſi-
derat aſperitatem medicine ⁊ iraſcitur: ſꝫ
conſiderat beneuolentiam medici ⁊ ſuſti-
net: q: ꝓdeſſe illi deſiderat non nocere. Si
cut autem infirmus ipſe qui venit ad me-
dicũ ex parte iã ſanus ẽ: ſic ⁊ peccator ipſe
qui venit ad ſacerdoteꝫ: ⁊ doctrine aut pe
nitentie medicamina querit, ex parte iam
iuſtus eſt. Illum autem grauis tenet infir

mitas quem ſacerdos ſequitur verbis: ⁊ il
le verboru[m] ſpiritualium medicamentum
nõ ſentit nec melioratur: ſed quaſi qui ſto
machum patit̃ quicq̇d manducauerit aut
biberit iterum vomit. Sic ⁊ illa aĩa pati
ens quicquid audierit: ſtatim de ſenſibus
ſuis ꝓijcit foras. Sicut illi infideles Iu
dei de quibus dictum eſt. Omnem eſcam
abominata eſt aĩa eoꝝ. i. oẽm eſcã doctrĩe
aĩam nutrientem. ¶ Scḋo eius eſt noſſe ſi
deſiderium penitentis reuertendi ad deũ
ſit forte ac validũ. an vitalis calor. i. viui-
fica dilectio qua deus diligendus eſt for-
tis eſt in eo an debilis: q: ſpũalis medic⁹
roborare habet hunc vitalem calorem di-
uine dilectionis verbo dei / exhortatione /
⁊ alia dulcedine. Primo more medici qui ĩ
ingreſſu ſuo ſuum confortat egrotuꝫ quã-
tũcũꝗ infirmum: ſacerdos habet conſola
ri ſuum penitentem ne pro magnitudine /
aut enormitate peccati deſperet: ꝓponen-
do ei exempla apoſtolorum Petri ⁊ Pau-
li / ⁊ Magdalene dicens ei. Effunde ſicut
aquam cor tuum coram domino. Ceteri li
quores cum effunduntur quaſi cum mora
⁊ difficultate exeũt: ⁊ aliquod ſui veſtigiũ
ſeculentum in vaſculis reli[n]quunt. Aqua
vero cum effunditur de facili ⁊ quaſi tota
ſimul egreditur. Sic nec cuꝫ difficultate ⁊
mora confitearis excuſando vel extenuan
do peccatum. Non eniꝫ eſt hec effuſio ſimi
lis aque. Sunt ⁊ qui totum non effundũt
quibus dicendum eſt. Cu[r ſa]ri non curat q̇
curanda occultat: nec eſt malagma appo-
nere dum ferrum eſt in vulnere. Secundo
exhortari habeat more medici ad conſide-
randam magnitudi[n]em ſue infirmitatis /
vt per hoc facilius penitentiam acceptet:
non tñ a principio grandem imponat: q:
infirmus cuꝫ conualeſcit tener eſt / nec grã
de onus ferre põt. Sed cum adauctus fue
rit calor robuſtus factus põt grandia fer
re. Nec enim amatoribus de his que ad aſ
ſequendum amoris ſui finem faciunt: quic
ꝙ miniungi opꝫ. Amor eniꝫ ipſe de his eos
ſufficienter ſollicitat. Tertio ſi ſudor lachry
marum eſt multus aut paucus: ita vt vni-
uerſaliter omnia membra lauet ⁊ ſuper ef
fluat. Quod eſt cum ipſe penitens luget ſi
gillatiꝫ oĩa peccata ſua que auribus: que
oculis ꝑpetrauit ⁊ alijs membris. Quar-
to ſi ſudor ipſe ita fortis fuerit vt cauſam
⁊ radicem morbi ſpũalis expulerit: ita vt
nullũ eius veſtigium in corde penitentis
remãſerit. ¶ Quĩto incũbit ei ſanare egro
tum: ſed mirabilius ꝙ medici corporales.
Prĩo: q: illi medent̃ herbis ⁊ aquis ⁊ alijs
hmõi: iſte aũt ſolo ṽbo. Mat. viij. Dic tm̃
ṽbo ⁊ ſanabit̃ puer meus. Efficax em̃ eſt
ṽbũ abſoluentis / qḋ põt curare oẽs infir
mitates ſpũales: ſicut efficax diceret̃ ille ci
bus qui curare poſſet om̃es infirmitates
corpales. pš. Miſit ṽbũ ſuũ ⁊ ſanauit eos
⁊ eripuit eos de iteritionibus eoꝝ. Scḋo
alij medici nõ curãt grãdes ⁊ inoſſatas ĩ-
firmitates: iſte leproſos ⁊ intoxicatos. i.
eos q̇ alios ĩficiũt ⁊ q̇ iã infecti ſunt vene
no aſpidũ: qḋ ẽ apud hoĩes ĩſanabile. pš.
Qui ꝓpitiat̃ oĩb⁹ iniq̇tatib⁹ tuis: q̇ ſanat
oẽs ĩfirmitates tuas. Miſterialr̃ ei ſacer-
dos abſoluit: dñs ṽbo p̃ncipalr̃. pš. Dñs ſol
uit cõpeditos: dñs illuiat cecos. Tertio q:
medici cũ ſanãt / nõ oĩno ſic ſanãt q̇n ſem-
ꝑ relinquant̃ aliq̃ morbi reliq̇e: vel ſaltem
nõ maiorẽ ꝙ añ iducãt ſanitatẽ. Iſte aũt
maiorẽ ĩducit ſanitatẽ: q: maior ei grã cõ
fert̃ pluſꝙ añ. In fabul[is] dr̃: ꝙ rex Antheõ
ꝓſtrat⁹ ab Hercule ſp̄ fortior ꝙ prius fue
rat reſurgebat: ita vt ſic reſurgẽti, dicatur
illḋ Tob. ij. Noui opa tua / ⁊ charitatẽ: ⁊ fi
dẽ: ⁊ miſteriũ: ⁊ patiẽtiã tuã: ⁊ opa tua no
uiſſima plura prioribus. Ruth. iij. Bened-
cta filia tua dño: q: priorem miam poſte-
riore ſuperaſti: immo ⁊ ipſe medicus ſacer
dos etiã inde maiorẽ ꝯſequit̃ grãm. Nam
vt inquit Durandus. iiij. ſeñ. In ꝯfeſſiõe
ꝯueniunt ꝯfitens ⁊ confeſſor ad deſtruen
dum pctm̃. Iõ ꝓpter hoc vterꝗ apḋ deũ
meret̃. Quarto q: medici corporales non
vident q̇d intus latet. Neꝗ em̃ ſaccũ ape-
riunt ventris aut ſtomachi vt ĩteriora ſcru
tentur: ſed ſolam vrinam ⁊ ſtercora viden
tes: ex eis infirmitatis modum coniectu-
rant. Sacerdotes vero interiora oĩa ſcru-
tant̃ ⁊ vidẽt: nec ſolum ſtercora peccatoꝝ
vident ſed ⁊ portare hñt / exemplo mgr̃i eo
rũ de quo dr̃. Vere languores noſtros ipſe
tulit. Scriptũ eſt em̃. Nume. xviij. Aaron
⁊ filij eius portabũt iniq̇tates populi. Ex
quo (vt inquit Petrus Cãtor) non debẽt
ſuperbire confeſſores: quia ſunt cophini
eccleſie ſtercorarij: ſtercora ſua ⁊ aliorum
extra eccleſie caſtra portantes: nõ ſicut iu-
mentum putreſcens in ſtercore ſuo vel vp
pupa in eodem nidificãs: ſed ſicut animal
domini de quo. Pſalmi. Diuertit ab onera

Univerſidad de Deuſto Biblioteca



bus dorſum eius: manus eius in cophino
ſeruierunt. Et propterea frequenter ſe la-
uare debet ſacerdos qui tantas immundi
cias neceſſe hꝫ tractare. Mēbrū hn̄ ſanū
membro infirmo ſubuenire ſolet: ⁊ mate-
riam morbi ad ſe attrahendo purgare vel
alleuiare membrum morbidum cōſueuit:
ſicut pro epate vel capite leſis cruentatur
digitus ſanus; ⁊ ſic attrahit materiā mor-
bi: ſic ſacerdos ſanus mente infirmos pec
catores ad ſe attrahendo purgare et alle-
uiare ſolet. Sꝫ multi ſoliciti ſunt alios cu
rare ⁊ abſtinentias iniungere/ de ſe nō cu
rantes: ſimiles medicis qui abſtinentiam
iniungunt infirmis: ⁊ ipſi infirmati cuſto
dire non curant. De quibus Luce. iiij. Me
dice cura teipſum. Sexto incumbit ei ſcire
de ipſa ſatiſfactione ſcilicet que dieta et q̄
medicina debet eſſe penitētis. Sicut enim
ſubditus vicez gerit ſpiritualis egroti: ſic
ſacerdos ſpiritualis medici. Et ſicut mate
rialis Phyſicus accedens ad egrotum pri
mo mulcet eū verbis ⁊ compatitur ei: blā
ditur ⁊ ſalutem pollicetur; vt eger cōfidē-
tius detegat morbi quantitatem: deinde
querit de circūſtantijs morbi; puta de tē-
pore morbi et occaſione/ quibus cognitis
ſm̄ morbi quantitatez dietam magis aut
min⁹ extenuat: quoſdā cibos vetat: alios
imperat; ſic ſpiritualis medicus dū ad eū
accedit ſpiritualis egrotus dꝫ eum blādi
mentis allicere vt facilius morbum dete-
gat quo detecto melius concludat ſatiſfa
ctionis medicinam: ⁊ occaſionē peccati ꝑ-
quirat ⁊ originē ⁊ cauſam: vt ſi quis forni
cationis reus ſit: querere dꝫ vtrum moue-
rit concupiſcētiam vel motus fuerit ab ea.
Grauius enim peccat qui mouet ꝙ q̄ mo-
uetur ab ea. Caueat propterea qui ſibi ce-
cum/ ⁊ peruerſum eligit ſacerdotē. Judas
penitēs iuit ad Phariſeos relinquēs apo
ſtolos: ⁊ nihil auxilij inuenit niſi augmen
tū deſpationis: non ſic ſi ad fratres iuiſſet
q̄ orauerūt pro ſocru Simonis ⁊ ꝓ Cha-
nanea poſt Chriſtum clamāte. Tales enim
debent eligi in confeſſores qui ſciunt com
pati infirmitatibus. Sapientes eni medi
ci aīaꝝ oleū habēt: ⁊ vinū Samaritani.
vbera matris in principio vt alliciāt infir
mos/ ne forte nimis cōfundant: in fine ſo
verba patris aliquantulū increpando du
ros ⁊ rebelles: et aſperitatē penitētie tāꝙ
vinū pungitiuum vulneribus infundēdo.

Sed modo pauci tales inueniuntur medi
ci. Non enim intromitteret ſe [. ]e cura filie
regis niſi medicus expertus. Modo fere
ſunt omnes impiti: cōtra doctrinā Grego
rij in paſtorali. Nulla iniqt ars doceri pre
ſumitur: niſi prius intēta meditatione di-
ſcatur. In alijs enim artibus neceſſitātur
prius artes diſcere ꝙ ex eis viuant: q: niſi
eas prius diſcāt: ex eis viuere nō poſſent:
quia tamꝗ imperiti derelinquerentur: et
a nemine conducerentur. Sed in arte offi
ciorum eccleſiaſticorum cum ſit ars natu-
ra nobiliſſima ⁊ exercitio piculoſiſſima/ a
paucis dicitur anteꝙ exerceatur. Et hui⁹
cauſa eſt: quia predicta cōditio in alijs ar
tibus requiſita/ in iſta moderno tempore
nō queritur: quia inſufficiētia in iſta arte
nec artificē repellit quia inſufficiētē que-
runt: nec ad hoc habēt oculū vt ſit prelat⁹
qui eſt ſufficientior ſed qui prodigalior vel
qui propinquior eſt: nec ſacerdos qui pu-
rior ſed q̄ meliori foro ꝯduci poteſt: nec cō
feſſor qui veracior ſed qui facilior. Et hec
eſt cauſa quare plures inſufficiētes ⁊ igno
rantes ſe intromittunt plus in iſta arte ꝙ
in aliqua alia arte mundi. Et forte credūt
non ita eſſe m[.]gnū piculū eſſe ignorātem
in iſta arte ſicut in alijs: ſed oppoſitum vi-
debunt quando ignorans ignorabitur: di
cente dn̄o. Oſee. iiij. Quia tu ſcientiam re-
pulisti: ⁊ ego repellā te ne ſacerdotio fun-
garis mihi. ¶ Quartum officiuz eſt officiū
obſtetricis. Pr[ ]mo educendo de corde pec
catum vt poſtea pariat nouum hominem.
Job. xxvj. Obſtetricante manu dei educt⁹
eſt coluber tortuoſus. i. diabolus iuxta cō
ſuetudinē quarumd[am] nationū: in quibus
mulier primo parit mōſtrum ſcilicet bufo
nem: ⁊ poſtea puerū. Hebree enī mulieres
obſtetricādi hn̄t ſciaz. Exo. j. he mulieres
intelliguntur confeſſores. Primo propter
familiaritatē per quā ſecretiſſima abſcon
ditiſſimorū peccatorum eiſdē creduntur ⁊
reuelantur: ſicut obſtetricib⁹ mulieres pa-
rientes ea que maxime erubeſcunt ⁊ maxi
me abſcondita eſſe volunt/ detegunt ⁊ cō-
mittunt. Secundo propter ſuauitatem cō
trectandi et educendi partum tenellum.

A Sacerdos. Sacerdos gerit officium obſtetricis.

Non enim debent eos dure tractare. Ta-
lē ſe dicebat Paulus obſtetricē. Gal. v. Si
preoccupatus fuerit hō in aliquo delicto:
vos qui ſpūales eſtis inſtruite huiuſmodi
in ſpū lenitatis. ⁊ Rom. v. Debemus nos

firmiores imbecillitates infirmoꝝ ſuſtine
re. Sciat ergo ſacerdos partum nouū edu
cere tenerrimum: ne dura obſtetricatione
ſuffocet ipſum. Scd̄o pānis eum molliſſi-
mis ⁊ ſuauiſſimis inuoluere ſtudeat: ⁊ ca-
lore ſuaui ⁊ muliebri confoueat. Pharao-
nis eſt gladium parare parientibus vt in
terficiant partus earum maſculi: ⁊ Draco
Apoca. xij. iraſcit mulieri parturienti/ ve-
neno triſtitie ⁊ dentibus nimium morda-
cis increpationis ⁊ dure obiurgationis ar
matus. Diabolicum em̄ eſt non letari cuz
vides hmōi mortuos ſuſcitari. Solus em̄
diabolus ⁊ qui ſunt eius non letant. Pan
nis veteribus ⁊ mollibus circūuoluendi
ſunt cubiti Hieremie. Et funiculis pnīe et
confeſſionis extrahendus eſt Hieremias
de lacu. Hiere. xxx. Hec enim ſubmittenda
ſunt ad Hieremiam ſcꝫ conſolationes ⁊ di
uine mīe ꝓmiſſiones: quibus an̄ confeſſio
nem preueniendus eſt ⁊ exhortandus pe-
nitens. Unde in lib. de dono timoris. Qui
dam pirate exiſtentes in periculo tempe-
ſtatis vouerunt ꝙ ſi euaderent confiteren
tur: liberatis eis cum magiſter cuidam ere
mite confiteret ⁊ ipſe euz d[u]re increpans
mitteret ad Papam: turbatus contra euz
interfecit eum: ⁊ ſimiliter fecit ſcd̄o. terti⁹
aūt eum benigne alloquens ⁊ tractans in
iunxit hoc ſolum ꝙ qn̄ videret aliquē mor
tuum iuuaret eum ſi poſſet poni in terra ⁊
cogitaret de morte. Quod cum feciſſet fre
quenter ⁊ deuote: cepit c[o]gitare ſtatū ſuū
⁊ fugiens ad eremum mortuus eſt in ma-
gna pnīa. Tertio propter muliebris beni
gnitatis ⁊ compaſſionis dulcedinem. To-
ta ergo vigilantia ſi[.]dendum eſt confeſſo
ribus vt cautiſſima ſit eoꝝ ſuauitas: ſua-
uiſſimaqꝫ cautela in educendis horrendiſ
ſimorum peccatoꝝ monſtris in lucem con
feſſionis: ⁊ precipue ignominioſe paſſiōis
in peccatis extraordinarijs carnis: ⁊ ī his
que maxime confiteri erubeſcunt: ¶ Quin
tum officium eſt amantiſſimi patris. Sic
em̄ excipiendus eſt penitens a confeſſore
vt ab amantiſſimo patre filius rediuiuus
hoc eſt toto gaudio ⁊ congratulatione: to
to applauſu ⁊ feſtiuitate. Sic enim illum
recipit pater miſarum vt legit Luc. xv. de
filio pdigo reuertente. Nec dꝫ eſſe auarus
in condonādo ⁊ cōpatiendo: vbi deus eſt
largus. Bern̄. Duo ſunt in deo naturalis
manſuetudinis argumenta: ꝙ ⁊ patienter

B Sacerdos. Sacerdos in ꝯfeſſione exercet officium amantiſſimi patris.

expectat delinquentes: ⁊ clementer recipit
penitentes. vn̄ pius pater primo eum ex
cipit gaudens. Scd̄o induit eū meliorib⁹
veſtimentis. In q̄ nō eſt auarus ſed larg⁹
Tertio vnica videt eſſe ſolicitudo patris
de feſtinanda iuētione filij pditi ⁊ ſuſcita-
tione mortui. Nihil icrepationis/ nihil ob
iurgationis ibi fuiſſe recolat ſacerdos: re-
colat quō ſub typo paſtoris centeſimā ouē
ꝓprijs humeris: ⁊ ſub typo mlīeris drach
mam pditam q̄rentis de ſe voluit intelli-
gi: ⁊ cū eā iuenit oēs vicinos ⁊ amicos ad
hoc vt ſibi ꝯgaudeāt ⁊ iuētionē ouis pdi
te cū ipo feſtiuēt/ iuitat. Cū ergo ſacerdos
huius pr̄is ⁊ paſtoris ⁊ mulieris vices ge
rat: nō ſine plauſu ⁊ feſtiuitate ouem illā
inueniet: ⁊ ſi amicus es aut vicin⁹ hui⁹ pa
ſtoris aut mulieris: ꝯgratulari iuberis. Et
nō eſt dubiū qn de ouib⁹ ⁊ drachmis ma
terialibus perditis id faceret: ſi ſue eſſent
ꝯmēdate fidei. Scd̄o quō nō gauderet ſa
cerdos ad tātū diuine bonitatis miraculū
qd̄ maius eſt deo ꝙ creare celum ⁊ terraz
vt dicit Aug. cui applaudit tota curia cele
ſtis. Nō ergo ſe exhibeat triſtez penitenti
cui tota celeſtis arridet militia. Tertio ſci-
at ſacerdos ſe illius eſſe vicarium iudicis:
q̄ vt reis parceret ſubijt mortē atqꝫ pati-
bulum. ꝙ ergo libenter ⁊ ꝙ iocunde peit
⁊ ſine opprobrio: q̄ ꝓ eis voluit opprobria
ſuſtinere: Preterea quō triſtitia ⁊ vult⁹ ſui
auſteritate clauderet eis oſtium ſalutis q̄s
dn̄s iubet intrare: imo ꝯpellit intrare: et
pulſantibus ꝓmittit apertionem: qui dat
oībus affluenter ⁊ non improperat. Si er
go ſacerdos ſeruus illius eſt miſſus ad cō
pellendum intrare: quō eos ſua auſterita-
te diuerteret: Quarto ſi medicū ſe gerit: vbi
eſt conſolatio: vbi familiaritas que debet
eſſe in labijs ⁊ facie medicātis: Si dentes
eius arma ⁊ ſagitte/ ⁊ lingua gladius acu
tus ad occidendum ⁊ trucidandum venit
ſe ſe cognoſcat ſacerdos/ non ad medendū
Sed dices o ſacerdos te ignem ⁊ ferrum
adhibere: vt vſtiones ⁊ inciſiones/ ⁊ caute
ria facias huic egrotāti. Rn̄deo pri⁹ agno
ſcas egritudinem. Febris ferro ⁊ igne nō
curatur: nec oculus. An velis oculum inci
dere vel vrere: ⁊ febricitantem cauteriare
vt ſanetur: Et ſi chirurgicum te vis exhi-
bere: non expedit egrotanti donec aperta
ſint tibi vulnera. Noli fugare a te egrotū:
ſed talem te ei exhibe vt vitam per te que-

460 Universidad de Deusto Biblioteca



rat: ⁊ tenon vt mortem fugiat. ¶ Sextuʒ eſt officium mr̄is munuſculis ꝑuulo blandientis: ꝓmqʒ ꝯſolantis ⁊ trahētis ad bona. de quo Oſee. ij. Lactabo eum ⁊ adducam in ſolitudine. ⁊ Eſa. lxv. Ad vbera portabimini: ⁊ ſup genua blandieꝰ vobʒ. Quō ſi mater blandiaꝰ filio: ita ⁊ ego conſolabor vos. Et ꝓpter hoc confitens nullatenus timere dʒ confeſſorem qui vices matris gerit: q̄n ei reuelet occulta ſua. Errat enim qui pulicem timet: ⁊ in futuro iudicio contra Leonem ſecurus eſt.

¶ Sermo. xx iij. De penitentia. ⁊ de Confeſſione. xviij.

B
Talētū Talēta a deo nobis credita exēplo natura liū rex a nobiſ multiplicanda ſūt.

Ui talentum ſciētie creditum eſt illam ꝑ doctrinam in alijs multiplicare tenetur. Cui vero vite ſanctitas et laudabilium morum honeſtas: ipſam velut ſigillum ⁊ velut formam viuendi aliorum/per exemplorum rectitudinis euidentiam quodāmodo ſigillare ⁊ formare dʒ. Iuxta qō legiꝰ Philip. iij. Obſeruate eos qui ita ambulant ſicut habetis formaʒ noſtrā. ⁊. j. Petri. vlti. Forma facti gregis ex aīo. Notum aūt exemplum euidens in naturis inueniꝰ. Unaqueqʒ em̄ arbor fructifera ⁊ in ſeipſa ꝑficiēs ſemen dilatat ⁊ ꝓuebit: ⁊ ſemen qō ex ea oriꝰ in alijs naturam ſuam multiplicat: ⁊ in oībus gn̄antibus vis gn̄atiua eſt ad multiplicandū indiuidua ſpeciei ſue: quaſi quodā artificio negociationis ad lucruʒ: ⁊ in hoc etiā ip̄a talenta tam̄ ſemina ſpu̅alia ſunt: et nos bono vſu eoꝝ p̄res ⁊ m̄res noīamur ipſorum in quibus illa multiplicauerimus. j. Cor. iij. In Chriſto Ieſu ꝑ euangeliū ego vos genui. Ex talēto igiꝰ ſibi credito ſacerdotes debent ꝑ ꝓuiſe ſacr̄m gn̄are ⁊ multiplicare filios dei. Et ſi in hoc difficultateʒ inueniant ſicut ꝑturientes pariendo filios dei ⁊ ſanctoꝝ opem poſtulant: ſic in ꝑtu ſi difficultas inueniaꝰ deum req̄rant ⁊ beatam virginē quā ſalutabimꝰ dicētes Aue.

E
Sacerdos. Officiū ſacerdotis eſt ſanctificare populum

¶ In hoc ſermone dicemus ſubſequenter de ſeptimo ⁊ vltimo ſacerdotꝭ officio. Septimū igiꝰ ſacerdotis officium eſt officiuʒ ſanctificationis ex quo officio ad abſolutionem ⁊ benedictioneʒ ipſius ⁊ diuini nominis inuocationem vincula peccatorum diſrumpuntur in cordibus penitentium: macule abſterguntur: gratie infunduntꝰ: ⁊ remiſſiones peccatorum gehennalium de diuine largitatis munificen[...] tribuuntꝰ. Propter quod maxime congruit vt ſanct⁹ ſit ⁊ immaculatus: cuius miniſterio penitentes ſanctificantur. Gregorius. Mūda debet eſſe manus que alienas ſordes diluere curat. Malus enim ſacerdos officiū iſtud exercere nō poteſt abſqʒ peccato. Sicut em̄ bonus ſacerdos vocaꝰ angelus bonus. Mala. ij. ſic malus ſacerdos vocari pōt angelus malus: qꝛ ſicut diabolus in oī t̄pe ſuo licet etiam in ſe bono: vt qꝛ credit deo: vel qꝛ ad dei iuſſum de corꝑe egrediꝰ obſeſſo: qꝛ hoc totuʒ facit cum murmure ⁊ aīo malo: ſic ſacerdos malus in omni ſuo miniſterio peccat: vtputa miſſam celebrando: ⁊ ſacr̄a miniſtrando. Et ideo ſacerdos ſepe lauare ſe debet: qꝛ vix officiū iſtō (vt inquit Guilꝰ. Pariſ.) ſine periculo agitur. Uix em̄ mundis manibus contrectantur īmundicie: ⁊ vix tumores ſanioſi ⁊ vulnera ſanguinolenta p̄muntꝰ abſqʒ pollutione manuum. Periclitatur aūt ſacerdos in hoc m̄ltipliciter. ¶ Primo in iudicio diſcernendo inter lepram ⁊ lepram: ⁊ cōſulendo penitenti maxime in materia reſtōnū: votoꝝ: ⁊ caſuum matrimonij. Si eniʒ magna volumina inuertuntꝰ ad conſultandū caſus emergentes in foro exteriori iudiciali: ⁊ vix in multis inueniꝰ nodus materie: q̄d pōt ſacerdos q̄ nō ſolū exteriora ſʒ etiā interiora cognoſcit iudicare ⁊ conſulere? Iudicibus ⁊ p[...]dicatoribus ſolū dedit ea iudicare que exterius manifeſta occurrūt: ac ſi ſolum dimidiam dei iuſtitiaʒ habeāt. Sacerdos autem de oībus de quibus de⁹ iudicare poteſt hab[...] iudiciuʒ. Si ergo iudices tot voluminibus eruditi vix poſſūt litigijs finem imponere: quid faciet ſacerdos qui pauca vidit in tanto iudicandi diſcrimine: ⁊ ideo vt ſacerdos ſit cautus auditor in auditione confeſſionis multa dʒ prudenter agere. Primo debet deum oratione ⁊ ſuimet iudicio preuenire. pſ. Mane oratio mea preueniet te. i. in mane ⁊ in initio conuerſionis peccatoris oratio confeſſoris debet preuenire deum querendo ab eo auxilium ad ſubleuandum aīam peccatoris: ⁊ hoc modo ſi leuauerit ſacerdos oculos ſuos ad montes vnde veniet ei auxiliuʒ ⁊ querat tantūmodo que Chriſti Ieſu ſunt: non que mundi: non que pecunie: aut lucri: preſumendum eſt ⁊ ita credēduʒ

D
Confeſſio. Tria pericula confeſſoris in ꝯfeſſiones audiendo

461



quid veniſti? Ideo melius eſt ei (ſicut dicit doctor ſubtilis) dare penitētiam leuiorē qꝫ grauiorē: qꝛ melius eſt eum mittere in purgatoriū qꝫ in infernū: et ſi dederit ei nimiū grauē debet ab eo tollere ſi reqrat. Si aūt nolit tollere: debet alteri cōfiteri: ⁊ aliū petere qui habeat illā moderari. Sicut tibia fracta per prauū medicū ſit torta: ⁊ per bonū medicū iterū frāgitur: ⁊ bene ſanādo facit eā rectā. ¶ Dicit̄ quarto ꝙ ſacerdos nihilominus ſi perpēdat penitētē eſſe cōſuetudinarium ⁊ facile recidiuare: nō debet ei ita facilē dare penitentiā: vt ex difficultate ſanationis magis ſibi caueat. Qđ em̄ facile ſanatur: nō multū cauetur. Exēplum in his qui portāt theriacā ad vendendū. Habēt em̄ in pixide ſerpentem: quē (quia certi ſunt de remedio) ad ſe mordendū ꝓuocāt: nec expectant ꝙ ſerpēs proprio motu mordeat. Sic multi ſunt quibus dū cito peccata dimittūtur: nō horrēt inde peccare. Habēt enim ſerpentē. i. ſenſualitatem in ſinu. quā Augu. xiij. de trini. ſerpēti comparat: illi. ſ. qui primos parētes tētauit: cui⁹ morſus eſt infectio totius hoīs: nec expectāt ſepe tentationē ſed preueniūt: quaſi excitantes hūc ſerpētem ad mordendū ſe propter preſumptionē celeris remedij: qꝛ ſm Ambroſiū facilitas venie prebet incentiuū delinquēdi. Propterea qui ſunt Rome: ⁊ prope loca in quibus habētur magne indulgētie: et vbi ſunt magne peregrinationes: qꝛ prope ſe remedium habēt/ cōmuniter ſunt peſſimi. ¶ Tertio ꝯſiderare debet ſacerdos perſonā quā audit vt conſiderata qualitate: et cōditione perſone diſcrete corrigat et penitentiā iniūgat. Eſt em̄ coquus dn̄i qui debet moderate ver[illegible]am ſuā ſale diſcretionis ſalire: qꝛ ſi inſulſum miniſtrat: imperitū ſe coquū ꝓbat. Si minus ſimiliter: aut etiā ſi magis. Sic niſi modeſtiā habeat cū pctōre: non guſtat dn̄s opera ſua: nec ſunt ei accepta. Job. vj. ca. An poterit inſulſum comedi: qđ nō eſt ſale conditū? Debet enim ita ſal apponere diſcrete arguēdo: vt ita tāgat vitia ꝙ non perſonā. Unde apl's Col. iiij. Omnis ſermo veſter ſemꝑ in gratia ſale ſit cōditus: vt pro tēpore et perſone qualitate loquātur. Unde dictū eſt aplis. Vos eſtis ſal terre. Nō etiam nimis ſalis apponant: ne alligent onera grauia: ſed quanto dulcior eſt cibus plus exigit̄ ſalis: vt in cōſcientijs dulcibus que maiori volūtate penitentiam ſuſcipiunt. Piſces enim marini plus requirūt ſalis qꝫ aque dulcis: qꝛ dulciores ſunt et firmiores. Sic perſone deuote ſunt capaciores ad maiorē diſciplinam ſuſcipiēdam. Sed ſunt multi qui vel auaritia moti/ vel timore perterriti aliter perſonas menſurāt: quia magnos viros: vt aduocatos et dominos ad longas vlnas mēſurant. Vel quia timent eos: vel aliqđ ſperant ab eis. Ruſticos vero et idiotas libere pungūt. Regnardus enim ſemel audiebat confeſſionē lupi: et audiens ipſum multas oues comediſſe: ſperans ab eo aliquid accipere: dedit ei in penitētia dicere vnum Pater noſter. Audiēs aūt leonē et timēs eum ſimiliter fecit. Audiēs vero aſinū: multum bene caſtigauit eū. Sic ſimplices onerant: hoīes vero ſeculi multū oneratos pctīs facile abſoluūt: a quibus timēt/ vel ſperant aliquid habere. ¶ Quarto cōſiderata perſona: maxime debet ſacerdos parare medicinā cōtra recidiuū. Primo vt fugiat penitens occaſiones peccādi: vt ſi quis fornicatus fuerit: aut ſe ingurgitauerit: ſaltē aliquo tēpore euitet ſocietates cū quibus ſolitus eſt peccare: qꝛ ſm preceptū Joſue. v. Si circūciſus es a peccato per confeſſionē: maneas in eodē loco caſtrorū donec perfecte ſaneris. Quod fiet ſi panē doloris ⁊ penitētie cum ſilētio extra ſtrepitum manducaueris: ſubtrahendo te a ſpectaculis: conſortijs: et perſonis que ſunt occaſio peccandi. Similiter quoties occurret tētatio: vel peccandi periculū: aut prius faciat ſignum crucis: vel memoretur paſſionis chriſti: vel eleuans oculos ad deum petat auxiliū: vel ꝙ prius dicat vnum Aue maria: vel ꝙ ſue mortis memoretur: vel ſi acriter tētetur de luxuria quam ſe dicit nō poſſe vitare: ꝙ ſe pūgat vrticis vel ſentibus: ſicut fecit beat⁹ Benedictus. Et tūc credendū eſt dn̄m ei ꝓpitiari et facere prouentum in tentatione. Eccli. xj. Malitia vnius hore facit obliuionē luxurie maxime: et ita multis alijs modis prudēs ſacerdos ⁊ anime medicus futuro peccati morbo poterit obuiare. Hieronymus. Profeſſis penitētiam periculoſa eſt preteritarum voluptatum recordatio. Caro enim tenerrime nutrita ad preteritas illecebras aſpirat: ſpirituqꝫ eductū de Sodomis: id eſt de peccatis retro aſpicere: etiam in Egyptum et ad allia et pepones Pharaonis hortando redire compellit. Quod

A Confeſſio. Confeſſorē coqu⁹ dn̄i

B Pnīa. Multi vel propter timorē vl' auaritiam nō iniūgūt pniam ſicut debent.

C Satiſfactio. Quōdꝫ iniungi pnia cōtra recidiuum.

Universidad de Deusto Biblioteca



ne fiat abſcõdas cum Rachele idola Labã
ſub fimo.i.ſub ſtramẽtis penitẽtie. Et non
ſolũ peccata:ſed etiã memoriã: vt cum Ja-
cob omnia philateria idolorũ fractorũ ſub
therebynto cõfodias.i. omnẽ circũſtãtiam
et occaſionẽ peccati per memoriã crucis do
minice teipm mactãdo ſepelias: ne occaſio
ne aliqua recidiuũ patiaris ꝓpter hoc ſepe
lias Egyptiũ ſub ſabulo.i.pctm̃ ſub ſabulo
mortis. Cum Moyſe vitulũ cõflatilem in
minutiſſimum puluerem redigas/ſcʒ mor
tis:ne memoria eius refricetur.hec Hiero.

D Satiſ-factio. Utrũ canones in pnia iniũgẽ-da ſint imitandi.

¶ Sed dices quõ ſatiſfaciam ego:cũ ſm̃ ca-
nones vnũ peccatũ mortale requirat ſeptẽ
annos penitẽtie quã nõ poſſem niſi in pur
gatorio complere quod valde terribile eſt.
Utrũ ergo canones in iniũgenda peniten-
tia ſint imitandi:Dicit primo ſm̃ Petrum
cantorẽ:ꝙ ſicut imperator cũ primo legem
ꝓmulgat:vt populus in obſeruatione cau
tior ſit:tranſgreſſoribꝰ legis diſtrictiorẽ pe-
nã infligit:ſic imperator celi ⁊ terre in ꝓmo
legis ſue promulgatione voluit trãſgreſſo-
res ſue legis grauius puniri: vt ſic ſolertio
res eſſent ad cauendũ trãſgreſſiones prece
pti. Jnde in preſentia Petri Ananias cum
Saphyra morte ꝑcuſſus eſt: qꝛ partẽ poſ-
ſeſſionis retinuit: vt ſic alij timerẽt ⁊ a ſimi
li peccato cauerẽt. Propterea in primitiua
eccleſia tãtus ⁊ tã diſtrictus rigor in iniun
gẽdis penitẽtijs obſeruabatur. Sed multi
plicata eccl'ia dei inualuerũt morbi pctõꝝ.
Et qꝛ numerus quodãmodo cedit in defen
ſionẽ:oportuit remitti de pene diſtrictione:
ne penitẽtie diſtrictio potiꝰ eſſet ĩ offenſam
ꝙ̃ in medicinã. Propterea remittendũ fuit
de penitẽtia: vt reuocarentᷣ ꝑ indulgentiã:
qui reuocari nõ poterant per rigorẽ. Jdeo
etiã qꝛ olim natura humana robuſtior erat
ad ferendũ penitẽtie onera ꝙ̃ modo: ⁊ cor-
pore ⁊ aĩa: ſicut naturalis phyſicus potio-
nes antiquitꝰ excogitatas qñ homo robu-
ſtioris erat nature: modo tẽperat ꝓpter in
firmitatẽ imbecillitatis humane. Hec Pe-
trus cãtor. Jn aĩa etiã erant tunc hoĩes ro
buſtiores qꝛ tunc deuotio magis feruebat
ꝓpter recẽtem ſanguinis chriſti effuſionẽ.
Nunc frigeſcẽte charitate tabeſcit deuotio
Unñ Guil. Pariſieñ. Canonice iniunctiones
magis ſunt pene ad correctionẽ peccantiũ
ſtatute ꝙ̃ ſacramẽtales ſatiſfactiões: Nec
tamẽ dubitandum eſt cõfeſſores aliquãdo
ſequi debere ſacros canones: ſm̃ ꝙ fragili
tati noſtrorũ tẽporũ ⁊ qualitati penitẽtiũ
cõgruit. Nam nũc multiplicẽ rupturã ⁊ la
cerationẽ rete Petri patitᷣ: q̃ pre magnitu-
dine concluſorũ piſciũ valde modicũ hodie
habet integrũ vel illeſum. hec Guil. ¶ Dicitᷣ
ſcõo ꝙ facile eſt illã penitentiã: etiã ſi ſeptẽ
annoꝝ fuerit/adimplere. Nã ſit homo ali-
quis q̃ habeat in meſſe colligere mille mo-
dios bladi: quos in cõpetenti tẽpore ſolus
metere non poteſt: non reſtat niſi ꝙ ponat
operarios in meſſem ſuã: ⁊ ſic ꝑ multitudi-
nẽ operariorũ poſſet cõplere meſſem citius
ꝙ̃ ille qui ſolũ habet duos modios collige
re quos per ſe vult metere. Hec meſſis eſt
multitudo hoĩm colligẽda: quos q̃libet de-
bet colligere ⁊ cõgregare in horreũ dñi. Et
ſic faciendo ponet eos in ope ſue ſatiſfactio
nis: qꝛ oĩa bona opera ipſoꝝ ſua reputabũ
tur. Et ſic qñ per ſe oĩno facere non põt de-
bet ponere operarios in meſſem ſuã. Et ſic
quos exhortatione ſua trahet ad bonũ po-
net ĩ meſſem ſuã. Hoc patet alio exẽplo. Si
dicerẽ alicui: interfice talem ⁊ vindica te de
ipſo. Si illũ inſtinctu meo interficeret: ⁊ ni
hil aliud facerem: nec manũ apponerem: tñ
eſſem irregularis ⁊ mihi imputaretᷣ. Et cũ
deus ſit pronior ad miſerendũ ꝙ̃ ad puniẽ
dum: multo fortius bonũ qd̃ in alio procu
ro verbo exemplo: vel facto: meũ erit. Jdeo
dicit Greg. Fratres quantũ poteſtis a pra-
uitate ꝓximos reuocate: ad bene operãdũ
alios trahite: in via dei ſocios habere deſi-
derate. Si q̃s veſtrũ ad forũ aut aliud q̃ꝙ̃
operãdũ pergit: proximũ quẽ otioſum eſſe
cõſiderat vt ſecũ veniat iuitat. Et ſi ad deũ
tẽditis: agite ne ad eũ ſoli veniatis. Jdem
Greg. Fortaſſe q̃s vt indigenti eleemoſynã
tribuat panẽ non habet: ſed maius qd̃ tri-
buere valeat linguã habet. Jaco. vlti. Qui
cõuerti fecerit aliquẽ ab errore vie ſue: ſal-
uabit aĩam eiꝰ a morte: ⁊ operit multitudi
nẽ peccatoꝝ. Gloſ. Si magni meriti eſt car
nem a morte eripere qñq₃ morituram: quãti
meriti eſt liberare aĩam in celeſti patria ſi-
ne fine manſurã: Qꝛ ſi nõ poterit peccato-
rem reuocare a malo ſuo: debet ad deum ĩ
oratione recurrere ⁊ dicere. Dñe deus feci
qd̃ potui: nihil amplius poſſum facere: tuũ
eſt negotium/ſubueni creature tue. Et ſic
multoties accidit ꝙ feruida oratione impe
tratᷣ gratia peccatori qd̃ exhortatione non
poterat: vt patuit in beato Stephano/qui
qñ lapidabatᷣ pro lapidãtibus orauit: inter

E Satiſ-factio. Quõ facile eſt illã canonum pniam: etiã ſeptẽ annoꝝ adiplere.



quos erat Paulus: ⁊ vt creditur Auguſti
no illa oratiõe gratiã Paulo impetrauit.
Sed dicet quis ſacerdoti pniam iniungẽ-
ti: ꝙ ſi alios ad bonũ trahat: occurrẽt ſibi
ſi hec fecerit detractores deriſores cũ gla
dys ligue intoxicatis dicẽtes. Jſte eſt vnꝰ
nouus predicator papelardus. ⁊ tertius e
celo cecidit Cato. ¶ Dicitur primo ꝙ tales
ſunt lupi comedẽtes carnes crudas ouiũ
chriſti: de quibus Mat. x. Ego mitto vos
ſicut oues inter lupos. Sũt etiã canes ra-
bidi. Eccl'i. xvj. Sagitta infixa femori ca-
nis/ſic verbum in ore ſtulti. Aliquãdo enĩ
tantũ latrat contra oues chriſti ꝙ redire
eas facit ad gregẽ diaboli. Sunt etiã fere
(immo feris crudeliores) quia nec leo leo
nem: nec vrſus vrſum deuorat: ſed iſti de-
uorant hoĩes: ⁊ qd̃ deterius eſt ſuos fra-
tres ⁊ patres ſpũales. Tales ſunt inferno
peiores: quia nõ ſolũ malos ſed bonos de
uorant: ĩmo peſſimi homicide interficien-
tes vno ictu tres aĩas ſuis detractionibꝰ:
ſcʒ ſeipſos: audientẽ: ⁊ illum de quo detra
hunt. Bernardus. Gladius triceps ligua
detractoris. Jtẽ proijciũt ſagittas intoxi-
catas quibus vulnerãt vſq₃ ad intima cor
dis: ſcʒ opprobria ⁊ ꝯuitia. ps. Exacuerũt
vt gladiũ linguas ſuas: intẽderũt arcum
⁊c. Talis lingua dicitur gladius qñ percu
tit de prope ſiue aperte: ⁊ ſagitta quando
in abſentia ⁊ occulte ⁊ quaſi a longe. Dici
tur ſecundo ꝙ quãtumcũq₃ iſti lupi para
ti ſint ad mordendum: ſiue ſicut canes ad
latrãdũ: tñ nunq̃ mordere poſſunt aut no
cere ei qui eſt in hac via: niſi exeat viã cha
ritatis. Sed magis ꝓficiũt illi ꝙ̃ ſi nõ la-
trarent contra eum: qꝛ talia ꝓbra augmẽ
tant gloriã patiẽtis. Hec enĩ eſt via ſecura
et excellens charitatis de qua. j. Coꝝ. xij.
Adhuc excellẽtiorẽ viaʒ vobis demõſtro.
Tales vero detractores ſunt extra viã cha
ritatis: ideo nõ poſſunt eis nocere q̃ ſunt
in via illa. Si vero ꝯtingat eos intrare il-
lam viã erũt pacifici nec latrabũt: nec erũt
lupi vl' canes: ſʒ fiẽt agni: ⁊ ſic implebitur
illud Eſaie. xj. Habitabit lupus cũ agno: ⁊
pardus cum hedo accubabit.

A Detra-ctio. Proptᷣ detra-ctores nõ ẽ di-mittenda con-uerſio maloꝝ.

¶ De pnia ſmo. xxxij. ⁊ de orõne q̃ pars
ſatiſfactiõis aſſignari ſolet ſermo pri-
mus per thema precedens.

B Oro. Quõ orõ di-rigitur

Cum debeamus iti
nere triũ dierũ ſupradictoꝝ am
bulare ad hoſpitiũ eternũ: neceſſe eſt pre-
mittere nũtiũ q̃ oĩa ibi diſponat ⁊ ꝑparet
Hic nuntiꝰ eſt oratio ad cuiꝰ cõductũ tria
orat Pſalmiſta. Primo q̃rit vt dirigatur.
ps. Dirigatᷣ oratio mea ſicut incẽſum in cõ
ſpectu tuo. Scõo vt appropinquare poſ-
ſit iudici ſiue dño hoſpitij. ps. Appropin-
quet deꝑcatio mea in conſpectu tuo. Ter-
tio vt intret. ps. Jntret oratio mea in con
ſpectu tuo. Dirigitᷣ ei ꝑ confeſſionẽ: qꝛ qñ
eſt extra viã nõ ceſſat errare. Si eĩ q̃s defi
cit a via quãto graditᷣ tanto magis aber-
rat. Extra viã paradiſi eſt pctõr: ſola autẽ
confeſſio ponit pctõrem et nuntiũ eius in
viã rectã. Eccli. xviij. Ante orõnẽ prepara
aĩam tuã. Quãdiu eĩ homo eſt in pctõ: q̃ſi
nubes interponitᷣ pctm̃ ne oratio tranſire
poſſit. Ezech. iij. Poſuiſti nubẽ iniquitatẽ
tuam. Et ita ꝯfeſſio purgat nubẽ ⁊ dirigit
orõnẽ: ſed appropinquat ꝑ humilitatem ⁊
amaritudinem ꝯtritionis. De humilitate
Matth. xix. Sinite ꝑuulos venire ad me.
De amaritudine. iiij. Reg. v. Acceſſit Gie-
zi vt amoueret eam: ⁊ ait hõ dei. Dimitte
illam: aĩa eiꝰ in amaritudine eſt: quaſi di-
ceret. Dimitte vt appropĩquet: qꝛ amaro
eſt aĩo. Tertio intrat ꝑ inſtantiã et deuo-
tionẽ. Dicebat eñ dñs Luce. xviij. parabo
lã quõ opʒ ſemꝑ orare: et nunq̃ deficere
Dans exẽplum de iudice q̃ nõ reuerebatᷣ
deũ neq₃ hoĩem: et tñ per inſtãtiã vidue
ꝯpulſus eſt facere iuſtitiã. Nõ eñ eſt bonꝰ
nũtius: qui q̃cito poteſt intrare deſiſtit:
ſed debet inſtare et ante fores vigilare.
Rom. xij. Orõnibꝰ inſtãtes. Luc. xj. Pro-
pter iprobitatẽ dabit ei quotq̃t hʒ neceſſa
rios. Uel al'r. Dirigitᷣ orõ ꝑ occultationeʒ
ne iueniatᷣ theſaurus hũilitatꝫ a latroni-
bus: ⁊ ſic nũtius depẽdetᷣ: vt infra magis
patebit. Proptᷣ qd̃ ſaluator Mat. vj. Jn-
tra in cubiculũ tuũ: ⁊ clauſo oſtio ora pa-
trẽ tuũ. Sed appropinquat ꝑ ieiuniũ. Eſt
eñ oratio quaſi auis q̃ ieiunio tenuatur
vt poſſit expeditiꝰ volare: quia pĩguedine
impeditur: ⁊ ſatiata non volat ad ꝑdam
quia Prouer. xxvij. Anima ſatiata calca-
bit fauũ: eſuriẽs autẽ etiã amarũ ꝓ dulci
ſumet: qꝛ ſatietas facit cibũ abominabilẽ
fames vo delectabilẽ. Sed oratio ꝑ elee-
moſynã intrat: qꝛ oratio eſt nũtiꝰ petitio
nariꝰ. Qui ſi auarꝰ fuerit ianitoribꝰ: clau-
detᷣ ei oſtium: ſi munificꝰ patebũt ei oſtia
Prouer. xviij. Domum hoĩs dilatat viã

appro-pinq̃t ⁊ itrat corã deo.

Universidad de Deusto
Biblioteca



eiꝰ: ⁊ ante principes viã ei facit. Oẽs illi
pauperes quibus damus eleemoſynã pul
ſabunt ꝓ nobis ad oſtiũ. Jmmo ipſi ſunt
ianitores q̃ aperiẽt: ⁊ non ſolũ illi ſ ⁊ btã
virgo cui iſte nuntius ꝓpinabit ſalutẽ an
gelicam ſcilicet. Aue.
¶ Q: in ſupioribus ſermonibꝰ ſatis dictũ
eſt de ſatiſfactiõe in gñali: nunc dicẽdũ eſt
de partibꝰ eius q̃ ſunt oṙo/ieiuniũ/ ⁊ ele=
emoſyna. Et q: de ieiunio et eleemoſyna
ad longũ dictũ eſt in ſermonibꝰ quadrage
ſimalibus. ideo principaliter inſtabimus
materie oṙonis circa quã plura dicemus.
Primo q̃ ſunt motiua ad orandũ. Scḋo q̃
ſunt preparatiua. Tertio qualr̃ ſḿ ↄditio
nes nuntij oṙo eſt ad deum tranſmitẽda
℄ Oro. Sex ſũt motiua ad orãduꝫ deum.
¶ Pro primi igit̃ expeditõe ſex motiua ad
orãdum deũ poſſumus inuenire. Primum
motiuũ eſt natura rerũ inſenſibiliũ. Prio
nos docet terra nimis ſicca: q̃ quaſi a deo
petens pluuiã hiat ſurſum diuerſis ſciſſu=
ris: quaſi innuens rõnabili creature vt os
aperiat ad ſupna fluẽta obtinẽda: dicens
patri miarum. Anima mea ſicut terra ſine
aqua tibi. Scḋo terre naſcẽtia: vt herbe et
arbores quot flores quot folia hñt: tot lin
guas ſuo creatori erigunt: quaſi augeri et
perfici poſtulantes. Et quaſi clamantes.
Jmperfectũ noſtrũ viderũt oculi tui dñe.
Tertio iumẽta ⁊ aues hoc nos docẽt. Bos
eñi indigẽs pabulo aut potu caput ſurſuꝫ
quaſi ad deũ eleuans: ⁊ qḋ ſibi neceſſariũ
eſt ab eo poſtulãs mugit: aſinꝰ rudit: equꝰ
hinnit. Johe. j. Jngemuit aĩal: mugierũt
greges armẽti: q: non ſunt paſcua eis. Et
ſequitur. Beſtie agri quaſi area ſitiens im
brem ſuſpexerũt ad te. Similiter pulli hi=
rundinum ⁊ coruoꝝ qñ eis eſca deficit ad
eum clamant. p̄s. Qui dat iumẽtis eſcam
ipſoꝝ: ⁊ pullis coruoꝝ inuocãtibꝰ eũ. Pro
pterea Eſa. xxxij. dicebat quidã volẽs ora
re debite. Sicut pullus hirundinis ſic cla
mabo/oṙone vocali: meditabor vt colũba
oratione mẽtali. Quarto nos idẽ docẽt ca
nis ⁊ catulus q̃ leuant oculos ad magr̃os
ſuos vt habeãt cibos: ⁊ quaſi quibuſdam
paruis clamoribus hoc eis inſinuãt: ⁊ hõ
beſtialior non vult leuare oculos ſuos ad
deum: vt inde recipiat anime ſue cibũ. Jſi
dorus. xij. Etymo. dicit ꝙ mergꝰ (auis di=
cta ab aſſiduitate mergẽdi) p̄uidẽs futurã
equoris tẽpeſtatẽ cito ad littora cũ clamo
re tẽdit. Jn quo docent̃ iuſti q̃ in hoc ma=
ri magno ſepe mergunt̃ in aq̃s tribulatio
nũ: ſ nõ ſubmergunt̃: ꝙ videñ[illegible]s tẽpeſta=
tem huius maris nimis grauẽ/ ſtatim ad
littus. i. ſinũ diuine clementie cũ clamore:
q̃ eſt valida precũ inſtãtia: cito ꝓperẽt. Jn
illo eñi littore quies eſt a tẽpeſtate. Joan.
xviij. Jn mũdo p̄ſſurã habebitis: ĩ me aũt
pacẽ. ¶ Scḋm motiuũ ad orãdũ deũ ſunt
exẽpla ſctõꝝ p̄deceſſoꝝ nr̃oꝝ: q̃ ita fuerũt
aſſidui in oṙone ꝙ nõ ſufficiebat eis dies
niſi etiã in oṙonibꝰ pernoctarẽt: vt pꝫ in
Dauid: q̃ lꝫ veſpe: mane: ⁊ meridie oraret:
immo in die ſepties laudẽ deo diceret: ĩñ
media nocte ſurgebat ad ↄfitẽdũ ei cõfeſ
ſiõe laudis. Nec mirũ: q: melleã illã dulce
dinẽ ſepe deguſtare cupiebat: qua guſtata
dicebat. q̃ dulcia faucibꝰ meis eloq̃a tua.
Scḋm exẽplũ in Maria et filio eiꝰ. Nam
Maria pauca legit̃ locuta fuiſſe: niſi tãtũ
modo verba oṙonis: aut laudis: aut gr̃aꝝ
actiõis: vt pꝫ ad longũ in ſuo cãtico. Sic
filius eiꝰ q̃ cũ tota die ꝓ hoĩm ſalute labo
raſſet: nihilominꝰ turbis dimiſſis deſerta
loca petebat ⁊ mõtẽ aſcẽdebat: in quo ſo=
lus in oṙone ad patrẽ ſuũ directa pnocta=
bat: vt ḋr Mat. xiiij. Mar. vj. Luc. vj. Qḋ
repreſentat di[illegible]onꝰ in miſſa cũ offert thu
ribulũ ſacerdoti. Tertiũ exẽplum in Anna
ꝓphetiſſa: de qua ĩ euãgelio. Lu ij. Que nõ
diſcedebat a tẽplo ſeruiẽs deo ĩ ieiunio: et
obſecratiõibꝰ die ac nocte. Quartũ exem=
plum eſt apl̃oꝝ: q̃ oẽs erãt pſeuerantes in
oṙone in cenac[illegible]o: donec deſcẽdit ſup eos
ſpũs ſanctꝰ. Act. j. Sic de btõ Bartole=
meo ḋr ꝙ cẽties in die ⁊ cẽties in nocte ge
nua añ deuꝫ flectebat. Sic de btõ Jacobo
minore: q̃ ad modum [illegible]cameli aſſiduitate
orandi in genibꝰ callos ↄtraxerat: ⁊ cũ ꝓ=
pter ↄfeſſionẽ ⁊ p̄dicationẽ fidei de pinna
culo tẽpli a Judeis eſſet p̄cipitatꝰ/ ↄuerſꝰ
ſup genua orabat: ⁊ orãdo lapidabat̃ q̃uſ=
q̃ꝫ partica fullonis excerebrabat̃. Quintũ
exẽplũ eſt ſctõꝝ martyrũ: qui nec propter
dolorẽ mortis ab oṙone ceſſabãt: aut ꝓpt̃
tormẽta illata. Sic Stephanus ab oṙone
reuocari nõ potuit turbine lapidũ: ſ oran
do emiſit ſpm̃. Sic btã Agnes ĩ medio flã
maꝝ expanſis manibꝰ orabat. Sic beatus
Vincentiꝰ erectis ĩ celũ luminibꝰ p̄cabat̃.
Sic Chriſtus dñs factꝰ in agonia mortis
prolixiꝰ orabat. Sic in hiſtoria eccl̃iaſtica
lib. v. legit̃ ꝙ q̃dã vir artis medicine pitꝰ
noĩe Alexãder: cũ in ciuitate Lugdunẽ.



aſſiſteret ꝓ tribunali: cõpaſſꝰ q̃buſdã mar
tyribus ſig[illegible]is quibꝰ poterat eos ad tolle
rantiã aĩando deꝓhẽdit̃. Tandẽ inquirit̃:
et ſe eſſe chriſtianũ ↄfeſſus diuerſis gñibꝰ
tormentoꝝ affligit̃. ⁊ cũ ꝑ diuerſa tormen
ta laborãt tortores maxĩe ſupra craticulã
candentẽ vt eiꝰ oṙonẽ interrũperẽt: nõ po
tuerũt ab eo vnũ extorq̃re verbũ: ſ ĩ oṙo=
ne p̄manſit ĩmobilis vſq̃ꝫ ad mortẽ. Jmmo
⁊ adhuc ſanguis ⁊ merita martyꝝ clamãt
ad dñm de terra ꝓ nobis. p̄s. De celo ĩ ter
ram aſpexit: vt audiret gemitꝰ cõpeditoꝝ
id eſt vinctoꝝ ꝓ chriſto: quoꝝ ſanguis me
lius loquit̃ q̃ Abel. Sextũ exẽplũ eſt con
feſſoꝝ ⁊ virginũ. Btũs eñ Martinꝰ oculis
ac manibꝰ in celũ ſemꝑ intentꝰ inuictũ ab
oṙone ſpm̃ non relaxabat. Sic btã Cecilia
cũ alij cãtarẽt in organis: ſoli deo decãta=
bat orãdo: ⁊ nec diebꝰ aut noctibꝰ a collo
quijs diuis ⁊ oṙone ceſſabat. Si tales iu=
ſti et meritis pleni ita aſſidue ad deũ cum
oratiõibꝰ recurrebãt: q̃d nobis miſeris et
pctõribꝰ ↄtiget: q̃ vix vel ad momẽtũ ora=
re poſſumꝰ. Cãti. viij. Qui habitas ĩ ortis:
ſcꝫ eccl̃ie: amici auſcultãt te. i. ãgeli: fac me
audire vocẽ tuã. j. Coꝝ. iiij. Spectaculũ fa
cti ſumꝰ deo: angelis: et hoĩbꝰ: immo etiã
quãdoq̃ꝫ offerũt preces noſtras. Tobi. xij.
Cũ orares cum lachrymis ego obtuli oṙo=
nes tuas in cõſpectu dei. Jmmo q̃ñq̃ꝫ nos
preueniũt nobiſcũ laudãdo deũ. p̄s. Pre=
uenerũt principes ↄiuncti pſallẽtibꝰ ĩ me
dio iuuẽcularũ tympaniſt[illegible]arũ id eſt aĩa=
rũ cruci pn̄ie affixarũ: ſicut pellis in tym=
℞ Oratio Officiũ orãdi ẽ nobiliſſimum
pano figit̃. ¶ Tertiũ motiuũ eſt nobilitas
et excellentia officij orãdi: qḋ penſatur ex
duobꝰ. Primo ex n[illegible]bilitate coꝝ q̃ hoc ex=
ercent officiũ q: nõ eſt officiũ ruſticoꝝ: vt
fodere: arare: putare ⁊ ſic de alijs. Sed eſt
officiũ filij dei ⁊ matris eius: ⁊ angeloꝝ: ⁊
ſanctoꝝ: qui inceſſanter ꝓ nobis illud offi
cium exercent in celis. Jude. j. Reg. xij. di=
cit Samuel ad populũ. Abſit vt ceſſeꝫ ora
re pro vobis. Officium eñi filij dei eſt deo
patri orationes noſtras preſentare. Jdeo
in omni oratione q̃ dirigitur ad patrẽ po
nitur in fine per dñm Jeſum chriſtũ. Ber=
nardus. Securum habes acceſſuꝫ o homo
ad deum: vbi habes filiũ ante patrẽ: ma=
trem ante filiũ. Mater oſtẽdit filio pectꝰ
et vbera: filiꝰ oñdit patri latus ⁊ vulnera:
nec vlla erit repulſa vbi tot ↄcurrũt chari
tatis inſignia. j. Jo. ij. Aduocatũ habemꝰ
apud patrẽ ⁊c. Jtẽ eſt officiũ ſpũs ſcti qḋ
facit in nobis. Rom. viij. Jpſe ſpũs poſtu
lat ꝓ nobis gemitibus inenarrabilibꝰ: id
eſt pces ⁊ gemitꝰ noſtros quos ipſo inſpi
rante fundimus: deo patri ⁊ filio: ⁊ ſibiip̄i
acceptabiles reddit. Sꝫ ꝙ ſit nũc ſctõꝝ of
ficiũ in celo: pꝫ Apoc. viij. Et tã grãde eſt
iſtud orãdi officiũ: vt etiã Paulus apl̃s ſe
minꝰ ad hoc ſufficientẽ diceret. Rom. viij.
Quid oremꝰ ſicut opꝫ neſcimus: ꝓpter qḋ
frequẽter orationes aliorum flagitabat. j.
Theſſa. vlt. Fratres orate pro nobis. Sꝫ
officiũ angeloꝝ eſt libẽter audire oṙones
⁊ laudes quas deo agimꝰ: ⁊ eas ei offerre.
Scḋo penſat̃ nobilitas iſtiꝰ officij ex par=
te orãtis. Nã qui orat cũ deo loquit̃. Ma=
gnꝰ ẽ honor ſepe loq̃ cũ aliquo pricipe: ma
ior cũ rege: multo maior cũ rege regũ. Vñ
Petrus cãtor. Duo ſunt excellẽtiſſima viri
ſpũalis opa: orare ſcꝫ ⁊ legere. Qui orat lo
quit̃ cũ deo: q̃ legit deꝰ cũ eo loquit̃: lectio
oṙonẽ impiguat: oratio lectionẽ illuminat:
lectio tñ eſt pediſſequa oṙonis. Quidã au
tem totũ tp̄s expendũt in obſequiũ ancil=
le nihil dãdo dñe. Vinc eſt ꝙ Agar q̃ ĩter=
pretat̃ filia cupiditatis: vidẽs ſe cõcepiſſe
ſpreuit dñam ſuã: q: viri docti ↄcepto fetu
ſciẽtie ſpnunt orationẽ. Nihil autẽ delecta
bilius q̃ꝫ cum deo loqui. Jdeo oratio nobi
lior eſt ⁊ deo ꝓpinquior q̃ eleemoſyna vel
ieiuniũ. Qui eñi orat quaſi facie ad faciem
deũ añ ſe ↄſtituit. Eleemoſyna ꝑ manum
paupis deo mittit̃: ieiunium ꝑ carnis affli
ctionẽ deo oñdit̃: oratio p̄ſentẽ dñm allo=
quit̃. Vñ refert liber de donis: ꝙ quidam
curſor cũ diu ſeruiuiſſet regi Frãcoꝝ Phi=
lippo: ⁊ videret ꝙ q̃ habebãt acceſſum ad
regẽ ⁊ familiariter ad aurẽ eius loquebã=
tur: ab alijs plus honorarent̃: ⁊ multũ di=
tarent̃: ait regi. Dñe multo tp̄e ſeruiui vo=
bi nihil inde p̄mij recipiẽs: ſaltẽ vel me re
muneritis de aliquo qḋ nihil cõſtabit vo=
bis. Cui cum rex ↄceſſiſſet ait. Peto quan
do eritis ĩ curia veſtra corã multis: audia=
tis me vſq̃ꝫquo ego vnum pater noſter di
xero vobis in ſecreto ad aurẽ. Qḋ cum fie
ret: ceperunt vidẽtes admirari quõ ita fa
miliariter ſingulis diebus loq̃ret̃ regi. Et
ſic receperunt eum honorare: ⁊ multa dan
do petitiones ſuas per eum regi porrige=
re. Si ſic honoratus eſt hiſtrio qui fami=
liariter loquebat̃ terreno regi: quãto ma=
gis q̃ familiariter orans loquit̃ cum deo.

Universidad de Deusto Biblioteca

B Oratio Oro eſt maximi boni lucratiua

¶ Quartū motiuū ad oꝛanduȝ deū eſt: qꝛ hoc officiū eſt multū lucratiuum qꝛ quicq̃ oꝛās vna hoꝛa pluſq̄ totū mundū lucrat᷑: imo pluſq̄ valeāt mille mundi: qꝛ deum/ grām/ ⁊ gl̃iā. Act. ij. Oꝛantibꝰ aplis ſpūs ſanctꝰ eis datus ē. Et Luc. xj. Pr̄ veſter celeſtis dabit ſpm̄ bonū petentibus ſe. Hoc oꝛādi officium ſile eſt vſure: qꝛ hoc officio homo lucrat᷑ die ⁊ nocte ſanus ⁊ infirmꝰ iuuenis ⁊ ſenex/ ſtando ⁊ ſedēdo: ſi vult illud digne exercere. Inde Jo. xv. Petite et accipietis: vt gaudium vrm̄ ſit plenum: cuius plus valet vna gutta q̄ȝ totus mūdus Non eñ dat dimidium regnum vt Aſſuerus ipſi Heſter: ⁊ Herodes filie ſaltanti: ſȝ totum: qꝛ gaudiū plenū. Sicut ei terra (lȝ grauis) eleuat᷑/ tñ rurſum mediante fumo calido ſibi incoꝛpato: ⁊ dū aſcēdit ſurſum poſtea redit cū multo fructu: qꝛ conuertit᷑ in pluuiā q̄ roꝛe fecūdat terrā: ſic ferueus oro coꝛ nr̄m eleuat ad Chꝛiſtū: ⁊ cū multo fructu reuertit᷑ ad oꝛantē. ps̄. Oro mea in ſinu meo conuertet᷑. Sed diceret aliqs: q̄ uis officiū oꝛādi ſit multū lucratiuū: tñ cū difficultate hr̄ iſtud vñ lucrat᷑. Rñſio. q̄ ope oꝛādi nihil facilꝰ hr̄i pōt qꝛ dr̄ in. ps̄. Apud me oro deo vite mee. Gloſ. Apō iuſtū ſemp eſt qđ dare pōt ſcȝ oro: quā ſi nō pōt dare voce: pōt dare mente. Nō eñ ab hoc pōt ſe hō excuſare infirmitate vel paupertate: qꝛ ſi dr̄ ei ieiuna: pt̄ rñdere nō poſſum: qꝛ infirmus ſum. Si ei dr̄: fac eleemoſynam: pōt rñdere non poſſum qꝛ pauper ſum. Si ei dr̄ oꝛa: non pōt dicere hoc: qꝛ ſi nō pōt oꝛare voce: pōt oꝛare coꝛde deſiderando ⁊ bene volendo. Ipſa eniȝ bona voluntas ⁊ deſideriū oꝛādi q̄ſi quedā eſt oro.

C Oratio Facile hr̄i pōt oratio.

D Oratio Oro eſt enceniū deo placens.

¶ Quintū motiuū: qꝛ oro ē enceniū maxie deo placens. Primo qꝛ tātū plȝ ei q̄ ipſe etiā ꝓuocat nos ad oꝛandū. ps̄. Aperi os tuū: ⁊ iplebo illud. Ipſe eñ eſt ſicut mater vel nutrix: q̄ nō pōt dare nutrimētū puero: niſi puer os apiat. Iubet ergo dñs apire os in orone: vt ipſe illud impleat. Scđo qꝛ oro eſt holocauſtuȝ ſpūale quo adoꝛat᷑ pater celeſtis in ſpū ⁊ v̄itate. Nā Joā. iiij. Tales pr̄ querit q̄ adoꝛēt eū in ſpū ⁊ v̄itate. Tertio qꝛ orone deus recognoſcit᷑ tamq̄ dñs gñalis: ad quē in neceſſitate recurrit: ⁊ ei tāq̄ dño ꝓ cenſu exhibet᷑. ps̄. Sacrificiū laudꝭ honoꝛificabit me. Quarto qꝛ in orone deus reficit᷑ de nr̄is viſceribus: de quibus ei cibum amantiſſimum paramus. Ipſe eſt enim auis venatica nobilis que de coꝛde ꝓde delectabilius reficitur. Cryſoſt. Solam orationem quaſi ſpeciale tributuȝ anima offert deo de ꝓpꝛijs viſceribus. Prouer. xxiij. Fili da mihi coꝛ tuuȝ. Et rñdet. ps̄. Paratum coꝛ meuȝ deus: paratum coꝛ meum. Paratum quidem ad recipiendum in contritione: ⁊ ad te reficiendum in deuota oratione. Eſt enim q̄ oꝛat: ſicut qui pñtat regi encenium magnum ⁊ nobile: quod ſolum pñtari dȝ ꝑ nobilē domicellum ſcȝ iuſtum. Sed ſicut regi male offert qui ſibi offert ferculum coopertum cuȝ muſcis: ſic qui oꝛat non dȝ deo offerre orationem cum cogitationibus venenoſis ⁊ immundis. Quinto hoc apparet: qꝛ facile qđ oꝛando petit᷑ admittit. Oratio enim noſtra totaliter innitit᷑ diuine clementie/ non noſtre iuſtitie. Seneca lib. de clementia. Clementia nullum magis q̄ regeȝ vel pꝛincipeȝ decet. De Tito legit᷑ q̄ tante clementie erat q̄ conuictos aduerſum ſe de coniuratione dimitteret: ⁊ eadem familiaritate quam pꝛius habuit cum eis cōicauit. Nulli vnq̄ petenti q̄cq̄ negauit: ⁊ cuȝ ab amicis ſup hoc repꝛehenderet᷑: rñdit nullum triſtem ab imperatoꝛe debere recedere. Quāto magis ſimilia ſperanda ſunt de ſuprema regis oīm clementia. ¶ Sextū motiuum eſt: qꝛ oro eſt ſummū ꝯ pericula pñtia ⁊ futura ꝓuiſa remediū ⁊ pſidiū: q̄ qui dē picula tot ⁊ tanta ſunt q̄ nō eſt numerus. ps̄. Circūdederunt me mala quoꝛum non eſt numerus ⁊c. Et ſequit᷑. Multiplicati ſunt ſup capillos capitis mei ⁊c. Jō dñr oꝛat dicens. Cōplaceat tibi dñe vt eruas me ⁊c. Exiſtentes enim in periculo magno debemus clamare ad dñm: vt inuaſi a latronibus/ oppꝛeſſi a pꝛedonibus infernalibus/ obſeſſi ab hoſtibus/ ſucceñſi vndiq̄ a deſiderijs carnalibus vt quaſi ſuffocati in aqua voluptatuȝ: ⁊ vt vidēres ſtragem fratrum nr̄oꝛum. debemus etiā ſi eſſemus monachi frangere ſilentiuȝ: ⁊ clamare ad dñm. Nec mirū: qꝛ orones ſunt arma iuſtoꝝ ꝯ aīe hoſtes. ij. Mach. xv. Singulos eoꝝ armauit: nō clypeo aut haſta/ ſȝ optimis ſmonibꝰ. Aug. iij. de ciui. dei dicit q̄ Romanis dū poſt bellum Carthaginenſe defuerunt arma bellica: ꝓ republica pugnaturi neceſſitate compulſi arma tēplis affixa ⁊ oblata traxert: vt ſuos milites armarent. Sic nos afflicti ⁊ tribulati: ad arma tēpli ſ orationes deuotas ſi auxilia humana deficiant: recurrēdū eſt. ij. Para. xx. Cū ignoꝛamꝰ q̄d agere debeamꝰ hoc ſolū reſidui habemꝰ vt oclos dirigamus ad te. Tūc oclos ad deū dirigimꝰ qñ in orone tā aſpectū q̄ affectū ad eū erigimꝰ. Greg. Qꝛ ſemp ſumꝰ in miſeria ſemp indigemꝰ mīa. Sȝ multi ſunt ſiles onagro: q̄ duȝ paſcua querit foꝛtiter rugit: ſed poſtq̄ paſcua pinguia inuenerit: ſilet. Sic multi qñ indigēt et ſunt in afflictiōe: clamāt ad deū foꝛtiſſime. ps̄. Clamauerūt ad dñm cū tribularētur. Sȝ poſtq̄ hñt qđ petunt ⁊ ſunt in ꝓſperitate: a tali clamoꝛe ſilent. Job. vj. Nūquid rugiet onager cū habuerit ventū: et mugiet bos cū ante pſepe plenuȝ ſteterit? Iſti aūt nō ꝑueniūt ad illđ qđ eſt optimū in orone: ſcȝ ad gratiaꝝ actionē: q̄ eſt quaſi finis oronis. Eccli. vij. Melioꝛ eſt finis orātiōis q̄ pꝛincipiū: imo de talibꝰ verificatur illud. ps̄. Oratio eiꝰ fiet in pctm̄. Secundo orones ſunt arma: nō ſolū ꝯtra nequitias ſpūales: ſȝ etiā cōtra viſibiles hoſtes. Sic oꝛabat beatꝰ Ambꝛoſiꝰ cōtra tyrannidē Valētiniani iunioꝛis. Dicebat ei arma ſua lachꝛymas ſua eſſe et orones. Sic oꝛauit Judas machabeus cōmiſſurꝰ pꝛeliū contra Goꝛgiā. j. Machabeo. iiij. et tunc vicit. Sic videns exercitū Nicanoꝛis foꝛtē. j. Mach. vij. oꝛauit: ⁊ iterū vicit. In alijs duobꝰ pꝛecipuis bellis nō legit᷑ oꝛaſſe. Primo ꝯtra Antiochū Eupatoꝛē: ⁊ tūc nō vicit: ſȝ diuertit. j. Macha. vj. Scđo cōtra Bachidē ⁊ Alchimū: ⁊ tūc in bello cecidit. j. Macha. ix. Sic Moyſes leuās manus vincebat Amalech Exo. xvij. Ex q̄ apparet virtꝰ oronis in piculis. Tertio quia oro eſt q̄ſi q̄dā ſcutū qđ diuīe idignatiōi in piculis eſt opponēdū: qꝛ ſicut ſcutū ꝓhibet ictū lancee vel ſagitte: ſic oro hoīem a ſagitta idignatiōis ire dei. Per eā enim tuemur a dei iuſtitia: ⁊ currimꝰ ad dei miſericoꝛdiā: vt in ea tuti ſimus. Et hoc iđ: qꝛ mīa dei eſt q̄ſi mōs quidā: iuxta illud. ps̄. Exaudiuit me de monte ſctō ſuo: id eſt de mōte mīe ſue. Vñ Vegetiꝰ lib. iij. de re militari. Aptioꝛ locꝰ et ſecurioꝛ exercitui peditū eſt locus mōtuoſus: exercitui v̄o eq̄tum: cāpus planus. Vñ ⁊ Titus liuiꝰ lib. iij. de bello Punico: dicit q̄ exercitꝰ equitū Penoꝛū fuit melioꝛ q̄ Romanoꝝ. Et iđ in cāpo plano ab eis victi ſunt. Exercitꝰ autē eccleſie eſt quaſi peditū. i. humiliū ⁊ manſuetoꝝ. Exercitꝰ vero cōtrariꝰ ſcȝ demonū eſt quaſi equitū. Juxta illud. ps̄. Hi in curribus: ⁊ hi in eq̄s. Ideo hoſtes noſtri ſemper vellēt cāpū planū qñ nobiſcū pugnāt. Nā cāpus planus eſt eq̄tas iuſtitie. Sciūt eni q̄ ſi iuſte agat᷑ nobiſcū: vincēdi ⁊ interficiēdi ſumus. Jō exercitꝰ eccl̄ie hoc ꝑpendens occupat montē: id eſt altitudinē diuine mīe: iuxta illud Gen̄. xix. Ne ſtes in oī circa regiōe: ſȝ in mōte ſaluū te fac. Cuius mōtis altitudinē innuit. ps̄. dicēs. Miſerationes eius ſup oīa opa eius.

E Oratio Oratio eſt ꝯ pi cula ſummū remediū.

A Mia. Mia dei ꝯpa rat᷑ mōti.

¶ Sermo de penitentia. xxxiij. ⁊ ſpecialiter de oratione ſermo. ij.

B Oro. De triplici genere orātiū.

**T**Ertie diei leucā pꝛimā ꝑficit oratio q̄ eſt ſatiſfactiōis tertia pars. Orātiū aūt tripler inuenit᷑ gradus. Nā quidā oꝛant ꝓſtrati: quidā genibꝰ flexis: aut ſedētes: quidaȝ vero ſtātes. Oꝛabat ꝓſtratꝰ Dauid qñ ij. Reg. xij. Depcatus eſt dñm ꝓ paruulo: et ingreſſus ſeoꝛſum iacuit ſup terrā. Siliter iacēs in lecto oꝛauit Ezechias: qñ cōuertit faciē ſuā ad parietē. Qui ſic oꝛant illiꝰ typum gerūt q̄ dixit. Memento q̄ſo q̄ ſicut lutū feceris me: q̄ ſe puluerē ⁊ cinerē recogitāt: qꝛ oratio humiliātis ſe penetrat nubes. Retrocedit ei vt meliꝰ ſaltet. Sic oꝛauit dñs in faciē ſuā cadēs. Oꝛabat autem Moyſes genibꝰ flexis: vel ſedēs ſup lapidem quē Aarō ⁊ Hur poſuerāt ſubter eū: qñ Joſue ſupauit Amalech. Exo. xvij. Sic oꝛauit Helias cū ſederet ſubter vnā iuniperū. iij. Reg. xix. Qui ſic oꝛant gerūt illiꝰ foꝛmā qui dicit Cāticoꝝ. j. Trahe me poſt te. Hi ſunt q̄ coꝛpꝰ ⁊ aīaȝ ad dei obſequiū pꝛeſtant: ideo vtrūq̄ genu flectūt. Coꝛam aūt dño terreno vnū genu flectere debemꝰ in ſignū particularis obſequij ⁊ dñij particularis. Hi ſunt q̄ paſſionibꝰ ſedati aīam ad deū eleuāt/ ſed nō ſine inclinatione ad terrena. Oꝛabat ſtando publicanus a longe ſtans. Sic Judith ante lectū Holofernis. Sic ſacerdos in miſſa ſtans oꝛat. Sic chꝛiſtus in cruce ſtans oꝛabat. Qui ſic oꝛat figurā illius gerit q̄ dicit. Stātes erāt pedes noſtri ⁊c. Stātes eni oꝛamꝰ: vt ad celeſtia erecti in domū dñi letātes eamus: et nos cū dño conſurrexiſſe oſtendamꝰ. Hinc paſcali tēpoꝛe niſi occulte ob reuerentiam dñice reſurrectionis genua nō flectimus/

ſed ſtantes ſicut chriſtus oramus. Qui ꝓ-
ſtratus orat quaſi q̄ ſtat ad oſcula pedum
dñi cum Magdalena: qui genibus flexis
quaſi ad oſculū manus: q̄ ſtando quaſi ad
oſculū oris. Sic Magdalena primo ad pe-
des iuit pro ſuoꝝ pctōꝝ remiſſiōe: deinde
ad genua ꝓ ſui fratris ſuſcitatiōe. Tertio
ad os vel caput ꝑ vnguēti effuſionē. i. per
deuotionis ſuauitatē. Differenter tñ chri-
ſtus ⁊ ſacerdos ſtant: q: chriſtus in cruce
orando terrā pedibus nō tāgebat: q: ſola
chriſti oratio terrā ⁊ terrena abigens celū
penetrat. Sacerdotē aūt neceſſe eſt pedi-
bus terrā tangere: alioquin ſubſiſtere non
poſſet: q: terrenis ad neceſſitatē indigēs:
orādo quandoqꝫ ad terrena flectitur: licet
oratio eius penetret celos: vt ſup nos de-
ſcendat mīa dei que in celis eſt. ps. Dñe in
celo mīa tua. Mīa ei dei eſt de natura gra-
uium que naturaliter deſcendūt. Matth.
xxiij. Relinquitis que grauiora ſunt legis
⁊c. miam ⁊ fidem. Et per conſequens non
oportet niſi penetrare celos ⁊ cōtinuo de-
ſcēdet. Breuis aūt oratio penetrat celos:
ergo facit ad nos miam deſcēdere: niſi for-
ſitā inueniat obſtaculū in nubibꝰ/ id eſt in
caligine ⁊ obſcuritate ⁊ tenebroſitate pec-
catoꝝ. Sed hoc obſtaculū (vt iam allega-
tum eſt) humilitate penetraṫ. Eccli. xxxv.
Oratio humiliantis ſe nubes penetrabit.
Ideo dicitur in. ps. Veſpertina orō aſcen-
dat ad te dñe: et deſcendat ſuper nos mīa
tua. Quam mīaꝫ a regina miſericordie re-
quiramus dicentes Aue.

E
Mia.
Mia ē de natu ra gra uium.

D
Oratio
Tria ꝑ parati ua ad o rationē

¶ Secundo dicendū eſt que ſunt prepara-
tiua cordis ad orōnem. Nam ſcriptum eſt
Eccli. xviij. Ante orationē ꝑpara aīaꝫ tuā
Et in ps. Preparationē cordis eoꝝ audi-
uit auris tua. Diuites eni ⁊ optimates ſe-
culi habent paupibus aures obturatas: ſi-
miles ſuis canibus nobilibꝰ qui hñt auri-
culas pendētes: ⁊ obturātes auditū. ſicut
aſpis ſurda obturat aures ſuas: ne audiat
vocē incantantiū. Non ſic deus qui nō ſo-
lum orationē cordis: ſed ⁊ preparationem
eius audit ⁊ exaudit. Hec aūt preparatio
in tribus conſiſtere ſolet. Primo dꝫ orans
cor ſuū quantum poteſt a terrenis auerte-
re. Citharista eni moderat ⁊ temperat ci-
tharam ſuā priuſq̄ citharizet coram ma-
gno dño. Turpē enim melodiā cauſaret: ſi
prius moderata non eſſet. Sic ante deum
pulſare volens ꝑ orationē: prius debet cor
ſurſum leuare ⁊ diſponere ad quietē tran-
quillitatis ⁊ pacis: ⁊ facere intima paca-
ta ⁊ etiā exteriora: ſic ꝙ cor ⁊ intētio exte-
rioribus non vacēt: ⁊ ſic cor ornatū ⁊ para-
tum in oratione facile a deo exaudieṫ. Ad
hoc autem ſepiſſime adiuuant tribulatio-
nes ⁊ afflictiones. Quanto eni aque intu-
meſcebant: tanto arca Noe magis in ſubli-
me ferebatur. Sic ad mandata dei erige-
batur q̄ dicebat. Tribulatio ⁊ anguſtia in-
uenerūt me: mādata tua meditatio mea eſt
Sic compellebantur orare deū de quibꝰ.
ps. Imple facies eoꝝ ignominia: ⁊ querēt
nomen tuū dñe. Unde lib. de naturis rerū
dicitur ꝙ caſtores iuxta aquas manſionē
faciunt: ⁊ circa eas diſtinguunt diuerſa ſo-
laria: vt ſm ꝙ aqua aſcēdit ꝙ ⁊ ipſi aſcen-
dant: ne totaliter ſtent in aq̄. Sic nos mā-
ſiones habemus iuxta aquas. Nam ſuper
flumina Babylonis illic ſedimꝰ ⁊ fleuimꝰ.
Sꝫ ne totaliter aquis immergamur: ⁊ ne
ſup caput nr̄m inundēt: ſic nobis prouidē-
dū eſt/ vt ſicut ille aſcendūt: ita ⁊ nos aſcē-
damus in deū. Ideo quanto impulſus tē-
tationis eſt maior: tanto aſcenſum mētis
oportet eſſe altiorem/ ne nobis contingat
illud Jone. ij. Circumdederūt me aq̄ vſq̄
ad animā meā: abyſſus vallauit me: pela-
gus operuit caput meū. Sed dicet aliq̄s.
Quid valet preparatio ad orandū deū: cū
deus nō videaṫ orandus: q: petitio fit ali-
cui vt ei intimemus illō quod idigemus:
Sed Mat. vj. Scit pater veſter celeſtis q:
his oībus indigetis. vel ſit ei petitio vt a
ſua intētione reuoceṫ ⁊ noſtre conformeṫ:
ſed animꝰ dei īmutabilis eſt/ nec vlla no-
ſtra actione flectiṫ: vt habetur. j. Regū. xv.
Dicitur primo ſm Guil. Pari. q: deꝰ vult
importune a nobis orari. Propter qō ſal-
uator in euāgelio duo dat exēpla. Primū
de vidua q̄ propter ſuā cōtinuā inſtantiā
apud iudicē q̄ nō reuerebaṫ deū neqꝫ ho-
mines fuit exaudita. Luce. xviij. Scdo de
amico qui media nocte ab amico ſuo tres
panes ſua impulſiōe ⁊ inſtantia obtinuit.
Luce. xj. Per hoc volens nos deꝰ inducere
ad eum precandū quacūqꝫ hora: q: omni
hora exorabilis eſt. Si enim iſti ſuis inſtā-
tijs obtinuerunt ab illis qui erant inexo-
rabiles propter tēporis importunitatē et
propter paſſiōes quibus agitabanṫ: tāto
faciliꝰ poterimꝰ obtinere a benigniſſimo
creatore oīa ſalutaria: ſi pie ⁊ deuote ora-

E
Oratio
Vtrum deꝰ ſit orandꝰ a nob.



uerimꝰ. Nā qō potuit ab auaro media no-
cte ille paup obtinere: hoc poterimꝰ apud
largum ⁊ liberaliſſimū creatorē. Iō taceāt
aſtronomi q̄ horas ad adeūdos pricipes:
et ad porrigēdas preces docuerunt: q̄ non
ſunt auſi dicere ꝙ aliqua hora eſſet infau-
ſta ⁊ iportuna ad depcandū deū. Et ſic pꝫ
lata differētia inter deū ⁊ principes: q: oī
hora paratꝰ eſt ad petitiōes noſtras exau-
diendas: ⁊ oī hora exorabilis eſt: nō ſic ho-
mines. Hec Guil. Vñ Gerſon lib. de mēdi-
citate ſpūali. Deus enim ſicut per ſeipſum
oīa fecit: ita ⁊ nūc poſſet ſi vellet. Vult tñ
cauſas ſcdas ſibi coopari: vt corpora cele-
ſtia ad inferiorū gubernationē: volēs eas
eſſe ſue bonitatis pricipes. Sic voluit no-
ſtram ſalutē nō ſolū ꝑ ſeipſum fieri: ſꝫ vo-
luit nos eſſe ſibi adiutores: vt ſcꝫ eū diliga-
mus: et ꝑ ſancta deſideria eū alloquentes
noſtrā ſalutē operemur. Diciṫ ſcdo ſm Pe-
trum de Alliaco: ꝙ hoīes opꝫ orare: nō vt
per tales actus diuinā diſpoſitionē imu-
tent: ſed vt ꝑ hmōi actus impleāt quoſdā
effectus ſm ordinē a deo diſpoſituꝫ. Et iō
pꝫ ꝙ nō ꝓpter hoc oramus: ſeu aliquid a
deo petimꝰ vt diuinā ꝓuidētiam immute-
mus: vel eius animū flectamus: ſed vt illō
impetremꝰ: et nr̄is orōnibꝰ mereamur qō
diſpoſuit deus ꝑ orōnes nr̄as eſſe iplēdū:
vt ſcꝫ hoīes mereanṫ poſtulando accipere
qō eis oīpotens deꝰ ante ſecula diſpoſuit
donare: vt dicit Grego. j. dialogorū. Aug.
Cur petere q̄rere pulſare nos cōpellit: qui
nouit q̄d nobis ſit neceſſariū priuſq̄ peta-
mus: niſi q: noſtrū voluit exerceri deſide-
rium in orōnibꝰ quo poſſimꝰ ſapere quod
prepat dare. Vñ ſm Guil. Pariſ. alr̄ orat
orator ſecularis: alr̄ orator diuinus. Nā ſe-
cularis intēdit ꝑ ſuā orōnē flectere iudicē
ad ſuā partē: vt ꝓ ſua parte ſnīam ferat.
Sꝫ orator diuinꝰ ⁊ ſpūalis nō intēdit mo-
uere deū quē ſcit indubitāter immobiliſſi-
mum: ſed intēdit ſeipm̄ facere idoneū per
orationē ad hoc qō impetrare intēdit: ⁊ ſe
exhibere adeo miſerabilē vt pater mīaruꝫ
miam ei nō valeat denegare: ſi ꝓ ſemetip-
ſo oret. Diciṫ tertio ſm eundē de Alliaco:
ꝙ nec deo orōnes noſtras ideo porrigimꝰ
vt ei nr̄as indigentias vel deſideria mani-
feſtemus: ſed vt nos ipſi conſideremus in
his ad diuinū auxiliū eſſe recurrendū. Nā
deus ſcit quid nobis ſit vtile: quod quādo
ꝙ et ſepius ignoramus. Ideo ſicut refert
Valerius. Socrates nil vltra a dijs imor-
talibꝰ petēdū arbitrabaṫ q̄ vt bōa tribue-
rent: q: hi ſcirēt q̄d vnicuiqꝫ eēt vtile. Nos
aūt pleruqꝫ illud votis expetimꝰ: qō non
impetraſſe meliꝰ foret. Et hec ſocratis ſen-
tentia maxīe vera eſt de illis q̄bꝰ poſſumꝰ
⁊ bñ ⁊ male vti: vt ſunt diuitie ⁊ honores.
Sed bona q̄bꝰ nō poſſumꝰ male vti: vt q̄-
bus btificamur: poſſumus abſolute q̄rere
puta illud. ps. Oñde faciē tuā: ⁊ ſalui eri-
mus. Et illud. Deduc me in ſemita manda-
toꝝ tuoꝝ ⁊c. q: tūc ꝯformamꝰ nos volūta-
ti diuine: q̄ vult oēs hoīes ſaluos fieri. j.
Timo. ij. ¶ Secundo requiriṫ ad prepara-
tionem orationis debita diſcuſſio mētis:
ne quid ibi inueniaṫ qō oculos diuine ma-
ieſtatis offendat. Jacobi. v. Cōfitemini al-
terutrum peccata veſtra ⁊ orate pro inui-
cem vt ſaluemini. Alioquin peccator cum
intentione peccandi orans vel nō penitēs
confunderetur a deo. ps. Tunc nō confun-
dar apud deū patiendo repulſam: cū per-
ſpexero in omnibus mandatis tuis: quia
quicumqꝫ diſcordat opere a preceptis: cor-
de reprehenditur et confunditur. Inde. j.
Joan. iij. Si cor noſtrum non reprehendit
nos: fiduciam habemus ad deum ꝙ quic-
quid petierimus accipiemus. Sed Eſaie.
j. dicitur. Cum multiplicaueritis orationes
non exaudiam. manus enim veſtre ſangui-
ne plene ſuut. Unde Auguſt. lib. de opere
monachorum. Citius exauditur vna obe-
dientis oratio q̄ decem milia contempto-
ris. Iſidorus. Non poteſt habere certā fi-
duciam qui adhuc in preceptis dei pigri-
tat: ⁊ quem peccandi recordatio delectat.
Qui aūt a preceptis dei auertitur quod in
oratione poſtulat nō meretur: nec īpetrat
ab illo quod poſcit cuius legi non obedit.
ps. Iniquitatē ſi aſpexi in corde meo: non
exaudiet dñs. Scdo quia nō ſolū ꝯfundi-
tur a deo: īmo ꝯfundit deū faciēs ei cōfu-
ſionē. Cor eni eſt ſicut thronus dei. Mul-
tum certe offenderetur princeps ſi in thro-
no ſuo in quo deberet ſedere cadauer feti-
dū apponereṫ: quāto magꝭ chriſtꝰ cū ī cor-
de pctōris orātis fetorē pctī inuenit. Cū ei
ſedet in throno illo: tūc exeūt fulgura: vo-
ces: ⁊ tonitrua. fulgura bonoꝝ operū q̄bꝰ
fulminaṫ hoſtis: voces orationū q̄bꝰ fuga-
tur: tonitrua ſuſpirioꝝ q̄bus exterreṫ. Vñ
diabolo cuidaꝫ eremite apparēti dixit ere-
mita; recede. At ille. Non recedam pro te.

A
Oratio
Cōfundit deꝰ: ⁊ cō fundiṫ a deo q̄ deum orat ī peītēs.

Universidad de Deusto Biblioteca



Cui eremita. Faciā tibi timoꝛem: ⁊ excuſſit
anterioꝛē partem pellicie: q̄ lachꝛymis fre
quēter fuerat rigata: ⁊ audito ſono quaſi
puer exterrit⁹ fugit. Ideo coꝛrigat vitam
ſuam qui oꝛat. Alioquin ſimilis eſt illi qui
chꝛiſto genua flectēs dabat alapas: qui vi
det oꝛare gladio extento vel extra[..]o. Pec
catoꝛ em̄ continuans ſuū pctm̄ ꝓpꝛie nō
oꝛat: quia nō loquit̄ cum deo ſed vel grun
nit vt ſus ſi luxurioſus eſt: vel gānit vt vul
pes ſi doloſus: vel vlulat vt lupus ſi cupi-
dus eſt. Augu. in homilia. Sicut nullū fit
in vulnere medicamentū ſi adhuc i[n] eo fer
rum ſit: ita nihil ꝓficit illius oꝛatio cuius
adhuc diabolus in mente manet: vel odiū
in pectoꝛe. Ūn̄ Threno. iij. dꝛ peccatoꝛi. Op
B posuiſti tibi nubem ne tranſiret oꝛō. Nu-
Oratio bes illa eſt moꝛtale peccatum. ¶ Queri tn̄
Utrum poſſet circa hoc vtrum oꝛōnes peccatoꝛū
pctōꝝ aliquid impetrent apud deū. Et videtur
oꝛōnes ꝙ nō: qꝛ Jo. ix. ſcimus qꝛ peccatoꝛes deus
aliq̄d non audit. Et Prouer. xviij. Qui declinat
apud aurem ſuam ne audiat legem: oꝛatio eius
deum erit execrabilis. In oppoſitum arguit Au
impe- guſt. Si peccatoꝛes non exaudiret deus:
trent. fruſtra publicanus oꝛaſſet. Deus meus ꝓ
pitius eſto mihi peccatoꝛi. Et Cryſoſt. ſup
Mat. Oīs qui petit accipit: ſiue bonus: ſi
ue malus. Rn̄detur pꝛimo ꝙ ꝓpter qua-
tuoꝛ deus peccatoꝛes frequenter non exau
dit. Pꝛimo ꝓpter inimicitias inter ipſum
⁊ peccatum. Jugum em̄ Chꝛiſti leue eſt: iu
xta illud. Jugum meum ſuaue eſt: ⁊ onus
meum leue. Jugum autem peccati graue
⁊ ponderoſū: iuxta illud. pſ̄. Sicut onus
graue grauate ſunt ſuper me. Graue aūt
contrariat̄ leui: facit aūt pctm̄ vocem pec-
catoꝛis grauē: raucā: ⁊ diſcoꝛdantem. Si
enim ille qui apud Coꝛinthios foꝛnicatus
fuerat iubet̄ ab aplo alijs fidelibus oꝛan-
tibus foꝛis ſtare: ne impura vox eius pu-
ras reliquoꝛum voces in diuinis auribus
tanq̄ rauca ſoꝛdidaret: vel ne diſcoꝛdiā in
auribus ipſis cauſaret. j. Coꝛ. v. Non ē mi
rabile ſi ipſa pctōꝛis oꝛatio ꝑ ſe non exau-
diat̄: qn̄ in alioꝝ ꝑcibus piculū facit. Se
cundo ꝓpter inobedientiā ad deū. Zach.
vij. Sicut locutus eſt dn̄s ⁊ non audierūt
ſic clamabunt ⁊ non exaudiam dicit dn̄s.
Ualde male ſe hꝫ q̄ hꝫ aures obturatas ⁊
naſum: qꝛ niſi aperiat os frequenter ad re
ſpirationē ⁊ aeris attractionē: in piculo ē
ſuffocationis. Sic q̄ nec dei v̄bū frequen-
ter audit: in piculo eſt moꝛtis eterne. Ideo
frequenter os ⁊ coꝛ ad oꝛonem oꝫ aperire
vt miam ſibi poſſit attrahere. Tertio pꝛo-
pter diffidentiam diuine largitatis. Jac.
j. Si q̄s veſtrum indiget: poſtulat a deo q̄
dat omnibus affluenter ⁊ non impꝛope-
rat. Et ſequitur. Poſtulet autem in fide ni
hil heſitans. Qui enim heſitat: ſimilis eſt
fluctui maris: qui a vento mouetur ⁊ cir-
cumfertur. Non ergo eſtimet homo ille ꝙ
aliquid accipiat a dn̄o. Fluctus em̄ maris
inſtabilis eſt: dona aūt gratiarum in vaſe
ſolido effundunt̄. Poteſt tamen peccatoꝛ
de ſuis defectibus heſitare: ne foꝛte ſit in-
dignus exaudiri: non autē de deo. Quar
to qꝛ peccat in pꝛoximum: ⁊ hoc multipli-
citer: aut per incompaſſionem. Pꝛouerb.
xxj. Qui obturat aurem ſuam ad clamoꝛē
pauperis: clamabit ⁊ nō exaudietur: vt pa
tuit in diuite epulone. Secundo quando
peccat per doloſam in pꝛoximum machia
tionem: vt patuit. ij. Macha. ix. de Antio
cho illuſtri: qui locut⁹ fuerat filijs Iſrael
in dolo: ⁊ dolo occiderat eos. Oꝛabat ſcele
ſtus ille dn̄m a quo non erat miam conſe-
cuturus. Tertio qn̄ peccat in pꝛoximum ꝑ
manifeſtam impugnationem. pſ̄. Inimi-
cos meos dediſti mihi doꝛſum: ⁊ odientes
me diſperdidiſti. Clamauerunt nec erat q̄
ſaluos faceret ad dominum: nec exaudiuit
eos. ¶ Dr̄ ſcd̄o ꝙ aliqn̄ pctōꝛ hꝫ deſideriū C
pcti ⁊ concupiſcentie petit. Et ſi q̄nqꝫ a Oratio
deo exaudit̄: non ad bonū eius ſed ad vin Mali
dictā ⁊ ꝑditionē. Nō aūt bonus exaudit̄ q̄nqꝫ ex
in his que ſunt ꝯ ſalutē. Exaudit̄ em̄ dia- audiun
bolus petēs Job tentandū. Et nō exaudit̄ tur ad
Paulus petens ſtimul[um] amouendū. Per ſuā dā-
hec em̄ que petit pctōꝛ: deus amplius eū natōes
ꝑmittit ruere in pctm̄. Deus enim (vt dicit
Auguſt.) quedā negat ꝓpitius: q̄ ꝯcedit
iratus. Apoc. vl. Qui in ſoꝛdibus eſt ſoꝛde
ſcat adhuc. Sic exauditus eſt ille a dijs q̄
petijt vt quicq̄d tangeret aurū fieret: qd̄
a dijs conceſſum eſt. Cū aūt tangeret cibū
factus eſt cibus aurū: ⁊ ſic non potuit ma
ſticare ⁊ coꝛam auro ſuo fame perijt. pſ̄.
Longe a ſalute mea v̄ba delictoꝝ meoꝝ.
Petere ea q̄ nō expediunt ad ſalutē / ſunt
verba delictoꝝ. Non em̄ hoc a virtutibus
ſed a vitioꝝ coꝛruptione ꝓcedit. Ūn̄ ⁊ de-
mones ad maioꝛem ſui damnationem pe
tierūt mitti in poꝛcos. Non em̄ dat dn̄s iſ-
firmo quicq̄d petit ſed ſolum vtilia. So-



locriſmus et vitiū eſt in oꝛōne ex incōgrui
tate cauſa[tu]. Hoc aūt fit qn̄ oꝛat q̄s qd̄ nō
dꝫ vel qn̄ nō dꝫ: vel ſicut nō dꝫ. Tūc em̄ ac
cidētia non cōgruunt oꝛōni. ¶ Dicit̄ tertio
ꝙ oꝛatio pctōꝛis ad deū multū dꝫ eſſe cla
A moſa ⁊ grandis: loquendo de interioꝛi cla
Oratio moꝛe coꝛdis: iuxta illd̄. pſ̄. Exaudi dn̄e vo
Oratio ceꝫ meā qua clamaui ad te. Si em̄ de⁹ mul
pctōꝛis tum diſtare videat̄ a pctōꝛibus: iuxta illd̄
multū pſ̄. Longe a pctōꝛibus ſalus: opus eſt eis
dꝫ eſſe exaltare vocē cū clamoꝛe. Si quis em̄ eēt
clamo- in ꝓfundo abyſſi: neceſſe eēt eū inuocare
ſa. multo clamoꝛe qui altus eſſet. Sic pctōꝛ
de q̄ pſ̄. Infixus ſum in limo pꝛofundi. Et
iterū. De ꝓfundis clamaui ad te dn̄e. Cū
tn̄ ſcriptū ſit. Altiſſimū poſuiſti refugiū
tuū. Ūn̄ Albert⁹ dicit. xiij. de aialibus: ꝙ
eſt genus quoddam falconū altiſſime vo-
lans: ideo opꝫ ipm̄ altiſſime reclamare: vt
ad manū reuertat̄. Chꝛiſtus valde alte vo-
lauit in ſua aſcenſione: qꝛ volauit ſup che-
rubin ⁊ ſup pennas ventoꝝ. Iō ſi ad nos
reuerti debeat ꝑ ei⁹ gr̄e infuſionem vel pie
tatis ꝯdeſcēſionē: opꝫ ipm̄ valde reclama
re: ſicut ille q̄ dicebat. Laboꝛaui clamans:
rauce facte ſunt fauces me[e]: ⁊ tunc pōt il-
lud pſalmiſte dicere. Au[diu]it dn̄s ⁊ miſer
tus eſt mei. Oꝛige. homi. de Chana. Si ho
minē interrogare volueris q̄d faciat: dicet
ꝙ nō doꝛmit: aut nō vacat: aut certe non
dignat̄ tibi rn̄dere. Ad deū aūt nihil hoꝝ
opus eſt: ſed vbicūqꝫ fueris ⁊ inuocaueris:
a deo eſt auxiliū. Si em̄ p[ete]at grām ⁊ con
fiteat̄ pctā facile ei indulget̄: qꝛ vox illa i
ꝯfeſſione clamoſa eſt: q̄ totā celi curiā ex
citat ad pietatē ⁊ ꝯpaſſionē. pſ̄. Uias me
as enūtiaui ⁊ exau[di]ſti me. Et iterum. Re
uela dn̄o viā tuā: ⁊ ſpera in eo de venia / ⁊
ipſe faciet. Deus em̄ audit pctōꝛes: iuxta
illud qd̄ canit eccleſia. Pctōꝛes te rogam⁹
audi nos. Ūn̄ ⁊ Matth. xvj. dꝛ. Serue ne
quā oē debitū dimiſi tibi qꝛ rogaſti me: qꝛ
ille nequā rogauit eū: ideo dimiſit ei. Ecō
trario vero iuſtus facile ⁊ ſine magno cla-
moꝛe exaudit̄: qꝛ intus hꝫ ad quē clamat.
pſ̄. Cū inuocarē. i. intus habitū ꝑ grāꝫ ad
amplius hn̄dum vocarem / exaudiuit me.
Quidā em̄ vocāt nec intus habitū nec in-
tus hn̄dū: vt fures ⁊ pctōꝛes q̄ eū oꝛāt vt
hēant facultatem explendi malitias ſuas.
Alij vocant eū nō intus habitū ſed hn̄dū
vt q̄ ſub deo peccāt: nec tn̄ a pijs lachꝛym[is]
recedūt ⁊ iſtos exaudit: ſed nō facile. Alij
ſunt q̄ eū extra vocant: ſcꝫ ꝓ tꝑalib⁹ quos
ſepe nō exaudit dn̄s: qꝛ nō petunt ad ſalu
tē. Oſee. v. In gregibus ⁊ in armētis ſuis
vadunt ad querēdum dn̄m: ⁊ nō inuenient.
Iō debemus cū iuſtis eum intus iā habi-
tum inuocare. Qui inter mōtes clamat ſe-
pe audit ſonū echo. i. vocē ſue voci ſimilē.
Sꝫ pſal. iuſtitia eſt ſicut mōtes dei. Iō qui
inter mōtes clamat faciēdo dei iuſtitiam:
audit rn̄ſionem fieri ſibi cōſimilē: qꝛ ſi cla
mat iuſtus libera me: audiet vocē ſimilem
dicētē: liberabo te. Clamat em̄ iuſtus in tē
tatione velut obſeſſus a diabolo vel mem
bꝛis eius querēs a dn̄o ſuccurſū ⁊ ſibi de
et calefacti in eius amore ardeam⁹. ¶ Quā-
to em̄ magis accedis ad deū: tāto maior vi-
detur: iuxta illud Pſ. Accedet hō ad cor al-
tū: et exaltabitur deus. Sicut rei que a re-
motis videtur quāto quis appropinquat,
tāto maior videtur, ſic hoīes virtuoſi et ac-
cedētes ad cor altū: dum vidēt deū de pro-
pe reputant magnū et exaltatū. Hoīes au-
tē vani et longe exiſtētes a deo ipm nō tā-
tum reputāt: immo aliqui quaſi nihil. Pſ.
Dixit inſipiens in corde ſuo nō eſt deus: q̄-
bus dicitur in Pſ. Longe a peccatorib⁹ ſa-
lus. ¶ Scd̄o dicitur ꝙ ſi velim⁹ feruere de-

D
Latus.
De duobus lateribus aīe noſtre.

uotionis igne: oportet latera aīe nr̄e equa-
liter ad illū ignē aſſari: ſicut auicula aſſan-
da debet equaliter aſſari per omnia latera
Sunt autē duo aīe noſtre latera: intellect⁹
ſcʒ et affectus: qui equaliter debent aſſari:
intellectus ad ignē ſacre lectionis et medi-
tationis: affectus ad ignē orationis. Intel-
lectus eſt ſiniſtrū lat⁹: et aſſatur ligno ſciē-
tie boni ⁊ mali: et affectus dextrū latus qđ
aſſatur ligno vite. ſ. ligno amoris. Aliq̄ ta-
mē latus vnū cōburunt: alio remanēte in-
cocto. Hi ſunt quaſi paralytici: qui mediā
quaſi ſui partē habēt ſiccatā. Et ſunt q̄ ita
longe ſunt ab igne deuotionis: ꝙ vix poſ-
ſunt coqui: q̄ pſallētes in choro cor habent
in foro. Nec tn̄ ſimpliciter dicendum eſt ꝙ
equaliter vacādū ſit orationi ⁊ lectioni: nec
vtrūq; latus debemus equaliter ad ignē
applicare. Latus em̄ intellectus eſt duri⁹:

E
Oratio
Satiſfactio.
Orō deuota ē ſatiſfactoria ꝓ delictis.

et affectus tenerius. Hoc patet: q: pōt ho-
mo intra annū multū in oratione et deuo-
tione ꝓficere. Intellectus vero nō niſi per
multos annos illuminatur. Ideo precepit
dn̄s Ezechieli ꝙ ſuper ſiniſtrū latus iace-
ret trecētis nonaginta diebus: et ſuꝑ dex-
trū quadraginta tātū. Ezechiel. iiij. ¶ Ter-
tius effectus ipſius oratiōis eſt ꝙ ipſa de-
uote facta multū ſatiſfacit pro delictis. Ni-
hil em̄ penalius aut laborioſi⁹ eſſe q̄buſdā

videt̄ ꝙ orare: et hoc ꝓpter quatuor. Pri-
mo ꝓpter lubricitatē cordis: q: nihil diffi-
cilius moratur nobiſcū ꝙ cor noſtrū. Ideo
oportet ipm cohibere ne diſcedat a nobis.
Deus aūt inter cetera renes: ilia: ⁊ ſangui-
nē ſibi retinuit ⁊ ſibi ſeruari mandauit. Et
cetera alia alijs dereliq̄t: et ſic eligebat ſibi
hoſtiaꝝ interiora alijs exteriora dimittēs.
Sic deus in hoīe iteriora cordis eligit exte-
riora faciliter pretermittēs: q: ſi interiora
noſtra dn̄o cōcedimus: ſatis de exteriorib⁹
nr̄is volūtatē noſtrā facere poſſumus. Nec
indignatur dn̄s ſi exterius recipimus ali-
quā delectationē: dū tn̄ ordinemus ad deū
totā interiorē affectionē. ¶ Scd̄o cōtingit
ex defectu ſentimēti qđ haberi debet i ora-
tione. Uidēdo em̄ vel audiēdo aliqua inu-
tilia quotidie abſq; fatigatione ſtamus: ⁊
bene eis attēdimus. Sed ſi deū orem⁹ vel
aliq̄d de deo audiam⁹ ſtatim pre tedio dor-
mitam⁹: q: ſumus in terrenis fortes et i ce-
leſtibus debiles: diſſimiles palme q̄ cōtra
naturā aliarū arboꝝ ab inferiori parte gra-
cilior: a ſuperiori ſpiſſior eſt: cui iuſtus com-
parat̄ ſm illud Pſ. Iuſtus vt palma flore-
bit: q: iuſtus raro ad inferiora: ſed frequē-
ter ad celeſtia ſe dilatat. Hiſtrio em̄ ꝓpter

F
Oratio
Nihil laborioſi⁹ ē ꝙ orare.

ſentimētū boni vini tota die tabernā colit.
Ideo q: orans ſentimētū nō habet in ora-
tione, ſtare nō pōt. Sicut em̄ aſcenſus cor-
poralis ad modum laborioſus eſt nobis: ⁊
tā facile nos fatigat propter grauitatē cor-
poꝝ: ſic ⁊ oratio que eſt aſcenſio mentis in
deū ꝓpter originalis culpe grauitatē tā fa-
cile fatigat. Leuigatur tn̄ hmōi grauitas
adiutorio grē q̄ ſemꝑ adeſt orantib⁹. Inde
eccleſia orat illud Pſ. Extolle illos vſq; in
eternū. i. leua eos vſq; ad eterna petēda et
cōſiderāda. ¶ Tertiū eſt defect⁹ exercitij in
orando. Un̄ Tullius in rethorica. Si deeſt
exercitatio, modicum vel nihil ars ꝓficit.
Propterea ſi ſe hō inueniat a principio fri-
gidū: nec deuotū ꝙ ſe exercitet q̄uis labo-
rioſe: vt inde ſibi ars orādi facilis inuenia-
tur. Sicut diſcēs ſcribere pmo ſcribit cū la-
borioſiſſima tarditate: tādē ꝑuenit vt cele-
riter et abſq; labore bn̄ ſcribat. ¶ Quartū

G
Oratio
In orōne fit lucta cū deo.

eſt lucta cū deo in oratione que videt̄ mul-
tū difficilis. Fertur em̄ Iacob luctator fuiſ-
ſe et cū angelo luctaſſe a quo ꝑ luctā bn̄di-
ctionē extorſit. Gen̄. xxxij. Ad induſtriā ve-
ro luctādi tria vidētur neceſſaria: que ſunt
multū difficilia. Primū eſt eleuatio aduer-



ſarij ſuꝑ hūeros: quo eleuato facile eſt ipm
in terrā deicere. Hec aūt eleuatio fit qn̄ lu-
ctator ſe humiliat ſupponēdo ſe ſub illo cū
quo luctā facit: quo artificio ſemꝑ vtendū
eſt i lucta apud deū. Ideo dictū eſt. j. Pet.
v. Humiliamini ſub potenti manu dei: ⁊ ſu-
bijciēdo nos, de⁹ efficit̄ nobis ſubiectus et
obediēs. ſicut ḋr de Ioſue. Ioſue. x. ꝙ ſtete-
runt ſol ⁊ luna deo obediēte voci hoīs. Dif-
ficillimū eſt autē animū ſupprimere: qđ ad
humiliādū ſe requiritur. Scd̄m difficile eſt
qn̄ ſubtrahitur omne illud cui luctator pōt
inniti: vt nō habeat vn̄ aduerſarius poſſit
capere aut ſibi inherere: et hoc fit in lucta
apud deū quādo auferūtur ⁊ ſubtrahūtur
peccata: q: per illa ſolū nobis aduerſat̄ de⁹
⁊ innititur. Tertiū eſt fatigatio aduerſarij.
ſicut ſolēt agiles facere contra corpulētos.
Et iſta aſtutia vti opus eſt apud deū: quan-
do per importunitatem orationis ⁊ per de-
clamationem diuturnam quaſi fatigatus
vincitur: ⁊ quaſi cogitur dare qđ petimus.

H
Satiſfactio.
Quare pſalmi iniūgūtur pro ſatiſfactione qn̄ nihil videtur ad rem ptinere.

¶ Sed circa hoc querit̄ quare ad ſatiſfaciē-
dum iniungūtur plures pſalmi dicēdi qui
vt plurimū nihil ad rem pertinēt pro qua
orandū eſt. Et ſepe accidit ꝙ qui illos pſal-
mos canit vel dicit ignarus eſt: latinū ſer-
monē ignorans: ⁊ ſic nullū pſalmorū intel-
lectū habens. Dicit̄ autē Sapientie primo
ꝙ ſpūs ſanctus auferet ſe a cogitationib⁹
que ſunt ſine intellectu. Reſpondet̄ primo
ſm Ioannē Gerſon libro de mēdicitate ſpi-
rituali: ꝙ ſicut apud principes ſeculi vari⁹
inuenit̄ impetrādi quod querit̄ modus: ſic
et apud deū. Tria vero ſunt q̄ precipue con-
ferūt ad inclinandū ſuperioris alicui⁹ ani-
mū: ⁊ ad fauorē illius procurandū in ſuum
ſubditū. Primū eſt qn̄ ſubditus ipſe illū ve-
hemēter laudat: virtutes eius extollit: ma-
gnitudinē: opulentiā: bonitatē: manſuetu-
dinē: ⁊ largitatē predicat: et hoc modo cor
dirigitur ad deū: nō expreſſe aliquid ab eo
petēdo: ſed tantūmodo pio ⁊ humili corde
laudes eius depromendo: puta dicendo ꝙ
pius: ꝙ magnificus: q̄ benignus es dn̄e: ⁊
ꝙ bonus dn̄s his qui recto ſunt corde: ⁊ ſic
de alijs. Scd̄m eſt qn̄ aduerſariorū ſiue de-
monū: ſiue hoīm cōmemoratur tyrannica
crudelitas: per quē modū plures oratiōes
tradūtur in pſalterio: vt in pſalmo. De⁹ lau-
dem meā: ⁊ ſic de alijs multis. Tertium eſt
qn̄ is qui impetrare deſiderat ſuā proteſta-
tur miſeriā: paupertatē ⁊ anguſtiā: dicens

ſe omni ope ⁊ conſolatione deſtitutū: ⁊ nul-
lū ſibi ab hoīe: ſed a deo ſolo expectare au-
xiliū. Et fit aliquādo hmōi oratio abſq; ex-
preſſa aliqua petitione: nude et ſimpliciter
tales ⁊ ſimiles defect⁹ ⁊ neceſſitates aperiē-
do. Et hoc q: vel ſe indignū impetratiōe iu-
dicat: vel q: ꝓpter eius magnitudinē rem
deſideratā non audet exprimere. Et q̄ dili-
gēter pſalmos ſcrutat̄ nihil in eis inueniet
qđ nō ad alterū triū modorū iſtorū orandi
reduci poſſit. Hec Gerſon. Que tria ſimul
inueniūtur in pſalmo a paupere orāte pro-
lata. Quia (inquit) factus ſum ſicut vter in
pruina q̄ nullius eſt valoris: ⁊ quaſi in nihi-
lū deiectus: nec alicui bono de ſe applicabi-
lis: ecce tertiū. Iuſtificatiōes tuas nō ſum
oblitus: gratias frequēter agendo de bene-
ficijs ⁊ virtutibus tuis quib⁹ me iuſtificas:
ecce primū. Et ſequitur. Quot ſunt dies ſer-
ui tui: quaſi dicēs. Tedet me viuere in tali
miſeria ⁊ maxime ꝓpter perſequentes viſi-
biles vel inuiſibiles. Ideo ſubdit̄. Quando
facies de perſequentib⁹ me iudiciū: ecce ter-
tiū. Et q: in his tribus continetur explicite
vel implicite: tacite vel expreſſe quicq̄d pau-
per peccator a deo querere pōt. ideo nimi-
rū ſi a ſacerdote ſepe imponant̄ peccatori-
bus: q̄uis ipſi non intelligāt quid dicant:
Intelligit tn̄ deus qui operat̄ omnia in oī-
bus: ⁊ ſcit q̄d cuiq; neceſſariū eſt. ¶ Dicitur
ſcd̄o ꝙ orans quādoq; gerit affectū aman-
tis recolendo beneficia dei ⁊ laudando eū.
Quādoq; affectū languētis in miſeria pe-
ne ⁊ culpe. Quādoq; affectū timentis a iu-
dicijs dei ⁊ hoim ⁊ a perſecutionibus eorū-
dem. Et hec omnia maxime continentur in
pſal. immo quādoq; in eodē pſal. vbi ſepe
variātur affectiones. Ideo nimirū ſi iniun-
guntur a ſacerdote ad ſatiſfaciendū. Sicut
em̄ parua tabula mercatorum continet de
ſingulis ⁊ varijs mercibus aliq̄d modicū:
et ibi inuenit̄ quicquid neceſſariū eſt pro fa-
milia: ſic in pſalmis eſt tabula ſpirit⁹ ſan-
cti in qua cōtinentur varie affectiones vti-
les pro peccatorib⁹ ⁊ quibuſlibet orantib⁹.
¶ Dicit̄ tertio ꝙ ſanctius eſt orando regu-
lariter dicere orationes a ſpū ſancto cōpo-
ſitas ⁊ ab eccleſia receptas ⁊ decātatas: ſi-
ue ad deum: ſiue ad ſanctos q̄ alias facti-
tias: cū ſm Salluſtiū cuiq; ſua placeant: ⁊
placet magiſtro multo plus cū diſcipulus
eius ſequit̄ doctrinā eius ꝙ alterius. Pſal-
mi autē ſunt a ſpū ſancto cōpoſiti. quia. ij.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Pet. ij. Spiritu ſancto inſpirati locuti ſunt
ſancti dei hoīes. Ideo nil mirū ſi a ſacerdo
te iniūgantur ꝑ ſatiſfactiōe ad deū. Et pſ.
Letabitur dn̄s in operibus ſuis. ¶ Dicitur
quarto ꝙ ſi orās nō intelligat verboꝝ ſiue
orōnis ſignificationē: nihilominus v̄ba il⸗
la apud deū habent ſuā virtutē ⁊ efficaciā
impetrādi: vt carmina virtutē habēt incā⸗
tandi ſerpētes: licet ipſi ſerpentes aut etiā
incātatores non intelligāt verba. Quia eñ
intendūt incantare: incantāt. Laicus enim
orās nec ſenſum verborū intelligēs eſt ſicut
mulier que porrigit requeſtā regi vel iudi⸗
ci: que tñ neſcit qd in ſchedula vel ſupplica
tione cōtineat: ⁊ tñ iudex vel rex intelligit:
⁊ nihilominꝰ ita exaudit ac ſi intelligeret.

B
Oratio
An ſit licitū dicere horas vel alias orōnes dū audit miſſa cuiꝰ auditio eſt de ꝓcepto

¶ Scdo querit vtrū qui tenet audire miſ⸗
ſam poſſit dicere horas ſuas vel orationes
alias ab his q̄ in miſſa dicunt tpe quo cele
brat miſſa: ⁊ an talis ſit abſolutus hoc mo
do a precepto de audiēdo miſſam? Et videt
ꝙ non: q: ſic faciēdo auertit auditū ab ora
tionibꝰ eccleſie cōmunibus: cōuertēdo ſe ad
particulares orōnes: ⁊ ꝑ ꝯn̄s nō rite audit
miſſam. Preterea in miſſa videt eſſe certa⸗
men cū hoſtibꝰ noſtris. Singulare aūt cer⸗
tamen inhibet in cōi: ergo cū alijs certan⸗
dum eſt ⁊ ꝑ ꝯn̄s orandū. Preterea audire ⁊
nō intelligere negligere eſt. cum ergo ille ſe
diuertendo ad propriā orationem non in⸗
telligat videtur negligere. In oppoſitum
arguit: q: audiendo miſſam pōt q̄s cogita
re de re indifferenti: ⁊ nihilominꝰ eſt ab au⸗
ditione miſſe abſolutus: ergo multomagis
cogitare pōt de re honeſta ⁊ vtili. Sed di⸗
cere horas eſt honeſtū ⁊ vtile: q: de manda
tis diuinis. pſ. Septies in die laudē dixi ti
bi: ergo. ¶ Dicit primo ꝙ dū euangeliū di⸗
citur debēt oēs ſtare ⁊ audire euangelium
ipm. de cōſe. di. j. c. oēs fideles. vbi dicit ꝙ
oēs fideles q̄ cōueniūt in ſolennitatibꝰ ſa⸗
cris ad eccleſiā ſcripturas apl'oꝝ ⁊ euange
liū audiant. Et hoc multiplici rōne. Primo
q: ibi ꝓmittunt eterna ad que ſemꝑ ⁊ attē
tiſſime debemꝰ aſpirare. Et ideo locus vbi
euangeliū legit ſi ſit dies ſolēnis vbi cōue⸗
nit ppl's debet eſſe ceteris locis eminētior:
vt ex hoc ſciat diaconus ꝙ is qui ſurſum
ad dn̄m deſidem ad eterna inuitat: populū
ſtare debeat in monte virtutum iuxta illud
Eſa. xl. Super montem excelſum aſcende
tu qui euāgelizas Sion. Scdo q: maxime
loquit euāgeliū de ꝓuiſione nr̄a de qua lō
ge antea ꝑ ꝓphetā ꝓmiſſum erat. Eſa. xxx.
Dabit tibi deus panē arctū et aquā breuē.
Panis arctus verbū eſt euangelicū: qđ di⸗
citur arctū: q: reſpectu teſtamenti veteris
breue eſt. Uel magis q: nobis dietā indi⸗
cit: cum ſola nobis ꝓmittit neceſſaria. j. Ti
mo. iiij. Habentes alimenta ⁊ quibꝰ tega⸗
mur: his cōtenti ſimus. Uel dicit panis ar
ctus. i. minus ſufficiens: q: nondum ſatiat
ſed magis prouocat appetitū: cuius guſtu
martyres prouocati / tanta auiditate curre
bant ad celū vbi ſatietas reficit ꝙ oēs tpa⸗
les diuitias faſtidiebant. Sic dicebat q̄ ita
afficiebat. Canti. v. Anima mea liquefacta
eſt a terrenis: vt dilectus locutus eſt in euā
gelio. Panis aūt veteris teſtamēti magis
faſtidiū q̄ʒ deſideriū excitabat. Unde Nu⸗
me. xj. Dixerunt filij Iſrael: oculi noſtri nō
vident niſi man: ⁊ faſtidio illiꝰ ad ollas car
nium ſuſpirabāt. Uocat ⁊ aquā breuē ipm
euangeliū: q: ꝓpe eſt vt ſapor euangelicus
in vinū cōuertat in nuptijs futuris: cū in⸗
ebriabimur ab vbertate domꝰ dn̄i. Tertio
ſtare ⁊ audire debent quaſi parati obedire
prompte preceptis euāgelicis. Ephe. v. Cal
ciati pedes in preparatione euāgelij pacis:
⁊ ſi opus ſit illud verbū euangelicū vſq̄ʒ ad
mortem tueri ⁊ defendere. ¶ Dicit ſecundo
ꝙ laici ⁊ qui nō tenent ad ſolennē eccleſie
cantū poſſunt in reſiduo orationes vt libet
dicere. Tunc eñ nullo iure horas vel alias
orōnes dicere ꝓhibemur: qđ aūt nullo iure
prohibitū eſt videt eſſe cōceſſum. Sufficit
aūt ꝙ aſina. i. rudis ppl's cū chriſto ambu⸗
let in Hieruſalē. Si eñ interim rudeſcat:
nō omittit ſymphonia vel melodia cantan
tiū oſanna in excelſis. Sufficit eñ (vt dicit
Oſee. x.) ꝙ plebs ſit quaſi vitula Effraim:
q̄ docta eſt diligere triturā. i. dei culturam:
nec tñ dimittit interdū mugire. i. pro ſe par
ticulariter orare. Tertio q: in orōnibꝰ eorū
nulla eſt diſcrepantia ab orōne cōmuni ſa⸗
cerdotis: q: ſicut omne verū omni vero cō
ſonat: vt dicit Philoſo. j. Ethi. Sic omne
bonū omni bono conſonat. Ideo in ordine
ad deū qui oēs ſimul audit ⁊ in vna chari⸗
tate exiſtentes exaudit: oēs illas preces tā
publicas q̄ʒ particulares ſimul audit ⁊ ex⸗
audit. Uox eñ ſacerdotis vox eſt omniū: ⁊
cum illa voce ſtat etiā vox omniū aſſiſten⸗
tium. Non eñ eſt exiſtimandū quin deus
omnes ſimul audiat: nō ſicut arbitrabatur
illa mulier de qua recitat Guil. Pariſ. que



cum audiebat quoſdā religioſos cātantes
nunq̄ʒ orabat. Cum aūt ceſſaſſent canere: il
la orabat. Suꝑ quo requiſita rn̄dit in ſim⸗
plicitate ſua: ꝙ illi religioſi erant viri ſan⸗
cti: ⁊ ꝙ nō audiret tpe illo quo audirent a
deo: ⁊ ꝙ deus intentus eis vix poterat ſibi
intēdere. zelus quidem bonus in ea: ſed ſi⸗
ne diſcretione. Et ita plebs orante ſacerdo⸗
te orare poteſt: ⁊ etiā pōt attēdere ſolū can
tui ⁊ verbis: qui multū ſua ſuauitate oble⸗
ctat ⁊ eleuat audientes ad deū: ſicut Augu
ſtinus de ſeipſo teſtabat. Secus eſt de his
qui tenentur cantare. Tunc enim ad nihil
aliud debent q̄ʒ ad ea q̄ tenent intendere.

¶ De pnīa ſermo. xxxvij. ⁊ ſpecialiter
de oratione ſermo. vj.

A
Oratio
Oratio illuiat intellectū ⁊ inflāmat affectū.

C Um duplex ſit
aīe portio ſuperior / intelle⸗
ctus ſcʒ et affectus. illa duo
maxime indigent adiutorio
ad ſui directionē. Intellectꝰ
ſcʒ lumine cōtra errores ⁊ dubia. Affectus
vero pace ⁊ tranquillitate cōtra ſeculi tur⸗
bines ⁊ pericula. Ideo ad illuminandū in⸗
tellectū neceſſaria eſt orationis lucerna viā
demonſtrās. Nam ſicut lucerna neceſſaria
eſt in tenebris: ſic oratio in rebꝰ dubijs. In
cuius figura mulier illa euāgelica. i. anima
deuota accēdit lucernā ⁊ inuenit drachmā.
Luce. xv. Drachma eñ. i. gratia diuina vel
veritas ſi perdita fuerit cū lucerna orōnis
inuenietur. Unde ⁊ Petro orāte in ſuperio
ra domus / facta eſt ei reuelatio de cōuerſio
ne Cornelij. Actuū. x. vbi gloſſa Auguſtini.
Oratione melius ſoluūtur dubia q̄ʒ inqui⸗
ſitione alia. Et Dan̄. ij. Danieli oranti reue
latur myſteriū incarnationis chriſti. Hiere.
xxx. Clama ad me ⁊ ego exaudiam te: ⁊ mō
ſtrabo tibi grandia ⁊ fortia que neſcis. Et
ſicut lucerna dirigit greſſus hoīs: ſic oratio
dirigit omne bonum opus. Unde Hierony
mus ad Paulinū. In principio cuiuſlibet
operis boni premitte ſignū crucis in fron⸗
te cū oratione dominica. Propter hoc ſua⸗

B
Colūba
Exēplo colūbe orō deū placat ⁊ in altū euolat.

detur homini mane anteq̄ʒ faciat q̄cq̄ʒ ope
ris / primū ad orationem et diuini noīs in⸗
uocationē recurrere. ¶ Secūdo oratio pla⸗
cat deum ⁊ affectū orantis cum deo. Nam
ſicut colūba reuerſa eſt ad arcā cum oliua.
Gen̄. viij. ⁊ denuntiauit pacē ⁊ iam ceſſaſſe
diluuiū: ſic oratio denūtiat penitenti diui⸗
nam recōciliationē ⁊ veniam peccatorum.
Un̄ Nume. xvj. Aaron ſtans inter mortuos
et viuētes deprecatus eſt pro populo ⁊ pla
ga ceſſauit. Iob. xlij. Dicit dn̄s falſis ami⸗
cis Iob. Iob ſeruus meus orabit ꝑ vobis:
et faciē eius ſuſcipiam. Sicut etiā colūba
habet duplicem alam: ſic oratio duas alas
habet / eleemoſynā ſcʒ ⁊ ieiunium: quibus
fertur in altū vt ibi requieſcat orans. Pſ.
Quis dabit mihi pēnas ſicut colūbe: ⁊ vo⸗
labo per orationē: ⁊ requieſcā per deuotio⸗
nem ⁊ mentis ſerenitatē. Hunc autē vola⸗
tū ab ea querere debemus que volauit ſu⸗
per pennas ventorū: id eſt ſuper merita an
gelorū: quia ſicut penne aues: ſic merita iu
ſtos portant in celis. Ab ea ergo illud que⸗
ramus dicentes Aue.

E
Oratio
Quō orō dʒ nuntiꝰ.

¶ In preſenti ſermone ⁊ ſequentibꝰ dicen⸗
dum eſt conſequēter de conditionibꝰ oratio
nis ad modū nuntij qui dirigitur ad dn̄m
de quo Aug. ſuper illud Pſ. Intret oratio
mea in cōſpectu tuo. Mira virtus orōnis:
que illuc intrat ad deū quo caro peruenire
nequit. Et habet introitū nuntius: vbi ma
giſter eiꝰ foris nedū ſtat / ſed nec appropin⸗
quare poteſt. Eccli. xxxv. Oratio humilian⸗
tis ſe penetrabit nubes: ⁊ donec appropin⸗
quet nō conſolabitur. ⁊ non diſcedet donec
proſpexerit altiſſimus. Nubes. i. ipſas ſan⸗
ctorū acies penetrabit / ad modū nuntij in⸗
gerentis ſe in mediū turbarū ⁊ irrūpentis
eas: vt appropinquet ei ad quem mittitur:
quēadmodū ille Eliezer diſpenſator domꝰ
Abrae noluit comedere donec locutus eſſet

D
Nuntiꝰ
Nuntiꝰ dʒ eſſe cautꝰ et prudēs

ſermones ſuos. Gen̄. xxiiij. ¶ Huius autē
nuntij prima cōditio eſt ꝙ ſit cautus ⁊ pru
dens. Primo in declinando aduerſarios in
via ſua: vt ſcʒ poſſit latronibus occurſanti
bus obuiare. Quādoq̄ʒ enim in via ſpolia⸗
tur: ⁊ quādoq̄ʒ a latronibus occidit. Spo⸗
liatur quidē oratio per cogitationes ipro⸗
bas que ſe orationi ingerūt ⁊ ſuauitatē vn
guenti ſurripiūt. Et tunc nūtius ſic ſpolia⸗
tus ⁊ male veſtitus intrās celeſte conſiſto⸗
riū non bene recipitur: nec cito expedit: nec
apparet miſſus pro magno negotio. Negli
git etiā negotia ſua qui talē ⁊ taliter mit⸗
tit. Cui eñ inſunt cordi negotia: ad celeſtē
curiā ſolēnem mittit nuntiū: non pauperē
vel pānoſum q̄ nullius ibi gratie vel hono
ris habēdus videatur. Un̄ apparatus orō
nis ſiue ornatus eſt intētio ⁊ attētio: q̄bus
orō adiuuat ⁊ melius recipit. Sed ꝙ ma⸗
gna ſint ⁊ ardua q̄ ꝑ orōnē expediēda ſunt

Universidad de Deusto Biblioteca



E
Oratio
Mag-
na ſunt
ardua
q̃ ꝑ orõ
nẽ expe-
diũt ne
gotia.

patet ex his que petũtur: ⁊ ꝓ quo petũtur:
et a quo petũtur. ¶ Nulla em̃ negotia com
parãtur negotijs venie/gratie/et glorie: q̃
per orationẽ principaliter intẽdũtur. Mit
titur etiã ꝓ negotio pacis reformãde iter
deũ ⁊ eos ꝓ q̃bus oratur: ⁊ ꝓ aĩe ⁊ corpo-
ris ſalutari negotio. Mittit̃ etiã oratio cõ
tra accuſatores ad mortem: demones ſcilꝫ.
Qualẽ ergo oportet habere ꝓcuratorẽ vt il
lis reſpõdeat et tãtis eoꝝ accuſationibus?
Et ſi dicat̃ ꝙ cauſe criminales non pñt nec
debẽt expediri per ꝓcuratorẽ vel nũtiũ: ſed
oportet ꝙ ꝑſona cõpareat. Dicitur ꝙ verũ
eſt ſm̃ curiã ſecularem: q꞉ ibi ꝓcurator nec
eſt vox/nec reſponſio eius cõtra quẽ crimi
naliter agit̃. Oratio aũt eſt vox/⁊ verbũ/⁊
reſpõſio orãtis. Ideo perſonaliter cõparet
in celeſti ꝯſiſtorio: ⁊ ꝑ ſemet ſe defendit vbi
habet aduocatũ dñm noſtrum Jeſum chri
ſtum: de quo pater nobis pupillis ꝓuidit.
Preterea nũtius iſte vagabũdus eſſe non
debet. i. cogitationũ varietate diſtract9: q꞉
tũc de negotio ꝓ quo mittit̃ nõ curat neq꞉
cogitat: ſed nũc in Hiſpania caſtra edificat
nũc in Britanniã rapitur: ⁊ velut palea va
rijs flatibus diſpergitur. Talis em̃ nũtius
anteq̃ ad celeſte cõſiſtoriũ veniat ſtatim ex
pro itinere a prauis cogitationib9 occidit̃:
ſicut cũ quis incipit orare/incidit cogitatio
de pulchritudine mulieris: ⁊ deinde cõſen-
ſum prebet: ⁊ ſic de alijs. Sed cõtra hoc de
bemus orare. Dñe labia mea aperies: vt. ſ.
dñs dirigat iſtũ nũtiũ ante cõſpectũ ſuũ: ⁊
cuſtodiat ſanũ in toto ſuo itinere: ⁊ a dia-
bolo corã ſe nõ ꝑmittat occidi. Nũtij em̃ q̃
illuc mittũtur debẽt gaudere protectione/
immunitatib9/⁊ priuilegijs: non ſolũ ante
illũ ſed etiã in via. Preterea hõ qui orat eſt
ſicut qui petit iudiciũ de inimicis ſuis. Si-
cut em̃ q̃ in iudicio loquit̃ debet habere te-
ſtes de his que ꝓponit: alioquin nõ credi-
tur vel nõ audiretur: imo forte a iudice cõ-
dẽnaretur: ſic oratio vocalis debet habere
teſtimoniũ cordis: ita vt cor nõ euaget̃. Sꝫ
tñ cauẽdũ eſt ne orãtis cor ſit falſus teſtis:
vel corruptus corruptiõe iniquitatis: quia
Pſ. Iniq̃tatẽ ſi aſpexi in corde meo: nõ ex-
audiet dñs. Sed ſi cõſciẽtia ſit bona ⁊ fide
le teſtimoniũ ferat: orãs ꝓ ſe iudiciũ repor
tat. Nã vt dicit Apl's. ij. Coꝝ. j. Gloria no-
ſtra hec eſt teſtimoniũ ꝯſciẽtie nr̃e. ¶ Circa

F
Atten-
tio.

hoc queritur vtrũ attentio ad orationẽ re-
quiratur? Et ſic videtur: q꞉ oratio eſt eleua
tio mentis in deũ: que nõ eſt ſine attentio
ne ad deũ: igitur nõ eſt oratio ſi nõ ſit attẽ
tio. Preterea qui nõ attẽdit ad illud quod
orat: videtur deridere deũ: ſicut ſi q̃s alicui
homini loqueretur ⁊ nõ attẽderet ad illud
qđ ꝓferret. Baſili9. Diuinũ auxiliũ implo-
randum eſt ne remiſſe aut mẽte huc ⁊ illuc
euagãte oratio fiat: eo ꝙ talis nõ ſolũ non
impetrabit qđ petit: ſed magis deũ irrita-
bit. Et ſicut ſi quis aliũ inuitat: ſi nihil pa-
rauit ꝓ eo/ſibi videt̃ illudere: ſic qui ore ro
gat: ⁊ cor dñs imparatũ inuenit. Rñſio. Di
citur primo ꝙ attẽtio aliqua requiritur in
oratione vocali: q꞉ homo q̃ in curia allegat
et ſine teſtimonio loquit̃/nihil inde refert:
Sic q̃ ad deũ ſine teſtimonio cordis loqui
tur. j. Coꝝ. xiiij. Pſallã ſpũ pſallã ⁊ mente.
Deus em̃ qui falli nõ põt nõ credit niſi cor
di. Ipſe em̃ nouit abſcondita cordis. Inde
dicebat q̃dã dũ oraret. Tibi dixit cor meũ:
exquiſiuit te facies mea. Nõ em̃ ei ſufficie-
bat ꝙ facies mẽtis. i. intellectus exquirat
et inueſtiget eũ/niſi ei loquat̃ cor. i. affect9.
Cõtra eos q̃ de deo multa inueſtigãt: ſed vt
ſciãt: nõ vt diligãt. Eſa. xxiij. Si q̃ritis: q̃ri
te. ſi queritis facie. ſ. intellectus: queratis ⁊
corde: immo alioqui videntur querere eũ fa
cie exteriori genibus flexis: ⁊ tamẽ cor eoꝝ
nõ querit eũ. Inde Pſ. Delectare in dño ⁊
dabit tibi petitiões cordis tui. nõ dicit oris
vel vocis: q꞉ ſine corde deus eas nõ appre-
ciatur. Nec mirũ: q꞉ os eſt nuntius cordis.
Plus aũt ſit ꝓ dño mittẽte q̃ꝫ pro nuntio
miſſo. Unde Petrus cantor. Cũ dicitur os
iuſti meditabitur ſapientiã. Et ſimiliter cũ
dicitur. Lingua mea meditabitur iuſtitiã:
ibi attribuitur ori vel lingue qđ cordis eſt:
vt notetur cõſonãtia debita inter illa duo.
Hinc Leuit. j. Caput hoſtie retorquebatur
ad collũ. i. mẽs ad vocẽ. Hec Petrus. ¶ Di
cit̃ ſcđo ꝙ ad cõtinuationẽ orationis valo
rẽ et meritũ nõ ſemper requiritur actualis
attentio circa ſenſum vel verba orationis.
Alioquin nulla eſſet oratio quin eẽt diſcõ-
tinuata. Hoc apparet in peregrinatiõis cõ
tinuatiõe: que ad hoc vt ſit meritoria ⁊ cõ-
tinuata: nõ requirit aſſiduã ſuoꝝ paſſuũ di
numerationẽ: neq꞉ ad terminũ quo perue
niẽdũ eſt actualẽ cogitationẽ. Cor em̃ ho-
minis ex natura ſua multũ volubile eſt etiã
in iuſtis hoĩbus: quorũ vnus dicebat. Cor
meũ dereliquit me. Eſt em̃ cor humanum
quaſi auis venatica: que cũ manu tenetur

Utrum
ad oro-
nẽ req̃-
rat at-
tentio.



audito modico ſonitu nitit̃ aduolare. Sed
qui eã tenet quibuſdã vinculis ligatã reuo
cat ſuper manũ: et cũ trãſit per locũ vbi eſt
ſtrepitus/carnes rubras tenet ei ante ocu-
los: vt illis attẽta non attẽdat ad ſtrepitũ.
Sic cor in oratione aduolare nitit̃ ad ſtre-
pitũ tẽtationũ. Sed debet illud hõ reuoca
re vinculis amoris et timoris dei. Carnes
chriſti cruẽtas ante oculos ſuos ponendo:
et in earũ refectione cor detinẽdo ⁊ occupã
do. Unde in vitis patrũ cũ quidã frater vi
ſitaret ſenem quẽdã: et veniſſet iuxta cellã
eius: audiuit eũ ab extra quaſi cũ aliquo li
tigantẽ. Intrãs aũt et nullũ videns: queſi
uit cũ quo litigaret. Reſpondit cũ nemine
alio q̃ꝫ cũ cogitationibus ſuis: que aufere-
bãt ei deuotionẽ in opere dei. ſ. in oratiõe.
Sic em̃ debet homo cor ſuum reuocare ad
orandũ: ſicut fecit Dauid dicẽs. ij. Reg. vij.
Inuenit Dauid ſeruus tuus cor ſuũ vt ora
ret te. ¶ Dicitur tertio ꝙ ſufficit habitua-
lis vel virtualis attẽtio ad cõtinuationem
orationis cõſeruandã: dũmodo nõ ſit iter-
rupta per cogitationẽ contrariã ⁊ incõpoſ
ſibilẽ: ⁊ hoc cũ propoſito deliberato: q꞉ tũc
eſſet diſcõtinuatio. Secus eſſet ſi neſciẽter
et iaduertẽter aduenerit hoc: et ei poſt hoc
diſpliceat. Qđ apparet in citharedis ⁊ alijs
artibus mechanicis: qui nõ deliberãt dũ ci
thariʒãt: vel aliquid aliud operãtur: ſꝫ ad
alia meditãtur: ⁊ nihilominus bene citha-

A
Atten-
tio.
Aliq̃s
poteſt
multi-
pliciter
nõ attẽ
dere ad
orõnẽ.

riʒant. ¶ Poteſt aũt hec nõ attẽtio multi-
pliciter cõtingere. Primo ex inaduertentia
que tamẽ ſibi diſplicet dũ aduertit: et tunc
nõ interrũpit orationẽ: nec ad iterationem
obligatur: nec debet ibi aliquẽ ſcrupulum
formare: q꞉ niteretur ad ſibi impoſſibile: q꞉
impoſſibile eſt phãtaſiã quieſcere ꝓ imagi
nibus rerũ cõtinue ſibi occurrẽtibus: ſicut
nec mare et aer quieſcere poſſunt dũ agitã
tur aſſiduitate ventoꝝ. Scđo homo poteſt
non attẽdere a propoſito: ⁊ hoc dupliciter.
Primo ſuſpẽdẽdo attẽtionẽ: qñ illa euaga
tio eſt circa ſalubria: puta circa predicatio-
nẽ vel inuẽtionẽ alicuius expoſitionis ſcri-
pture ſacre ſubito occurrẽtis: vel medij pa
cis inter aliquos agẽde: aut dũ exterius re
quiritur ab aliquo altero hoĩe ſuper reſpõ
ſione ſibi faciẽda: ſiue dũ rei domeſtice vel
officijs ꝓprijs imminẽs vrget cõmoditas:
vt ei ꝓmus attẽdatur. In his et ſimilib9
caſibus ſm̃ de Gerſon poteſt orãs verbalẽ
orationẽ intermittere aliq̃n diutius aliq̃n
breuius: et poſtmodum redire ad cõtinua-
nem abſq꞉ vlla verborum precedentium
reiteratione: neq꞉ fructum orationis au-
fert nec meritũ: q꞉ interruptio illa bona eſt
et meritoria: ⁊ hoc ſi ſolus orat vel cum ſo-
cio. Sec9 eſt ſi orationẽ agit in cõmuni: ſcꝫ
in choro eccleſie cum alijs cantãtibus. Tũc
em̃ nõ cõuenit talis interruptio: q꞉ ꝓpter
alios canentes nõ poteſt redire ad paſſum
quẽ deſeruit canendũ ⁊ reſumẽdum. Tum
ſcđo propter ſcãdalũ. In hoc em̃ ſcãdaliza-
rẽtur puſilli: credentes ꝙ in publicũ ꝓ po
pulo orãtes pro rebus profanis interrũpe
rent vel dimitterent ſacra. In quo notan-
tur canonici ſine cauſa recedẽtes ab horis
vt tẽporalibus eccleſie vacent: non attẽdẽ
tes huic qđ dixit chriſt9. Primũ querite re
gnum dei ⁊c. Et ſi oporteat illũ interrũpe-
re: propter tres vel quatuor verſus dimiſ-
ſos: nõ debet iterare: ſed cũ alijs continua
re cum quadã cordis penitẽtia. Si aũt fue
rit nimia diſcontinuatio: poteſt illud ſeor-
ſum repetere vbi dimiſit. Et ſi dicat q̃s. Dũ
oro ſuperueniũt mihi cogitationes ꝓpter
quas neſcio ſi aliquid dimiſi: an propter il
las repetere teneor quod nõ dixiſſe timeo?
Reſpõdetur ꝙ tripliciter cõtingere põt ali
quẽ eſtimare quaſdã orationis portiuncu-
las ſe nõ dixiſſe. Uno modo qñ vehemẽter
exiſtimat ſe nõ ꝓtuliſſe verba illa. Et iſtud
cõpellit ad repetitionẽ vel penitẽtiã: ⁊ hoc
loquẽdo de nõ attẽtione ad verba non ad
ſenſum litere vel ad finẽ. Scđo quando ti-
met quaſi ad vtrũlibet. i. in dubio eſt ſi di-
xerit vel eque dubius eſt: ⁊ hoc ſuadet repe
titionẽ: maxime ſi habeatur opportunitas
Tertio qñ vehemẽter opinatur ſe dixiſſe: ⁊
hoc diſſuadet potius repetere q̃ impellat
propter euagationẽ mentis. Neq꞉ ſibi de-
bet orans leuiter formare ſcrupulos ſuper
obliuione illoꝝ que protulit aut protuliſſe
debuit: q꞉ ſm̃ Ariſto. memoria vel remini-
ſcẽtia nõ cadit niſi ſuper illa que per refle-
xionẽ ſuper actus noſtros vel cogitatiões
ꝯſideramus/que raro fit: nec neceſſe eſt fie
ri: et ſic ſufficit ad quietationẽ animi ꝓba-
bilis cõiectura. Sic ſm̃ de Gerſon: prudẽ-
ter vſus eſt quidã ſacerdos qui turbato cui
dã ſuper repetitione horarũ ſuaꝝ ſi nõ aſſi
due et actualiter attẽderet ad eas iniunxit
penitentiã ad tẽpus: ne quomodolibet ho
ras ſemel dictas iteraret. Sic em̃ viris ti-
moratis mille ſcrupuli inſurgunt more ca-

B
Oratio
Qñ q̃s
tenetur
orõnẽ
repete-
re: ⁊ qñ
non.

Universidad de Deusto Biblioteca



nū latrantes: ⁊ lacerare mināt es ipſos am
bulātes per viā mādatoꝝ dei quos melius
euincere ꝙ per cōtēptū nequeūt: dū tamē
cōtēptus ille ſit timoratus cū cōſilio ꝓbo-
rū viroꝝ et abſqꝫ ſtulta preſumptione. Ter
tio poteſt homo nō attēdere: qñ ſciēter ⁊ a
ꝓpoſito interrūpitur oratio que cadit ſub
precepto per actualē euagationē cōtrariā:
ſic ꝙ aduertit eā nec curat repellere: ſed ta
lis in oratione vltra ꝓgreditur. Et hoc po
teſt fieri dupliciter. Uno modo qñ cogita-
tio eſt quaſi impertinēs ⁊ ſuperflua: q̄ eſſet
virtutis exercitiū: vel ſaltē nō tolleret fru-
ctū ſi reſiſteret: aut ei diſpliceret in talibus
euagaſſe: ⁊ tñ nō vult reſiſtere: ſed vltra in
oratione ꝓgreditur: ⁊ talis peccat: vel reſu
mere debet qđ in tali volūtaria diſtractio-
ne ꝓtulit. Sunt eñi aliqui quaſi beſtiales
ex ſua carnalitate torpore malaqꝫ cōſuetu
dine ad oīa ſpūalia ita pigri ꝙ quaſi ſpon
te tēpore perſolutionis horarū ſuarū: quia
eis nō ſapiūt: aſſumūt ſibi cogitationes de
exterioribus in quib⁹ eoꝝ animus delicia-
tur: aut tāta ſomnolētia ex mala ſua cōſue
tudine ⁊ diabolo ſibi illudēte obruūtur vt
vix recolāt de vno verſiculo vni⁹ hore quā
perſoluiſſe putāt. Talibus niſi peniteant ⁊
ſatiſfecerint ꝓ tā grauibus negligētijs im
minet terribile purgatorium vel infernus.
Si tñ talis euagatio ſibi nō placeret dum
aduertit: ſed ab eo queritur vinci in reliq̄s
nō obligat ad reiterationē faciēdā de neceſ
ſitate: ꝙuis ſine pctō nō fuerit: q: nō cadit
preceptū eccleſie ſup oratione vocali ꝙ fiat
cū actuali attētione: ſicut nec obligatur eā
facere ex charitate. In hoc etiā reprehēdū
tur ſm Duran. in. iiij. qui cum dicūt horas
vel orationes q̄ cadunt ſub precepto: impli
cāt ſe ſcienter ⁊ a propoſito alijs operibus
que ſine diſcōtinuatiōe orōnis fieri nō poſ
ſunt. Quādo eñi hō aliquid cogitat ex ani-
mo ⁊ aliud manu operaƭ: nō ſolū facit op⁹
tortuoſum: immo frequēter ſe ledit: vt ap-
paret in carpentario cū dolabro ſuo. Sic q̄
deo ſine attentione ſeruit aliqñ ſe ledit. Et
faciēdo opus aio tortuoſe aget et periculo
ſe: q: hoc eſt directe cōtra preceptū eccleſie:
qđ habetur extra de cele. miſ. c. dolētes re-
ferimus. vbi ſic dr. Diſtricte precipimus in
virtute obedientie vt diuinū officiū diurnū
pariter ⁊ nocturnū quantū eis deus dede-
rit: ſtudioſe pariter celebrent ⁊ deuote. Hoc
aūt nō obſeruāt q̄ ſe occupādo in actu exte
riore ſciēter ſibi attentionem ſubtrahunt.

¶ Quarto pōt homo nō attēdere qñ ſcien-
ter ⁊ a ꝓpoſito interrūpitur ꝑ cogitationē
vitioſam nec ei reſiſtiƭ: ſed magis cōplacet.
Et iſtud eſt periculoſum valde. cōtra quod
Ps. dicebat orare volēs. Auribus percipe
dñe orationē meā nō in labijs doloſis. Eſt
autē dolus cū aliud agitur: aliud ſimulaƭ.
Labijs aūt ad duo vtimur. ſ. ad exprimen-
dū intellectū: ⁊ ad exprimendū affectū. Pri
mū ꝑtinet ad veritatē. Scđm ad odiū vel
dilectionē. Ideo duobus modis pñt eſſe la
bia doloſa. Uno modo qñ labia a mente et
intellectu verboꝝ diſcordāt. Augu. Cū ora
tis hoc verſetur in corde qđ ꝓfertur in ore.
Exierūt eñi due. ſ. Judith et Abra ei⁹ quaſi
ad orationem. Judith. xiij. Quia ad oratio
nē vocalē modo ſupradicto mens ⁊ lingua
requirūtur. Ps. Cor meū ⁊ caro mea exul-
tauerūt in deū viuū. Bernar. in ſuis medi-
tationibus. Cū ad orādum ſiue pſallēdum
in eccleſia intramus: fluctuantiū cogitatio
nū tumultus exterius relinquamus. Fieri
eñi non pōt vt cū deo loquatur qui cū toto
mundo tacēs fabulatur. Intēde ergo illi q̄
intēdit tibi: audi illū loquētē tibi: vt ipſe te
exaudiat loquentē ſibi. Querit eñi orans a
deo vt verba ſua ꝑcipiat ⁊ intelligat. Uer-
ba mea (inquit) auribus ꝑcipe dñe ⁊c. Ali-
quādo eñi percipit de⁹: ſed nō intelligit: q:
nec ipſe orās ipſam orationē intelligit. Ad
hoc autē ꝙ intelligat multa ſunt q̄ clama
re debēt in nobis: ſicut canit eccl'ia. Os/lin
gua/mēs/ſenſus/vigor. Et ratio huius eſt
duplex. Una ex ꝑte orōnis. Dicit eñi Phi-
loſophus lib. de ꝓblematibus. ꝙ longius
idē eadē voce auditur cū alijs clamās ⁊ cā
tans ꝙ̄ ſi ſit ſolus: ita ꝙ clamor cordis ſen
ſus ⁊ operis lōgius auditur ꝙ̄ ſi ſit lingua
ſolū: ideo ſi deus ſit a nobis elōgatus pro-
pter culpā. iuxta illud Ps. Ut quid dñe re
ceſſiſti lōge: cum his oībus facile audiet et
exaudiet nos: ergo rōnabile eſt ꝙ labia et
cor ſibi correſpōdeant. Qr ſi nō: tunc tales
orādo deo ſoluūt falſam monetā: q: qñ ſo-
lū ab ore procedit nō ex corde: formā habet
orationis nō veritatē: et maxime qñ inter-
uenit cogitatio vitioſa. ¶ Scđa ratio ſe te-
net ex parte orātis. Cū eñi oratio ſit quedā
ſagitta emiſſa ab orāte tāꝙ̄ a ſagittāte: vt
deū tāꝙ̄ metā ⁊ finē vltimū attingat: opor
tet ſi debite ſagittare velit ꝙ cōtinue diri-
gat mentis oculos in deū tāqꝫ in ſignum.

C
Labijs. Dupli
pñt di
ci labia
doloſa.

D
Oratio
Quare
os/lin-
gua/
mens/
ſenſus/
vigor
clama-
re de-
bent vt
deꝰ ora-
tionē in-
telligat



Un̄ Uegetius lib. j. de re mili. c. xv. Diſcen
tes artē ſagittandi inſtruendi ſunt vt arcū
ſciēter teneāt ⁊ fortiter impellāt vt ſiniſtra
fixa ſit/et dextra cū rōne ducaƭ: vt ad illud
qđ feriēdū eſt oculus pariter ⁊ animus cō
ſentiāt. Arcū ſciēter tenēt q̄ ꝓ eis que ſunt
vtilia ⁊ aīe accōmoda orāt deū: ne eis petē
tibus dicat dñs. Neſcitis q̄d petatis. ⁊ Ja
co. iiij. Petitis ⁊ nō accipitis eo ꝙ male pe
tatis. Arcū iſtū bene implēt vel impellūt/
qui bene operādo orationē adiuuāt. Sini-
ſtra aūt fixa debet eſſe vt nō moueaƭ ſed ſo
la dextra: q: cura rerū tēporalium quieſce-
re debet ⁊ cura ⁊ conſideratio eternoꝝ ora-
tionē debet intēdere: vt ꝑ ipſam tāqꝫ ꝑ tra
ctū dextere vota dirigātur: ⁊ ſic nō oculus
carnis ſed oculus mētis in deum tēdat: vt
ſic aſpectus ⁊ affectus cōſentiāt. Ps. Ini-
quitatē ſi aſpexi in corde meo ⁊c. propterea
exaudiuit de⁹: ⁊ attēdit voci deprecationis
mee. Scđo dici pñt labia doloſa: q: cū ſint
nata exprimere affectū cordis. iuxta illud
Eſa. lvij. Creaui fructū labioꝝ pacē: ab af-
fectu aūt quē videntur pretēdere oīno diſcor
dant. Tales ſunt de q̄bus Ps. Qui loquiƭ
pacē cū ꝓximo ſuo ⁊c. Nā aliud ibi agitur:
aliud ſimulatur. Luc. xxi. Sic fecit Judas
oſculo tradēdo dñm. Prouer. iiij. Abſcon-
dūt odium labia mēdacia. Orationē taliū
nō vult de⁹ audire: quia in ea eſt horribilis
diſſonātia: ideo melius eſſet ꝙ ſilerēt. Ps.
Muta fiant labia doloſa. Nec mirū ſi orat
vt fiāt muta: q: periculū apperiēdi illa oſten
dit Ps. dicens. Labijs ſuis doloſe agebāt:
iudica illos deus. Poſt doloſitatē nihil re-
ſtat niſi horrēdū dei iudiciū. ¶ Diciƭ quar-
to ꝙ oīs oratio vocalis oportet ꝙ ab attē
tione actuali ꝓcedat. ſm Durā. ⁊ de Allia
co. ſiue ſit publica: ſiue priuata oratio. Alio
quin non eſt meritoria: nec precepti eccleſie
adimpletiua in caſu quo orō cadit ſub pre-
cepto: q: nullum opus eſt meritoriū niſi ex
intētione ꝓcedat: alſ nō eſſet opus huma
nū: cū homo nō ſit homo niſi per rationē ⁊
volūtatē. Oportet ergo ꝙ nō ſolū implea-
tur ex imaginatione ⁊ phātaſia q̄ cōmunis
eſt nobis ⁊ brutis: ſed ex deliberatione que
requirit attētionē. Unde ſi ſit priuata ora-
tio requiritur attētio actualis in ingreſſu:
et ſufficit (vt dictū eſt) habitualis in pro-
greſſu ꝓpter diuinā cōpaſſionē et fomitis
corruptionē. Uerbi gratia. Titius petit a
rege liberari vel aliq̄d aliud impetrare. Cū
autē ceperit loqui regi clemēti: importuni
tate turbe circūſtātis: ⁊ improbitate turbe
retrahentis in diuerſa pulſatur/impediƭ/
retrahiƭ. Nōne rex pius potius cōpatereƭ
ꝙ̄ indignareƭ? Sic mēs nr̄a ex fomitis cor
ruptione importunitate variarū imagina
tionū retrahiƭ. iuxta illud Proſaicū. Incur
ſu tot phātaſmatū turbaƭ cordis ſabbatū.
Si vero ſit oratio publica in eccleſia videƭ
requiri etiā intētio actualis in ꝓgreſſu: ſal
tē ad verba vel ad finē: ſed nō oīm pſallen
tiū ⁊ orantiū: ſed ſufficere videtur intentio
vnius vel pluriū actualis: ⁊ alij participes
ſunt illius intentionis per charitatē cōpa-
ginantē eccleſie mēbra. quia. j. Coꝝ. xij. In
vno ſpū oēs in vnū baptizati ſumus. Exē-
pli gratia. Si rex preciperet turbe ꝙ ſemꝑ
vnus eoꝝ in mēſa ſibi adſiſteret: et bene ca
uerēt ſibi ꝙ vnus in illa menſa ſemper ſibi
adſiſteret: licet alternatis vicib⁹ modo iſte
modo ille: reputarētur obſequiū bene im-
pleuiſſe: nec reputarentur trāſgreſſores. Et
ſi dicatur quod dicit apoſtolus. j. Coꝝ. iiij.
Si orem lingua: mens mea ſine fructu eſt.
Dicitur ꝙ in oratione duplex eſt fructus.
Unus eſt meritū orationis: et ille non per-
ditur. Secundus eſt quedam refectio ſpiri
tualis et mentalis delectatio in deum: ⁊ il
le eſt de quo loquitur hic Apoſtolus: et ad
hunc fructum habendum requiritur actua
lis attentio per totam orationē: et iſte fru-
ctus raro et in raris inuenitur.

A
Atten-
tio.
Quō
oportet
oēs orō
nem ab
attētio
ne actu
ali ꝓce
dere.

¶ De penitentia ſermo. xxxviij. et ſpe-
cialiter de oratione. vij.

Unqꝫ homo ma-
gis ſolitarius eſt: ⁊ in ſolitudi
ne huius ſeculi degēs/ꝙ̄ quā
do inter aduerſa viuit ⁊ torq̄-
tur. Tunc eñi fugiunt amici et ſolus deſeri
tur. Eccli. vj. Eſt amicus mēſe ⁊ nō perma-
net in die neceſſitatis. Propterea tūc maxi
me indiget ſocietate ⁊ auxilio. Hoc aūt ma
xime ſit ꝑ orōnē: vt cū hō ſolus ſit nūꝙ̄ mi
nus ſolus ſit: ſed optimas orationes ⁊ per-
ſuaſiones habeat ſecū: quas ad deū et an-
gelos dirigat. Sic beatus Ambroſius ad-
uerſus Juſtinam imperatricem Arrianā/
et filium eius Ualentinianū iuniorem di-
cebat arma ſua eſſe lachrymas ⁊ oratiōes.
Et maxime debēt eſſe arma pctōris contra
irā dei. Nā (vt inquit Guil. Pariſieñ.) de⁹

B
Oratio
Orō ho
minem
comita
tur ī ſo
litudi-
ne hui⁹
ſeculi.

Universidad de Deusto Biblioteca



C Oratio Oro eſt armatura pctõris contra deum.

armatus cõtra peccatorẽ nunq̃ meliꝰ vincitur ⁊ captiuat̃ q̃ p orationẽ: immo q̃diu vult orãs deus in vinculis tenetur. Lancea enĩ dei eſt ira eius: quã frãgit orãs p humilem orõnẽ/cõfeſſionẽ purã/⁊ contritionẽ. Nã Prouer. xv. Reſpõſio mollis frãgit irã. Remiſſio enĩ ire eſt lãcee fractio. Sed et in armatura dei iuenit̃ thorax. i. iuſtitia: quã tollit a deo pctõr ſi ſe armauerit pnĩa q̃ eſt quedã iuſtitia: p quã penitẽs ſe accuſat: alligat: punit: ⁊ teſtificat contra ſeipm̃ apud deũ. Ideo ipſo ſic armato neceſſe eſt deũ iuſtitiã ſuã deponere: qꝛ tunc nihil hꝫ iuſtitia cõtra talẽ q̃ ſe ſic iudicauit ⁊ accuſauit. Sꝫ et deus armat̃ galea q̃ dꝛ iudiciũ: ſed cõtra hoc dꝛ. j. Coꝛ. xj. Si noſmetipſos dijudicaremꝰ: nõ vtiq̃ iudicaremur. Arcũ etiã ſuũ vibrauit q̃ eſt iudiciũ: qꝛ ſicut in materiali arcu lignũ per chordã flectit̃: ⁊ quanto magis trahit̃ retro chorda/tãto velociꝰ mittit ſagittã: ſic iudiciũ ⁊ rigor iudicij mĩa tẽperat̃. Sed quanto maior mĩa alicui ĩpendit̃ ſiue tolerãdo/ſiue expectãdo/vel benefaciẽdo: tãto durior iudicis ſnĩa mittit̃. Vñ niſi fregerimꝰ irã dei: velut ignis exardeſcet ira ſua: ⁊ gladiꝰ ſuus deuorabit nos. Sed ſi fecerimꝰ iudiciũ de nobiſipſis: poterit q̃libet noſtrũ dicere deo. Mitte gladiũ tuũ in vaginã: qꝛ euaginaui meũ. Ideo cũ volumus cũ deo certare ⁊ ĩtrare cãpũ: inuocare diuinũ auxiliũ debemus. Propter qd̃ ſacerdotes tõſurã portãt in ſignũ victorie acq̃ſite ĩ bello eccl̃ie: in quo deꝰ vult ſemp vinci. In pñcipio tñ orõnis dꝛ deꝰ in adiutoriũ meũ intẽde: qꝛ in illo certamine nihil niſi dei auxilio cõtra eius irã ⁊ iuſtitiã poſſumꝰ obtinere qd̃ fit p orationẽ: qua cõtra ſeipm̃ adiuuat orãtes. Et hoc etiã poſſumꝰ p adiutoriũ beate v̓ginis: q̃ ei ligauit manus in infantia ne nos feriat ira indignationis ſue: ad quam recurramus dicẽtes Aue.

D Nuntiꝰ Quõ nũtius iſte dꝫ caute ſolicitare pñcipes curie regꝭ celeſtis

¶ Quia dictũ eſt in precedẽti ſermone quõ nũtius iſte debet eſſe cautus ⁊ prudens in declinãdo aduerſarios latrones ⁊ ĩimicos: nunc dicendũ eſt qualiter debet eſſe cautus et prudens in acquirendo amicos: ⁊ conſequẽter de alijs huius nuntij conditionibꝰ. ¶ Circa primũ notandũ q̃ nũtiꝰ iſte debet eſſe cautus ⁊ prudẽs non ſolũ in declinãdo inimicos/ſed etiã in acq̃rendo ſibi amicos. Non enĩ ſolũ debet inſtare apud iudicẽ vel curie dñm: ſed etiã ſolicitare debet acceſſores ipſius iudicis ⁊ oẽs aſſiſtẽtes dño/pro negotijs illis p quibꝰ ad curiã miſſus eſt: maxime aũt illos q̃ maiores generet maioris poteſtatis in illa curia dignoſcunt̃. Ibi aũt ſalubriter ⁊ miſericorditer ⁊ [illegible]aliter eſt prouiſum: qꝛ ſunt ibi q̃ maxime poſſunt neceſſitatibꝰ proximorũ ſubuenire: ⁊ nuntios iſtos parati ĩtroducere ad regẽ: ⁊ qui p oĩa ipſos adiuuẽt: nõ venalitatis aut pecunie vel humane laudis grã: ſed charitatis: miſericordie: ⁊ pietatis cauſa. Et qd̃ eſt ibi mirabile: nullus eſt q̃ cõtradicat vel aduerſet̃ negotiũ aliene vel ꝓprie ſalutis agẽtibus: qꝛ oẽs volũt qd̃ deꝰ vult/q̃ vult oẽs hoĩes ſaluos fieri/⁊ ad agnitionẽ veritatis venire. Hanc enĩ concordiã facit deꝰ in ſublimibus. Job. xxv. Huiꝰ aũt cõcordie ratio potiſſima eſt: qꝛ nullus ibi hoſpitat̃ qui charitate nõ ardeat: ⁊ totus nõ diffluat bonitate. Et ita maiores q̃ ibi ſunt: facilius exorari poſſunt: nõ ſolũ qꝛ humiliores: ſꝫ qꝛ in charitate in oẽs ſunt propẽſiores. Ideo qui in curijs principũ maiores ⁊ magis familiares ⁊ magis dilectos nõ ſolicitat vt negotiũ ſuũ expediat̃/ignauus ⁊ negligẽs reputat̃. Sic ⁊ nũtius ille/ſi nõ ſoliciter illos de ſupna curia: arguẽdus erit negligẽtie. Sic enĩ nos docet orare eccleſia oẽs inuocãdo: quoſdã in generali: alios in particulari. vt pꝫ in litania. Sic btũs Dionyſius voluit q̃ ad ſuprema reducãtur infima p media.

E Oratio An ſancti ſint orandi.

¶ Et ſi dicat̃: quõ ſunt orãdi ſancti: virtus enĩ orationis plus in affectu conſiſtit q̃ in voce: qꝛ hoc negotiũ (vt dicit Augu.) plus gemitibꝰ q̃ vocibus agitur: ſed ſolius dei eſt cogitationes cordiũ ⁊ affectꝰ percipere: ergo ſancti nõ percipiunt: ⁊ ſic nõ ſunt orãdi. In oppoſitũ Job. v. Voca ſi eſt q̃ reſpõdeat ⁊ ad aliquẽ ſanctorũ cõuertere. et hoc oſtẽdit vſus eccleſie ĩ litanijs. Dicit̃ primo q̃ orõ alicui dupliciter porrigit̃: vno modo quaſi per ipm̃ implẽda: alio modo quaſi p ipm̃ impetrãda. Primo modo ſolus deus orãdus eſt: qꝛ oẽs orationes noſtre ordinari debent ad gratiã ⁊ gloriam cõſequendã: que ſolus deus dat ſm̃ illud Pſ̃. Gratiã et gloriã dabit dñs. Sed ſecũdo modo ſancti ſunt orãdi. Apocal. viij. Aſcẽdit fumus incenſorũ de orõnibꝰ ſanctorũ in cõſpectu dei de manu angeli: nõ vt deꝰ per eos noſtras orationes cognoſcat: vt vult Apuleiꝰ in lib. ſuo de deo Socratis: ſed vt eorũ precibus et meritis orationes noſtre ſortiantur effectũ. Inde eccl̃ia a ſancta trinitate petit vt



ſui miſereat̃: a ſanctis vero quibuſcũq̃ vt orent p nobis. Pſ̃. Pro hac. ſ. iniq̃tate vel tribulatione orabit ad te oĩs ſctũs. Ribaldi enĩ nõ ſunt digni exaudiri ſed bñ ſancti. Job. vj. Nõ contradicã ſermonibꝰ ſctĩ. Nume. xvj. Sctõs applicabit ſibi in quibꝰ loquitur dñs Pſ̃. Deꝰ locutꝰ eſt in ſctõ ſuo.

A Oratio Quare ad ſanctos q̃ ſunt in purgatorio nõ dirigit̃ orõ: ſicut ad illos qui ſunt in celo.

¶ Dicit̃ ſcd̃o q̃ ſancti cognoſcũt oĩa in verbo que ad eoꝝ gloriã pertinẽt. Et qꝛ ad magnã eorũ gloriã ꝑtinet q̃ alios iuuare pñt quaſi dei cooperatores: ideo ſtatim in verbo vidẽt petitiones ad eos factas vel voce vel corde. Et qꝛ ſancti q̃ ſunt in purgatorio nõdũ vidẽt deũ: licet ſint deo coniũcti per gratiã: ideo nõ pñt cognoſcere oratiões noſtras: ⁊ ſic ipſos nõ oramus. Et q̃ vocamꝰ ſanctũ Petrũ licet Petrus nõ ſit: hoc eſt qꝛ talibus noĩbus nobis innoteſcũt: q̃bus vocabãtur dũ adhuc viuerẽt: ⁊ etiã propter ſidẽ reſurrectionis inſinuãdam: ſicut legitur Exo. iij. Ego ſum deus Abraã ⁊c. ad denotandũ q̃ licet ſola aĩa viuat: viuet tamẽ in ſuis cineribus reaſſumptis ⁊ iũctis.

B Oratio Vtrum orõ vocalis cadat ſub p̄cepto

¶ Et ſi queratur: vtrũ ſancti et deus ſint orãdi vocaliter: an vocalis oratio cadat ſub p̄cepto. Videt̃ q̃ non: qꝛ nihil carius emitur (teſte Seneca) q̃ꝫ qd̃ precibꝰ eſt [illegible]ptũ: deus aũt liberaliſſimꝰ eſt: nõ igit̃ precipit orare. In oppoſitũ arguit̃: qꝛ Luc. xviij. ſaluator p̄cipit. Oportet ſemp orare ⁊ nõ deficere. Reſpõſio. Dicitur primo q̃ tria occurrunt in oratione vocali. Vnũ p modũ materie: que cõſiſtit in verbis. Scd̃m p modũ forme: q̃ cõſiſtit in ſenſu verboꝝ. Tertiũ per modũ finis: qui ꝯſiſtit in eleuatione mẽtis in deũ. Quo ſuppoſito dicitur ſcd̃o q̃ materia orationis vocalis principaliter cadit ſub precepto. Sic enĩ cadũt hore canonice ſub precepto dicẽde: ſic officiũ mortuoꝝ: ſic aliud eccleſie ordinariũ ſeruitium. Ita tñ cadit ſub p̄cepto q̃ orãs abſoluit̃ ſiue cogitet actualiter ſiue nõ: ſiue vagetur mẽte vel corpore: dũmodo proferat orationis verba: vel ſi ſit laicus/verba ꝓferẽtis audiat. Alioq̃n impoſſibile eſſet aliquẽ ſaluari: qꝛ nullus eſt q̃ careat orando euagationibꝰ mẽtis. Quidã enĩ volẽs quẽdã ruſticũ cõuincere de inſtabilitate mẽtis: q̃ ſe deuotũ ſimulabat: pollicitus eſt ſe ſibi daturũ aſinũ/ſi poſſet orationẽ dñicã nihil aliud actualiter cogitans perficere. Qui mox ad orationẽ conuerſus cepit cogitare ſi ſellã habiturus eſſet cũ aſino. Qui tãdem inſtabilitatẽ ſui cordis cõfeſſus eſt.

C Organum. Quid de organis q̃ reſonãt ĩ eccl̃ia ſi hõ ſit abſolutus ne dicat ꝟſꝰ quẽ reſonãt

¶ Et ſi arguatur: qꝛ q̃nq̃ in ſeruitio eccleſie organa cãtãt alternatim verſus cũ choro. Nõ ergo tenetur chorus oĩa verba proferre. ¶ Dicitur q̃ organa canendo ſupplẽt alterã partẽ verboꝝ ex diſpẽſatione dei: qui iubet in Pſ̃. Pſallite dño in cithara: ecce inſtrumẽta muſica ĩ voce pſalmi: ecce orationẽ vocalẽ. Et hoc ideo vt excitetur affectus orãtis ꝓpter melodiã cantus ad letitiã cordis: vt impleatur qd̃ dicit Pſ̃. Seruite dño in letitia. Sic enĩ cantus ille inſtrumẽtoꝝ ꝓportionatus eſt aliquãdo humane cõplexioni: vt cauſet in audiẽtibus quãdã geſticulationẽ iocundã. Ideo ne torpeamus in diuino ſeruitio hoc pmiſſum eſt ad excitationẽ affectus. Nec tñ ĩtelligẽdũ eſt q̃ illud officiũ teneamur in gratia dicere: immo adimplet hõ preceptũ dũ dicit verba ſiue ſit in grã ſiue nõ: ſicut implet p̄ceptũ de honore parẽtũ qui eos veneratur: ſiue ſit in grã/ſiue extra. ¶ Dicit̃ tertio q̃ ſenſus orationis non cadit ſub precepto. ſ. vt recogitet̃ ſemp vel vt ĩtelligatur. Patꝫ hoc primo in illiteratis ⁊ idiotis qui nõ intelligunt. Scd̃o hoc patet in his que in publico in eccleſia cãtãtur in tubis ⁊ organis: vbi nõ ĩtelligũtur neq̃ verba: neq̃ ſenſus verboꝝ. Tertio hoc apparet in canticis prophetarũ: ⁊ in pſalterio: vbi etiã homines magne literature vix intelligũt que dicũt. Grego. Tenebroſa aqua in nubibus aeris: obſcura ſciẽtia in ꝓphetis. Et iterũ Pſ̃. Nubes ⁊ caligo in circũitu eius. i. difficultas ⁊ obſcuritas in circũeũdo ⁊ legendo ſacrã ſcripturã ⁊ verba ſpũſſancti. Quarto hoc apparet in cãticis cãticoꝝ: vbi vidẽtur quedã verba ſapere carnaliter: q̃ tñ apud perfectos et eleuatos incitãt mẽtẽ eleuare in deũ. ¶ Dicitur quarto q̃ finis particularis orationis ꝓprius et ꝓximus ſequit̃ recogitationẽ actualẽ ſenſuũ orationis: non cadit ſub p̄cepto: qꝛ nec ipſa recogitatio cadit vt ꝓbatũ eſt: ſed finis generalis actualis vel virtualis: qua intẽdit ad deũ verba facere ⁊ ſe recolligere cadit ſub precepto: ⁊ maxime in principio et fine orationis. Inde eſt q̃ oratio que in horis canonicis dicitur vltima ſolet appellari collecta a colligẽdo: vt poſt euagationes ſe hõ colligat eleuãdo mentẽ in deũ: vt poſſit actu vel habitu dicere. Oculi mei ſemper ad dñm. Si enĩ ſit attentio in principio et fine actualis vel habitualis: dicitur eſſe cõtinuatio attẽtio-

Univerſidad de Deuſto Biblioteca



nis moralis ſed nõ nature: ſm em̃ Ariſto.
illa dicũtur continua quorum vltima ſunt
vnũ: dũ tñ nõ interrũpatur per malã intẽ
tionẽ: vt.ſ.dictũ eſt. ¶ Scd̃a huius nuntij
cõditio eſt ꝙ debet eẽ fidelis: vt.ſ.firma fi
de credat ſi debite petat ſe eſſe a deo exau⸗
diẽdum. Jaco.j. Poſtulet in fide nihil heſi⸗
tãs. Quã fiduciam dedit nobis dñs dicẽs.
Petite et accipietis. Oĩs q̃ petit accipit: et
qui querit ĩuenit. Hoc em̃ verbũ regiũ eſt.
Qui regi nõ crederet: ĩiuriã ei faceret. Ber⸗
nar. Indignus celeſti bñdictione cõuincit:
qui deũ dubio querit affectu. Et q: hanc fi
dẽ non habuerũt diſcipuli: lunaticũ curare
nõ potuerũt. Mat.xvij. Nõ potuiſtis eum
curare ꝓpter incredulitatẽ veſtrã. Vñ de⸗
bemus ei portare literas credẽtie nr̃e dicẽ
tes: Credo. et encenia.ſ. venationẽ paſſio⸗
nis chriſti: ⁊ claues caſtri.ſ.intellectũ ⁊ af⸗
fectũ deo offerre: ⁊ cũ hoc caſtellũ cordis ⁊
meritoꝝ nr̃oꝝ coronas. Plinius lib.viij. di
cit ꝙ elephas tãta ſuper om̃ia bruta viget
intelligentia ꝙ regẽ adorat: genua ſubmit
tit: ⁊ coronas ſibi traditas ei porrigit. Sic
nũtius iſte flectat genua in cõſpectu regis
celeſtis: et coronas.i.oẽm noſtrã ꝑfectionẽ
orãdo ſibi attribuat tãꝙ auctori. Eſt enim
oratio tributũ qd̃ debem⁹ deo: ſicut feuda⸗
tarius regi ꝓ feudo quẽ tenet ab ip̃o. Pro
emphiteoſi enim corporis ⁊ aĩe que accepi⸗
mus a deo in feudũ debemus ei tributum
laudis ⁊ orationis. Mat.xxj. Reddite que
ſunt ceſaris ceſari: et q̃ ſunt dei deo.i.ſicut
tributũ ꝓ feudis reddim⁹ ceſari: ſic ⁊ chri⸗
ſto: quo fideliter pacto libẽter exaudit. Ait
em̃. Oculi mei ad fideles terre. Et iterum
Pſ. Oĩa opera ei⁹ in fide: q: oĩa opera fa⸗
cit que petim⁹ in fide petẽtium. ¶ Circa tñ
hoc q̃ri poſſet cũ multi fideles multa fide⸗
liter a deo petant: quare deus aliq̃n differt
dare qd̃ petitur: cũ tñ videat neceſſitates ⁊
tribulationes eoꝝ? Amicus em̃ differre nõ
debet dare amico cũ poſſit. Prouer.iij. Ne
dicas amico tuo reuertere cras et dabo ti⸗
bi: cum poſſis hodie dare. Rñdet ꝙ hoc fa
cit de⁹ ꝓpter quatuor. q: aliq̃n petũt fide⸗
les que nõ decent. Refert em̃ Seneca regẽ
Antigonũ rñdiſſe cuidã infime fortune dũ
ab eo peteret obolũ. Non decet (inquit) re⸗
gẽ dare munus tã exiguũ: petijt poſtea ci⸗
uitatẽ. Rñdit rex ip̃m nõ eſſe tãto munere
ditandũ: cũ tñ poſſet vt rex dare ciuitatẽ: ⁊
ille vt paup̃ obolũ recipere. Propterea pe⸗
tẽdo memores eſſe debem⁹ ĩdignitatis no
ſtre/ et maieſtatis diuine: vt q̃ decẽtia ſunt
ab ip̃o recipere fideliter petam⁹. Scd̃o dif
fert exaudire vt magis cõmẽdet. [illegible] Au
gu. Si aliq̃n dñs tardius dat: commẽdat/
nõ dona negat. Diu deſiderata dulci⁹ obti
nẽtur: cito data vileſcũt. Seruat tibi deus
qd̃ nõ vult cito dare: vt ⁊ tu magna diſcas
magne deſiderare. Nec tñ credãt a deo de⸗
relinq̃ et deſpici: ſi nõ cito exaudiat cũ effe⸗
ctu. Eſt em̃ (vt inq̃t Pſ.) adiutor in oppor
tunitatib⁹ in tribulatione. Dauid em̃ angu
ſtijs preſſus ad ſpem ſe recolligẽs cõſidera
bat ꝙ q̃ benigne eũ q̃ nõ erat cõdidit: hũc
conditũ nõ niſi iuſte ꝑcuſſit. Ideo dicebat.
Obmutui et nõ aperui os meũ q̃m tu feci⸗
ſti: amoue a me plagas tuas. Hinc Moy⸗
ſes cũ murmurãtes ꝓ labore itineris com
peſceret dicẽs. Heccine reddis dño popule
ſtulte ⁊ inſipiẽs. Subdit. Nũq̃d nõ ip̃e eſt
pater tuus qui fecit te ⁊c. quaſi dicẽs. Qui
vos benigne cõdidit: nõ ſine cauſa cruciari
permittit. Amb. Quis operator negligat
operis ſui curã? Quis deſerat/ aut q̃s deſti
tuat: qd̃ ipſe cõdẽdum putauit? Nõ curare
quod feceris/ ſumma inclemẽtia eſt. Sepe
em̃ qd̃ impleri cito petim⁹: ex ip̃a meli⁹ tar
ditate ꝓſperatur. Nõ em̃ ſufficieten⁹ petitio
negligit: vota nr̃a arcti⁹ ⁊ ꝓfundi⁹ in vo⸗
lũtate radicãtur: ſicut ⁊ ſemina gelu preſſa
ſolidãtur: ⁊ quãto ad ſuꝑficiẽ tardi⁹ exeũt:
eo ad fructũ multiplicatiora cõſurgũt. Et ſic
deſideria nr̃a dilatione extẽdũtur vt profi⸗
ciãt: ⁊ labor ꝓtrahit pugne/ vt creſcat coro
na victorie. Suos ergo dñs cũ velociter nõ
audit cũ repellere credit/ trahit. Tertio dif
fert exaudire vt deſideria nr̃a magis incen
dãtur ad petẽdũ. Nõ em̃ dat a deo pluuia
grẽ/ niſi ab eo vehemẽter petatur. Pluuia
em̃ deſcẽdẽte celũ dr̃ aperiri: nõ deſcẽdẽte
claudi. iij. Reg. viij. Sicut clauſum fuit ce⸗
lũ et nõ fuit aptũ ꝓpter pctã eoꝝ. Niſi em̃
exhalationes aſcendãt ab inferiorib⁹ nũꝙ
pluuia deſcendit: ⁊ terrã fructificare facit.
Exhalatio aſcendẽs de terra cordis nr̃i ad
deũ eſt orõ. ſm illud Apoc. viij. Aſcẽdit fu
mus de orationib⁹ ſanctoꝝ: poſt cuius aſcẽ
ſum deſcẽdit pluuia grẽ in corda petentiũ.
Jaco. vlti. Helias orauit et celũ dedit plu⸗
uiam. Sed nũꝙ poſt eleuationẽ vapoꝝ et
exhalationũ ⁊ eoꝝ cõdẽſationẽ in nubem:
nõ ſequit pluuia ſed vẽtus: q: vapor eſt ſic
cus. et ſic efficitur materia vẽti. Sic oratio⸗

D
Nũti⁹.
Nunti⁹
dꝫ eẽ fi
delis.

E
Oratio
Quare
de⁹ dif⸗
fert da⸗
re id qd̃
ab eo
petim⁹



nes quorũdã nõ cõuertũtur in pluuiã gra
tie: ſed in materiã vẽti: q: fiũt ꝓpter vani⸗
tatem ⁊ laudẽ hoĩm. Quarto differt: vt qd̃
tũc nõ eſt vtile/ opportuno tp̃e reſeruet ad
habendũ. Vñ Hiero. aſſimilat deũ medico
dicẽs. Quõ eſtuãs febribus ſi aquã frigidã
poſtulet ⁊ dicat medico: vim patior/ cruci⸗
or/ exanimor. Vſq̄ quo medice clamabo: ⁊
nõ exaudies? et reſpõdeat ſapiẽtiſſim⁹ me
dicus. Scio quo tp̃e debeã dare qd̃ poſtu⸗
las: nõ miſereor modo q: mĩa iſta crudeli⸗
tas eſt: ⁊ volũtas tua cõtra te petit. Ita et
dñs noſter ſciẽs clemẽtie ſue põdera atq̄
mẽſuras/ aliq̃n nõ exaudit clamãtẽ: vt eũ
probet ⁊ magis ꝓuocet ad rogãdũ: ⁊ igne
charitatis excoctũ puriorẽ ⁊ iuſtiorẽ faciat.
Hec Hierony. Propter hoc clamabat Pſ.
Dñe q̃n reſpicies: reſtitue aĩam meã a ma⸗
lignitate eoꝝ q̃ me anguſtiãt. Ideo patien
ter debem⁹ expectare: ſicut paup̃ expectat
ad portã diuitis. Pſ. Expectans expecta⸗
ui dñm: ⁊ intẽdit mihi. Expectauerat enim
qui dicebat. Bñdict⁹ de⁹ q̃ nõ amouit ora⸗
tionẽ meã: et miam ſuã a me. Super quo
gloſ. ſecurus eſto ſi nõ eſt amota oratio nec
mĩa: quia ſi differt qd̃ dãdũ eſt: nõ aufert.
Nõ eſt em̃ crudelitas dil[illegible]o. Pſ. De⁹ me⁹
clamabo per diem: et non exaudies.

¶ De penitentia ſermo. xxxix. et ſpe⸗
cialiter de oratione. viij.

CUm filij Iſrael
eſſent cõgreg[illegible] cõtra Gabaa
ad ipſam delẽdã: ⁊ propter cri
men adulterij puniẽdã. Judi
cũ. xx. De mãdato dñi Judas fuit dux eoꝝ.
Sed cũ inijſſent be[illegible] prima ⁊ ſcd̃a vice nõ
legũtur fleuiſſe ideo victi ſunt: tertia vice ie
iunauerunt/ fleuerũt/ ⁊ ſacrificauerunt. et
ſic vicerunt. Sic ad hoc ꝙ hoſtes ſp̃uales
debellare poſſim⁹ tria ſunt neceſſaria.ſ. ꝙ
Judas (qui interpretatur cõfeſſio) p̃cedat
ꝙ luctus ⁊ cõtritio ſuccedat: ⁊ ꝙ ieiuniũ ⁊
ſatiſfactio accedat: ⁊ ſic Gabaa.i. mala con
ſciẽtia deſtruit: et de hoſtib⁹ triũphat. In
ſignũ cuius tõdimus pectus: cũ volum⁹ de
pctis noſtris triũphare. In tonſione pecto
ris cõtritio: in ſono cõfeſſio: in manuũ ap⸗
poſitiõe operis ſatiſfactio deſignat. Iſtud
tertiũ difficili⁹ videt: ⁊ rarius fit. Nã Gen.
xxxiiij. Tertius dies q̃n grauiſſim⁹ erat do
lor vulnerũ eſt ſatiſfactio quã tepidi in gra
uiſſima amaritudine mẽtis operãtur: cum
poti⁹ ſatiſfacere in mẽtis exultatione debe
rẽt. Vñ oliua radicẽ et folia habet amara:
fructũ vero dulcẽ. Oliua eſt penitentia: ra⸗
dix cõtritio: folia cõfeſſio: que in amaritu⸗
dine cordis fieri debẽt: fructus aũt ſatiſfa⸗
ctionis in dulcedine deguſtandus: laboris
enim ſatiſfactionis glorioſus eſt fructus:
ſcilꝫ fructus ventris virginis: ad quam re⸗
curramus dicentes Aue.
¶ Dicto de duabus cõditionibus orõnis:
hic cõſequẽter de tertia dicẽdũ eſt. Vñ ter⸗
tia cõditio qua debet nũtius iſte veſtiri eſt
agilitas. Nullus em̃ ĩ lõginquã partẽ mit
teret nũtiũ q̃ ambulare nõ valeret: vt puta
qui claud⁹ eſſet: vel infirmitate preſſus: aut
qui facile laſſatus deficit in via: vt patet in
illo de quo Guil. Pariſieñ. audiuit a cura⸗
to ſuo q̃ ita debilis erat in deuotiõe ꝙ vix
potuit dicere in vna ſeptimana orationem
dñicã: ita ꝙ quolibet die vnã de ſeptẽ peti
tionibus tãtũmodo diceret: ſed aſſuefact⁹
primo ad leues penitẽtias ⁊ orationes bre
ues: ⁊ paulatim ad modicũ maiores: finali
ter q̃ſiuit quãtãcumq̄ pn̄iam ſibi imponi.
¶ Oportet igit orationẽ eſſe curſorẽ/ leuẽ/
agilẽ/ ⁊ expeditũ. Primo a carnalibus deſi
derijs que militãt aduerſus aĩam. Qui ſic
orant: adorãt deũ in ſpũ ⁊ veritate: nõ qui
dẽ carnali ſed ſp̃uali amore. Sic agilis eſt
et expedita pueroꝝ baptizatoꝝ oratio in q̃⸗
bus nõdũ videt carnalia deſideria: de qui⸗
bus allegat ſaluator in Pſ. Ex ore ĩfantiũ
et lactẽtiũ ꝑfeciſti laudẽ. Ideo ve illis qui
illã puritatẽ proſtituunt angelicã ⁊ ea abu
tũtur: cũ propter tales pepercit dñs Nini⸗
ue ne ſubuerteretur. Jone vlti. ¶ Secũdo
oportet eſſe orationẽ agilem et expeditã a
rebus hui⁹ mũdi ⁊ vinculis cupiditatis: ⁊
eſſe liberã libertate chriſti: q̃ ſumma inge⸗
nuitas cõprobatur quã oſtẽdebat in ſe Da
uid dicẽs. A finibus terre ad te clamaui.i.
q̃n in me finita eſt om̃is terrena cogitatio:
dũ anxiaret cor meũ ꝓ celeſti deſiderio: in
petra exaltaſti me.i. in petra chriſto me ex⸗
audiſti. Stante tñ hac libertate põt aliq̃s
alligat⁹ eſſe ad orãdũ: aut rõne bñficij ade
pti: aut aliũde obligatus: puta ex gñis ꝓ⸗
pinquitate: ſiue ex eleemoſynarũ ſuſceptio
ne: ſiue ex amicitie viciſſitudine: ſeu amico⸗
rum requiſitione: et maxime domeſticoꝝ ⁊
familiariũ: q: (vt ait apl̃s) qui ſuoꝝ ⁊ ma⸗
xime domeſticorum curam non habet: fi⸗
dẽ negauit: ⁊ eſt infideli deterior. ¶ Tertio

A
Pnĩa.
Contra
hoſtes
viſibi⸗
les ⁊ ĩ⸗
uiſibi⸗
les tres
ptes pe
nitẽtie
ſunt ne
ceſſarie.

B
Nũti⁹.
Nunti⁹
q̃ ẽ orõ
dꝫ eẽ a⸗
gilis.

C
Oratio
Quot
modis
opꝫ ora
tionem
eſſe agi
lem.

Universidad de Deusto Biblioteca



oportet orõnē expeditā eſſe ab ambitione
honoꝝ ⁊ gibbo ſuperbie ꝑ humilitatē q̄ ab
aliquib⁹ haberi putat̄ facile: qui eā verbo
vel exteriori ſigno tantūmodo ꝓfitent̄: quā
tñ veraciter hr̄e in affectu ſumme difficile
eſt: ⁊ ſoli⁹ diuini muneris iudiciū. Oportet
em̄ ꝙ ibi accedat hō ad coꝛ altū: et exaltet̄
de⁹ terribilis in cōſilijs ⁊ iudicijs: ⁊ ſic ani
mū ſuū ſupbientē ponat ſub pedib⁹: qd̄ dif
ficillimū eſt. Oportet aūt orõnē eſſe humi
litate preclarā ꝓpter q̄tuoꝛ. Primo ꝓpter
faciliorē acceſſum ad deū: ſicut fons quātū
deſcendit tantū aſcēdit: vt pꝫ in conductu
fontiū abbatiarū. Sic orõ quāto humilioꝛ
tāto citi⁹ ⁊ alti⁹ ad deū aſcēdit. Et ſicut i oꝛ
ganis canales graciliores habēt voces acu
tiores/altiores/⁊ penetrabiliores: ſic vox il
lius apud deū eſt altioꝛ ⁊ orõ ei⁹ validioꝛ q̄
eſt humilioꝛ. Sic Anna hūiliter ⁊ tacite orā
do qd̄ petebat obtinuit. j. Re. j. Sic Judith
ingreſſa oratoriū ſuū induēs ſe cilicio ⁊ ꝓ
ſternēs poſuit cinerē ſup caput ſuū: ⁊ ſic cla
mauit ad dñm. Sic ppl̄s Niniue opert⁹ ſac
cis ieiunauit: et poſtea orauit et obtinuit.
Sic Ezechias ſe cōuertit ad parietē ⁊ poſt
ea orauit ⁊ exaudit⁹ eſt. Sic ſacerdos p̄uſq̄
miſſam icipiat ⁊ oret ꝓ pplo: induit ſe veſti
mētis ſacris. Hec ſunt veſtimēta humilita
tis ⁊ ceterarū v̄tutū. Scdo ad ꝓuocandū
diuinā miam. Eſt em̄ hūilitas in cōſpectu
dei ſemꝑ q̄ruloſa: ſemꝑ mendica: ſemꝑ ege
na: ⁊ dū hic viuit̄ ſemꝑ ſaccū ſuū vacuū oſtē
dit: indigētēq̄ ⁊ pauperrimā ſe ſemꝑ excla
mat: more trutānoꝝ q̄ vlcera ſua: miſeriaſ
q̄ ſuas tāta tedioſitate oculis ſpectātiū in
gerūt ⁊ ītueri illos cogūt: vt ſi nullo mō in
eos miſerationis affectu moueant̄: neceſſe
tñ habēt aliq̄ bñficio oculos ſuos ab aſpe
ctu tā hoꝛrifico redimere. Saccus aūt hūi
litatis īpleri nō pōt donis largitatis diui
ne. Nā quāto ampliora dona ſuſcipit/tāto
ampli⁹ ſaccus ille creſcit. Semꝑ em̄ clamat
imple ſaccū meū: iple ſaccū meū. Tertio ad
pacādū diuinā iuſtitiā. Orõ em̄ deprecātis
eſt i qua reus culpā ſuā agnoſcit: ⁊ nihil de
fenſionis affert. Phariſe⁹ aūt euāgelicus q̄
iuſtitias ſuas allegabat corā deo/poſtpoſi
tus eſt publicano pctā ſua humiliter cōfitē
ti. Luc. xviij. Nam oīs orans rite petit ſibi
donari qd̄ orat: ⁊ ꝓpter hoc cōfitetur non
ſibi debitū. Alioquin cōtenderet allegans
iuſtitiā ſue cauſe: et parat⁹ appellare a deo
tāq̄ ab iniuſto iudice ſi non daret. Q̄ enim

D
Oratio propter quatuor oportet orõnē humilitate orantis eſſe preclarā.

ſtultū eſt eleemoſynas petēti diuitias ſuas
oſtētare. Que maioꝛ ſtultitia q̄ vulneratū
moꝛbos ſuos ⁊ mēbra ſua vulnerata abſcō
dere medico volenti mederi? Sic nō longe
eſt cū deo de iuſtitia cōtendere: ⁊ nō cōfite
ri ſe peccatorē. Quapropter neceſſe eſt miſe
ricoꝛdiā petētibus non ſolū miſerias ſuas
oſtendere: ſed etiā in aures miſeratoris cla
mare: ⁊ narrāda ſunt beneficia illi⁹ que eā
contulit tāq̄ arras quaſdā ⁊ pignora ſecu
riſſima maiorū beneficiorū que vult hete
ab eo ſperare ſuſcepturos: puta de expecta
tione benigna ad locū ⁊ tēpus penitentie:
ſicut per oppoſitū pꝫ de quibuſdā qui ime
diate de medio rapiuntur ad eterna ſuppli
cia. Vñ Policraticus ait: ꝙ cū Lacedemo
nij implorarēt auxiliū Athenienſiū: nō eis
memorati ſunt bonorū q̄ eis fecerāt: ſed ſo
lū que ab eis ſuſceperant vt facili⁹ impetra
rēt. Quarto ad ſuſcipiendā diuinā gratiā.
Sicut em̄ natura ita abhorret vacuum vt
ignis vel aliud elementū cito deſcendat ad
implēdū illud: ſic cū humilitas ſemꝑ ſe va
cuā aſſerat: nihil mirū ſi grā dei velut plu
uia in illud deſcēdat. Ait em̄ dñs. Exo. xxiij.
Nō apparebis in cōſpectu meo vacuus. Et
ita licet ꝑ certi dinē nō poſſit ſciri qñ deſ
ſcēdit i coꝛ grā dei: tñ pōt haberi iſta conie
ctura ꝓbabilis: ꝙ ſicut pluuia materialis
cadēs in cinerib⁹ facit eos minores: ſic plu
uia ſpūalis grē cadēs i cinerib⁹ coꝛdis hois
facit eū ſibi ſe minorē videri. ps̄. Pluuiā vo
lūtariā ſegreg it de⁹ hereditati ſue. ⁊ ſeq̄
tur: ⁊ infirmata eſt. i. humiliata: tu vo ꝑfe
ciſti eā exaudiēdo ⁊ dādo qd̄ petit. ¶ Quar
ta cōditio nūtij hui⁹ eſt ꝙ ſit patiēs/beni
gnus/⁊ modeſt⁹. Op⁹ em̄ ꝑegrinū illatas
iniurias patiēter ſuſtinere: vt nō reſpōdeat
cuilibet fatuo aut cuilibet cani latrāti ſe ar
reſtet: nec cū eo litiget: poti⁹ de ſuo ꝑdat vt
pacē retineat. Jnde orõnes eorū qui patiē
ter diffamationes ⁊ detractiōes ſuſcipiūt:
ſunt multū grate deo: vt patuit in Dauid
cōtra maledictionē Semei ⁊ in Job: qui ꝓ
maledictione benedictionē repoꝛtauerunt.
Oportet em̄ inimicis dimittere: vt dimitta
tur nobis. Sed ⁊ modeſtus eſſe debet iſte
nūtius vt petitiones ſuas decēter formare
valeat: ita vt nō excedat vel diminutus ſit
in petēdo. Qui em̄ moderat̄ labia ſua pru
dētiſſimus eſt. Prouerb. x. Modeſtia autē
iſta debet eſſe in trib⁹. Primo in tēporis cō
grui expectatione: qd̄ expectauerat Dauid

E
Nunti⁹
Nunti⁹ iſte ſit patiēs benignus ⁊ modeſtus.

F
Oratio Quō in pluribus orãs dꝫ eſſe modeſtus.



B
Adulando.
Quō debemus deo adulari et eius captare beneuolentiam.

qui dicebat: ego vo orõnē meā ad te dñe:
tps bñpl iti de⁹. i. expectas tps tibi bñ
placitum d liberādum me. ij. Coꝛ. vj. Jn
tpe accepto exaudiuit te. Tps aūt aptū ad
orādū in mane. ps̄. Mane ſcꝫ iuuentutis
aſtabo tibi ⁊ iterū. Qm̄ ad te orabo dñe:
mane exaudies vocē meā. Et ſi nō pōt fa
cere in mane iuuentutis faciat in meridie
⁊ feruoꝛe virilis etatis: vel in ſenectutis ve
ſpere ad tardi⁹. Juxta illud. veſpe ⁊ mane
⁊ meridie narrabo. Scdo in mō ꝓponen
di ⁊ in petitōis formatōe p̄mo captādo iu
dicis aut p̄ncipis beneuolētiā: q̄ſi q̄dāmō
ei adulādo. Sic orabat Dauid dicēs: exau
di me dñe: qm̄ benigna eſt mia tua. Sic hi
ſtriōes ſolēt principibus ſuadere: pr̄ veſter
fuit ita curialis ꝙ nunq̄ de feſto repoꝛta
uit veſtē: ſic ⁊ vos debetis facere ⁊ eā mi
hi dare. Sic adulādo Aſſuero impetrauit
Heſter qd̄ voluit. Vidi (inq̄t) te q̄ſi angelū
dei. Valde eni es amabilis ⁊ admirabilis
dñe: ⁊ facies tua plena eſt graꝝ. Propter
qd̄ audire meruit: ⁊ ſi dimidiū regni mei
petieris: ipetrabis. Sic ⁊ nos deo bñficia
ſua debemus q̄ſi adulādo ad memoꝛiā re
ducere grās agentes. Vnde Philip. iiij. ait
aplſ. Jn oi orõne ⁊ obſe atione petitōes
vr̄e inoteſcāt apd̄ deū. ¶ Scdo dꝫ allega
re neceſſitatē ſuā ⁊ iuſtitiā: q̄ſi neceſſitas fa
ciat qd̄ querit iuſtū eē vt obtineat ⁊ quaſi
ex deo ꝓcedat querēdi occaſio. Sic orabat
Dauid. Exaudi de⁹ iuſtitiā meaꝫ: ⁊ ſequit̄.
De vultu tuo iudiciū me ꝓdeat. q. d. Po
no me ſuper te: vt iudices ſi iuſta ē petitio
mea. Sic orabat q̄ dicebat. Dixiſti dñe/oſ
mnis q̄ petit accipit. ⁊ iterū iuſſiſti. Petite
⁊ accipietis. Cū er q̄ ꝓcedunt de labijs
tuis nō facies irrita: fiducialr̄ petā/⁊ vaci
ter accipiā. ¶ Tertio ſic modeſta dꝫ eſſe pe
titio vt ſit deo bñplacēs: nō quēadmoduꝫ
fatuus ille nūtius q̄ a deo petebat vt occi
deret inimicū ſuuꝫ. quem Aug. ſtultiſſime
petere dicit: q2 volebat deuꝫ eſſe toꝛtoꝛem
ſuū: ⁊ ſe iudicē inimici ſui: cui⁹ ſtultitia ap
paret p̄mo ꝙ in tā vili ſeruitio ſcꝫ toꝛtoris
vult ſibi ſeruire deū: ⁊ ſeip̄m in tam ſubli
mi officio ſcꝫ iudicis ⁊ preſidentis colloca
re. Scdo appet eius ſtultitia vt dicit Au
gu. q2 vult iſte pontem frangi miē dei: ne
habeat inimicus ei⁹ ꝑ qd̄ reuerti poſſit ad
deū: qd̄ agit̄ ꝑ moꝛtē imparatis ⁊ impꝛo
uiſis peccatoꝛibus. ¶ Sed circa hoc queri
poſſet: vtrū tpalia ſint a deo in orõne petē

B
Tpale.

da. ⁊ vtrum hec petitio ſit deo bñplacēs. Utruꝫ
Et videt̄ ꝙ nō: q2 Mat. vj. dr̄. Primū q̄ri tpalia
te regnū dei ⁊ iuſtitiaꝫ eius: ⁊ hec oīa adij ſint a
cient̄ vobis. ergo tpalia non ſunt querē deo pe
da: q2 ſpūalibus adijciēda. Scdo q̄cūq̄ tenda.
orat ꝓ aliquo ſolicitus eſt ꝓ illo: ſꝫ ꝑ tpa
libus ⁊ neceſſarijs ſoliciti eſſe nō debem⁹.
Mat. vj. Nolite ſoliciti eſſe aīe vr̄e q̄d mā
ducetis/aut bibatis ⁊c. g̃. ¶ Jn oppoſituꝫ
eſt illud orõnis dñice. Panē nr̄ꝫ q̄tidianū
da nobis hodie. Jn qua orõne nō ſolū ſpi
ritualis: ſed ⁊ coꝛpalis panis petit̄. Pro q̄
ſit p̄ma ꝓpoſitio. Licꝫ a deo tpalia q̄rere.
Prouer. xxx. Tantūmō tribue victui meo
neceſſaria. Aug. ad Probam de orādo deū
Hoc licet orare qd̄ licet deſiderare. Tēpo
ralia aūt lꝫ deſiderare: nō quideꝫ principa
liter vt in eis finē conſtituam⁹: ſed ſicut q̄
dam adminicula q̄bus adiuuemur ad ten
dendum in beatitudinē: inquantū ꝑ ea vi
ta coꝛpoꝛalis ſuſtentat̄. Vñ. j. Ethic. Diui
tie ſunt oꝛgana felicitatis: q2 oꝛganice de
ſeruiunt ad actus virtutum. Jō bona tpa
lia deſideranda ſunt: nō ꝓpter ſe ſed pro
pter aliō ⁊ in quadā mēſura: ſcꝫ ſm̄ ꝙ ſūt
neceſſaria ad vitam pñtem agendaꝫ: ſicut
dicit ſapiēs Prouer. xxx. Diuitias ⁊ paup
tates ne dederis mihi: q2 appetitus cupidi
eſt inſatiabilis: ⁊ ignis appoſitione ligno
rum ſemꝑ magis inflāmat̄: iō in menſura
ponendus eſt appetitus. Parce em̄ tpalia
eſſe appetenda docuit chꝛiſtus. Matt. vj.
cum panem ſoluꝫ petere iubet. ¶ Dr̄ ſcdo
ꝙ non vult dicere dñs ꝙ non querant̄ tē
poꝛalia: ſed ꝙ prius querenda ſunt ſpūa
lia q̄ tpalia. Vñ Aug. de ſermo. do. i mō
te. Cum dicit dñs illud. Primum querite
regnum dei: deſignauit ꝙ hoc ſcꝫ tpale bo
num poſterius querēdum eſt non tpe ſed
dignitate: illud tamq̄ bonū nr̄ꝫ: hoc tam
q̄ neceſſarium noſtruꝫ. Et mirabile eſt ꝙ
appetitus humanus ita eſt depꝛauatus vt
econuerſo appetat. Vulgo dr̄. Bonum foꝛ
rum trahit argentuꝫ de burſa: de nullo au
tem pōt ita bonum foꝛum haberi ſicut de
ſpiritualibus. Ementes enim ſpūalia ſem
per lucrant̄: non auteꝫ qui tempoꝛalia. Si
militer tempoꝛalia non acquiruntur ſola
petitione vt ſpiritualia. Luce. xj. Petite et
dabit̄ vobis. Cryſoſto. ſuper Mat. peten
tis negligentia redarguitur: cum de dan
tis miſericoꝛdia non dubitatur. ¶ Dicitur
tertio ꝙ noluit dñs omnem ꝓhibere ſolē

citudinem tpalium ſed ſupfluam tantum
ꝛ non neceſſariam:qualem hñt qui in ter-
ris querũt regem ſuam ꝛ paradiſum: qui
non dicũt in orone ſua oſanna.i. obſecro/
ſalua:ſed magis p opa ſua clamãt damna
obſecro.pſ. Oro eius fiat in pctm̃. Tales
em̃ non dicunt oſanna in excelſis: q: ſalu-
tẽ querũt in terris. ¶ Dr̃ quarto ꝙ de tpa-
libus maxime querere poſſumus a deo re-
frenationem aduerſariorum nos tentan-
tium vel impugnantium.j. Mach.v.Cla-
mauerunt in orone: ꝛ cognouerunt caſtra
Timothei q: Machabeus eſt: ꝛ refugerũt
a facie eius. Machabeus em̃ pcutiẽs vel
ꝑtegens interpretaẽ:q: nõ melius pcutiẽ
aduerſariusqꝫ orone lingue q̃ eſt gladius
talis belli. Mat.xxvij. Hoc genus demo-
nioꝝ nõ eijciẽ niſi i orone ꝛ ieiunio. Nihil
em̃ eſt ita bonum ꝫ malum aerez vel vene-
num ſicut fumus aromaticus. Sic oratio
ꝫ venenum diaboli.pſ. Laudans inuoca-
bo dñm:ꝛ ab inimicis meis ſaluꝰ ero. Au-
gu.in homil. Hoc eſt remediũ eiꝰ qui vitio-
rum tentamẽtis exeſtuat:vt quoties quo-
libet tangiẽ vitio:toties ad oronẽ fugiat:
q: frequẽs oro vitioꝝ impugnationẽ exti-
guit:gratiores mẽtes facit:faſtidioſos ob-
lectat:mentes excitat:ꝛ pctõres ad lamẽ-
ta inuitat. Sicut em̃ folia ꝑbent vmbram
ꝫ ardorẽ/ſic deuota oro ꝫ eſtum tẽtatõis
auxiliaẽ. Et ſicut foliũ ꝓtegit fructũ a ſo-
lis feruore: ſic oro a diabolo deuoratore:
qꝺ qdẽ foliũ nõ dꝫ defluere.i.deorſuꝫ flue-
re orãdo ꝓ terrenis q: de iuſto dr. Folium
eius nõ defluet:ꝛ ſic oĩa quecũqꝫ faciet ꝓ-
ſperabuntẽ. Jdeo cũ quis ſe ſentit tentatũ
dꝫ a deo petere auxilium ꝓ feudo quẽ ab
eo tenet:ſicut fecit ille q̃ ſe ꝓiecit añ cruci-
fixũ cũ tentareẽ de fornicatione qui dixit.
Dñe terrã cordis mei quã de te teneo: am-
plius defendere non poſſum. Qui em̃ ob-
ſeſſus eſt in caſtro debet mittere nuntios
ad regem qui põt eum liberare. Preterea
oro eſt armatura iuſti:vt ſicut milites ſine
armis nõ debent ad bellũ ꝓcedere: ſic nec
chriſtianus ꝫ tentationes niſi cum orone.
pſ. Pro eo vt me diligerent detrahebant
mihi:ego aũt orabã. Sic Martinus oro-
ne armatus oẽm peſtẽ:ꝛ oẽ nociuũ effuga-
bat. Hinc in extremis agẽs oculis ac mani-
bus in celum ſemper intentus: inuictum
ab orone ſpm̃ non relaxabat. Sic Paulus
primus eremita orabat mortuus:q: ſignũ

E
Oratio
Oro va-
let ꝫ ho-
ſtes viſi-
biles ꝛ
inuiſibi-
les.

orantis ore ꝛ manibus in celum erectꝭ ha-
buit:cum inueniret ſanctum eius cadauer
appodiatum ꝛ innixum arbori a ſctõ An-
tonio de quo ipſe ait. Patꝫ ꝙ aſſidue ora-
ret viuꝰ:q̃ non deſinit orare mortuus. Uñ
Exodi.xvij.in bello Jſrael ꝫ Amalech nõ
tam pcutiebat Joſue gladio ꝙ Moyſes
lingua:vbi gloſ.pplꝰs non tam manu ꝛ ar-
mis ꝙ voce ꝛ lingua pugnauit. ¶ Scdo
querere poſſumus neceſſaria ad ſufficien-
tiam vite ꝛ ad decentiã ſtatus:q: ſicut par-
uulus eiulat cum vult vbera ſugere/ſic de-
bemus emittere eiulatum oronis ꝓ vberi-
bus conſolationis ſpũs ꝛ corporis.i.ꝓ ne-
ceſſitatibus tã aĩe ꝙ corporis. Eiulatus eñ
vox eſt paruulorum ad patres ꝛ matres:
vel ꝓ eoꝝ abñtia vel ꝓ defectu materia-
lis alimenti:vel ꝓ occurſu porci:vel canis
vel alicuiꝰ terribilis. Sic orãdũ eſt ꝓ neceſ-
ſitate tã ſpũali ꝙ corpali. Et ſicut catulus
ſentiens vbera plus latrat cum plus pcu-
tiẽ:ſic plus debemus ad deum clamare cũ
plus tribulatiõis verbere caſtigamur: vel
cum plus neceſſitatibus affligimur. pſal.
Ad dñm cum tribularer clamaui ꝛc. Sed
multi ꝓ neceſſitatibus nõ querũt deuꝫ ſi-
cut decet:ſed dimiſſo auxilio humano ten-
tant eũ:q: cũ poſſint habere auxiliũ hũa-
nũ ſuis oronibus petũt miraculũ: vt qui
volunt hr̃e ſciam occultoꝝ p orones ꝛ ie-
iunia:vt in arte notoria/vel ſupſtitioſe cre-
dunt ꝙ dicendo hãc vel illã oronem nullã
incurrẽt infirmitatẽ:vel ꝙ habebũt diui-
tias ꝛ proſperabunt in mercaturis:vel ꝙ
oculis corporeis añ mortẽ videbũt beatiſ-
ſimã virginẽ vel aliquez ſanctoꝝ: que oĩa
ſuperſtitioſa ſunt ꝛ maliciẽ:imo nullius ſi-
dei inſinuatiua. ¶ Scdo circa hoc q̃ri poſ-
ſet vtrũ oro ſit tanti boni quãtũ petiẽ me-
ritoria? Et videẽ ꝙ nõ: q: Paulꝰ lꝫ ſanctꝰ
orauit a ſe remoueri carnis ſtimulũ nec ob-
tinere meruit:ꝗ. Jn oppoſitũ Joã.xvj. Si
q̃d petieritis prem in noĩe meo dabit vo-
bis. Rñſo. Prio ſm Petruꝫ de Alliaco ꝙ
oro duplicẽ hꝫ virtutem reſpectu futuri ꝓ-
fectus:ſcꝫ virtutẽ merẽdi:ꝛ virtutẽ impe-
trãdi. Oro aũt ſicut ꝛ q̃libet actus merito-
rius:hꝫ efficaciam merẽdi inquãtũ proce-
dit ex radice charitatis: efficaciam autem
impetrandi habet ex radice diuine libera-
litatis:q: deus ideo nos ad petendum in-
ducit vt liberaliter det. Hinc Aug.lib.de
verbis domini. Non nos hortaretur vt pe-

D
Oratio
Utrum
oro ſit
tãti bo-
ni quã-
tũ petiẽ
merito-
ria.

E
Oratio
De du-
plici ho-
rum ora-
tionis.



A
Oratio
Oro et orantes
exaudit ſi
pſe-
perans
pſe pie
ꝛ de hi[s]
que ad
ſalutẽ.

teremus:niſi dare vellet. Et Cryſoſt. ſuper
Mat. Nu[n]ꝙ oranti beneficia denegat: q̃
orantes v[t] non deficiant/ſua pietate inſti-
gat. ¶ Dicitur ſcdo ſm eũdẽ doctorem ꝙ
meritũ oronis qñqꝫ principaliter ad aliꝺ
reſpicit ꝙ ad illud qꝺ petiẽ:q: meritũ ora-
tionis principaliter reſpicit ad beatitudi-
nem:ſed petitio oronis qñqꝫ directe reſpi-
cit ad quedã alia. Et hoc multipliciter: q:
qñqꝫ illud qꝺ quis petit orãdo non ẽ bea-
titudo:nec ad beatitudinem vtile:ꝛ ſic nõ
mereẽ illud accipere:immo qñqꝫ ſic oran-
do meritum amittit: ſcꝫ ſi petat comple-
mentum peccati:ꝛ hoc non eſt pie orare.
Unde legitur ꝙ Uitellius imperator cum
amicus eiuſdem iniuſte rogationi inſiſte-
ret:nec obtineret:iſqꝫ amicus cũ indigna-
tione dixiſſet. Quid mihi ergo eſt amicitia
tua ſi non facis qꝺ rogo? immo ait impe-
rator. Quid mihi tua amicitia ſi ꝓpter te
aliqꝺ inhoneſtum facturus ſum? Si ergo
homo iuſtus hoc non exaudiret:quãto mi-
nus deus? Similiter qñ aliquid a deo pe-
tit ex cupiditate: vt diuitias vel honores
quos qñqꝫ dñs exaudit ad malum ſuum:
ſicut illos de quibus.pſ. Petierunt ꝛ ve-
nit coturnix ꝛc. ſed ſequi[t]ur malum eorũ
cum dr. Adhuc eſce eorum erant in ore ip-
ſorum:ꝛ ira dei aſcendit ſup eos. Qñqꝫ nõ
exaudit:ꝛ hoc ad vtilitatem eorum. Pſal.
Clamauerunt ad dñm:nec exaudiuit eos.
Jſidorus. Sepe deus multos nõ exaudit
ad voluntatem/vt exaudiat ad ſalutẽ. Si-
militer qui ſibi mutuo aduerſanẽ querũt
a deo ꝫria quos deus ad eorum volunta-
tem non põt exaudire:q: contraria daret.
Uñ in fabulis Eſopi recitaẽ ꝙ quidam ru-
ſticus duas filias habuit: quarum vnam
nuptui dedit figulo:alterã ortulano. Non
longe poſt viſitando eas venit ad illaꝫ pri-
mo quam dederat ortulano querens quõ
ei eſſet. Cui illa. Pater ſi deus dederit no-
bis pluuiam ad irrigandum ortum bene
erit nobis:ideo orate vt det pluuiam: Ue-
nit ad alteram ſimiliter querens. Cui illa.
Pater ſi deus dederit ſiccitatẽ vt vaſa lu-
tea valeamus exiccare:bñ erit nobis: ora-
te ꝛc. Tũc pater. Neſcio quid facere debeã
an orare deũ ꝓ pluuia:vel ꝓ ſiccitate. Sic
deus nõ põt vtroſqꝫ ad ſuam intentioneꝫ
exaudire. Si vero illud quod petitur non
eſt neceſſarium ſaluti nec manifeſte ſaluti
contrarium:tunc licet orans orando mere-

ri poſſit vitam eternam:tñ qñqꝫ non me-
retur obtinere illud qꝺ petit. Aug.li. ſen-
tentiarũ ꝓſperi. Fidelẽ ſupplicans deo ꝓ
neceſſarijs huius vite:ꝛ miſericorditer au-
diẽ:ꝛ miſericorditer non audiẽ. Quid em̃
infirmo ſit vtile magis nouit medicus ꝙ
egrotus. Et ꝓpter hoc Paulus nõ eſt ex-
auditus petens ſibi amoueri ſtimuluꝫ car-
nis:q: nõ expediebat. Si aũt qꝺ petiẽ ſit
vtile ad btĩtudinem:ptinens ad hoĩs ſa-
lutem:illud nõ ſolũ mereẽ orando ſed etiã
alia opa meritoria faciendo: ſed tñ qñqꝫ
differt accipere ꝓpter cauſas ſupradictas
Quandoqꝫ tñ non exaudit quia talis non
perſeueranter petit. Jdeo ad exauditionẽ
oronis requiritur non tantummodo ꝙ pe-
tat ea q̃ ptinent ad ſalutẽ:ſed etiã ꝙ pſe-
ueret in petẽdo. Uñ Baſilius. Jdeo qñqꝫ
petis ꝛ non accipis: quia perperam po-
ſtulaſti vel infideliter:vel non conferentia
tibi:vel quia deſtiſti. Eſaie.lxij. Qui remi-
niſcimini domini ne taceatis:ꝛ ne detis ſi-
lentium ei. Coloſſenſ.iiij. Orationi inſtan-
tes:exẽplo Chananee ꝛ cecorum clamãtiũ
Et q: adhuc põt impediri ſi nõ ꝓ ſe petat
ideo tertio requiriẽ ꝙ ꝓ ſe petat ꝛ nõ pro
alio:eo ꝙ non põt alteri mereri de condi-
gno vitã eternã:nec ea que ad eã ptinent.
Uñ Aug. ſup illud Jo.xvj. Si q̃d petieri-
tis ꝛc. Exaudiunẽ oẽs ꝓ ſeipſis non pro
oĩbus:ideo nõ vtriqꝫ dictũ eſt Jo.xiiij. da-
bit:ſed dabit vobis. Jdcirco ꝓ ſe orare po-
niẽ tertia ꝯditio ad hoc ꝙ oratio exaudia-
tur nõ quidem conditio requiſita ad actũ
merendi ſed ſicut neceſſaria ad effectuꝫ im-
petrandi. Naꝫ qñqꝫ contingit ꝙ oratio fa-
cta ꝓ alio non impetrat etiam ſi fiat pie ꝛ
perſeueranter ꝛ de pertinentibus ad ſalu-
tem:ſcilicet ꝓpter impedimentũ quod eſt
ex parte eius pro quo oratur. Juxta illud
Hiere.xv. Si ſteterit Moyſes ꝛ Samuel
coram me:non eſt aĩa mea ad populũ iſtũ
Nihilominus oratio orãtis q̃ orat ex cha-
ritate ꝓ alio eſt meritoria:iuxta illud.pſ.
Oratio mea in ſinu meo conuerteẽ. Uulgo
enim dicitur ꝙ ſtultus eſt qui ſubypſius
obliuiſciẽ. ¶ Quarto req̃ritur ꝙ pie oret.
i.ex pio deſiderio:ꝛ ſic poteſt peccator pie
orare ſicut iniuſtus carens habitu iuſtitie
poteſt iuſtum velle ꝛ ex iuſto ꝛ pio deſide-
rio: Sicut enim feruor ꝛ ardor in ventre
nubis cauſat tonitruum magnuꝫ ꝛ altum
ex quo ſequitur abundãtia pluuiaꝝ:ſic qñ

in ventre nubis.i.in corde hoīs eſt feruor deuotionis/ſolet apud deū oratio altiꝰ reſonare:⁊ pluuia beneficioꝝ copioſiꝰ redūdare. Sagitta ex forti arcu magno īpetu emiſſa lōge vadit. Sic oratio ex corde pio et deuoto. Et ita licet oratio pctōꝝ non ſit eterne ſalutis meritoria: tn̄ illis quatuor conditionibus obſeruatis: ſcȝ ꝙ pro ſe petant ptinentia ad ſalutē pie ⁊ perſeueranter: poteſt eſſe impetratiua: qꝛ meritū quodammodo innitit̄ iuſtitie: īpetratio autē innititur miē. Et ita licȝ oratio peccatoris ſicut ⁊ alij actus nō ſit meritoria ſine grā: impetrat tn̄ gratiā gratū faciētem. Juxta illud Lu.xj. Pater veſter dabit de celo ſpiritum bonū petētibus ſe.

De penitentia ſermo.xl.et ſpecialiter de oratione Nonus.

B Querere. Quō iubet dominꝰ q̄rere qd̄ a nobȝ vult īpetrari

Jubet peti dn̄s q̄c qd vult nos hr̄e. Si regnū eiꝰ: iubet p̄mū querite regnū dei: ſi ſeip̄m/iubet Eſaie.lviij. Querite dn̄m dum inueniri pōt. Et ad hoc myſtice conſonare poteſt qd̄ dicit Vegetiꝰ li.j.de re militari. Ait enī ꝙ in quibuſdā inſulis in quibus inuentus eſt vſus funde: matres paruulos ſuos nullū cibū ꝯtigere ſinebāt: niſi quē de funda priꝰ pcuſſiſſent. Sic chriſtꝰ quaſi mater noſtra ad nos paruulos ſe habere videtur: vt exercitemur ⁊ diſcamus funda iacere: id eſt modum ⁊ cōſuetudinē orandi: ita ꝙ nihil nos vult habere niſi prius illud oratiōe attingamus. Secūdū autē Jſidoꝝ.xviij. Etymologiarum/funda a fundendo dicitur. ppter qd̄ oratio funda eſt: qꝛ per ipſaȝ effundimus deo corda ⁊ vota noſtra.p̄s. Effundite coram illo corda veſtra:⁊ propter hoc deus adiutor noſter in eternū.p̄s. Effundo ī cōſpectu eiꝰ orationē meā. Jdeo vult ꝙ funda iſta contingamus qd̄ volumus obtinere.p̄s. Qui dat iumentis eſcam ipſorum:⁊ pullis coruorum inuocantibus eū. Sic dedit Samueli gratiam cum miniſtraret infans in templo. Sic mulier clamās ad Heliſeum oleū meruit augeri. Quod quidem oleum gratie a beatiſſima virgine requiramus dicentes Aue.

C Nūtiꝰ. Nūtiꝰ iſte dȝ eſſe cognitꝰ ⁊ ab his q̄ de curia ſūt dilectꝰ.

¶ Dicto de quarta ꝯditiōe: ſupeſt quintaȝ huius nuntij ꝯditionē declarare. Quinta igitur huiꝰ nuntij cōditio eſt ꝙ dȝ eſſe cognitus ⁊ dilectꝰ ab his qui ſunt in curia: qꝛ ſicut dicit Greg. Cū is q̄ diſplicet ad intercedendū mittit̄: iudicis ani[mus] ad deteriora prouocatur. Propterea [f]atuus eſt q̄ nuntius qui celeſte ꝯſiſtoriū intrat excōicatꝰ: qꝛ talis in cōmunicatione ſanctorum nunq̄ admittet̄. Prouer.xxviij. Qui declinat aures ſuas ne audiat legē: oratio eius erit execrabilis. Nec mirū: qꝛ qui a verbis dei aures ſuas auertit: nō īmerito ſi a verbis eiꝰ aures dei auertunt̄. p̄s. Maledicti qui declinant a mandatis tuis. Jgit̄ maxime maledicti q̄ maxime declināt ab illis. Hi ſunt q̄ nec appropinquare volūt vt illa audiant. Maxime ei ſe longe faciūt a mādatis dei: q̄ nec illa audiunt/nec faciunt: Qui vero audiunt ⁊ nō faciunt/non tā lōge ſunt. Habet eī deum p excōmunicato/qui verbis eiꝰ auditū cōicare recuſat: ⁊ iō etiam ab eodē excōicatꝰ eſt: cui nec verba ſua cōicat. Periculoſa eſt hec excōicatio: cum etiā omni generi pctōꝝ verbū dei cōmunicandū ſit: exceptis illis quos canes ⁊ porcos veritas vocat. Mat.vij. Quibꝰ nō ſunt margarite veritatis ſeminande. Utinam etiā attenderent illi quibus tam ſtudioſe cōicat̄ verbum dei quanta largitate gratie dei hoc i[pſ]is fiat. Non enī fecit taliter omni nationi: cū legat̄ Act.xvj. ꝙ prohibiti fuerunt apoſtoli a ſpū ſctō verbum dei predicare in Aſia. Sed eſt alia huius nuntij fatuitas: q̄ celeſti curie incognitꝰ eſt et ita ignarus ꝙ eoſdē vicos prorſus ignorat: nec reſpicit [v]bi habeat ꝯtradictores et impedientes negotia noſtra. Qd̄ ei nobis orantibus clamant/ꝯtradico. Jn his primi cōtradictores ⁊ [a]duerſarij ſunt nr̄a peccata: quoꝝ clamor [a]ſcendit ad deum: ⁊ iſti ſunt fortiſſimi: qꝛ iſtis tacentibꝰ ceteri tacerēt. Secūdi aduerſarij ſunt exercitus militiarū celeſtium ⁊ ſanctoꝝ ⁊ animarū: que occaſione vitioꝝ noſtroꝝ in igne purgatorio: vel in inferno detinētur. Toti enī curie celeſti ſumꝰ inimici: q̄diu mūdo amici ſumus et peccatis. Jacobi.iiij. Quicūq̄ voluerit amicus eſſe ſeculi huius: inimicꝰ dei conſtituit̄. Similiter ⁊ illi quibꝰ dedimus peccandi occaſionē. Tertij aduerſarij ſunt ſancti quibus iniuriati ſumus.et hoc vel in perſonis eoꝝ blaſphemantes cōtra eos nepharijs iuramentis quibus quādoq̄ nec ipſi glorioſe virgini parcitur. Et hoc dupliciter: vel cū miniſtri q̄ illis ſeruiūt iniurijs moleſtant̄: vel cū bona ibi deo dica

D Nūtiꝰ. De multiplicibꝰ ꝯtradictoribꝰ huic nūtio ī celeſti curia.



ta diripiunt̄. Quarti aduerſarij ſunt demones. Ap[oc].xij. Proiectus eſt ille accuſator fratrum [n]oſtrorum. Quintus ⁊ maximus aduerſarius ē deus qui ſemꝑ accuſat eos qui ſe negligūt accuſare: ⁊ ip̄ excuſat eos qui ſe inceſſanter accuſant. Sed primi accuſatores in illa curia occidunt̄: qꝛ nō ſūt ſub ꝓtectione iudicis: ſicut fit in ſecularibus. Colo.iij. Mortificate membra vr̄a q̄ ſunt ſuper terram. Deſertio aūt pctōꝝ: mors eſt eorundem: qꝛ aīa eſt ſuſtentamentum eorum.

A Clamare. De duobus clamatoribus pro nobis ad deū

¶ Oportet autem vt procuret aliquos qui clament p eo. Horum autem clamatorum duo ſunt genera. Primuȝ eſt opera miē. Abac.ij. Lapis de pariete clamabit: ⁊ lignuȝ qd̄ eſt inter iuncturas edificiorum reſpondebit. Piorum enim edificioꝝ ligna ⁊ lapides clamant in aures dei pro edificatoribus ſuis. Ad hoc eſt exemplum de rege Dagoberto qui ereptus eſt de penis īferni: vt retulit Joannes eremita. Qui cum videret eum proijci in ollam Vulcani in Silicia: tandem precibus ſctī Dionyſij: qꝛ eius eccleſiam fundauerat: liberatus eſt. Sicut econtrario fiet cuȝ iſta de rapinis fiunt. Jacobi.[v]. Aurum vr̄m ⁊ argentum eruginauit: [⁊ e]rugo erit vobis in teſtimonium. Alij clamatores ſunt ipſi interceſſores ſancti: ſiue qui cum deo regnant/ſiue qui militant: quorum auxilio fretus iſte nuntius: poteſt facere obmuteſcere oēs ꝯdictores. Dȝ e[n]i orās cum alijs ⁊ p alijs orare vt ipſe cū multitudine exaudiat̄. Sic apl̄i ſil' orātes ſuſceperūt ſpm̄ ſanctum. Sic.j.Macha.iij. Congregatus eſt cōuentus vt orarent ⁊ peterent miām. hinc eſt illa p̄miſſio Chriſti. Matt.xviij. Si duo vel tres conſenſerint de oī re q̄ eſt ſuper terrā: fiet eis a pr̄e meo: qꝛ ſm̄ Hieronymum: impoſſibile eſt preces multorū non exaudiri. Jnde eſt vſus eccleſie cū multitudine proceſſionaliter incedere. Modꝰ tn̄ placandi deū eſt vt oībus primis noſtris placati ſimꝰ. Eccli.xviij. Hō hoī ſeruat iram ⁊ a deo querit medelaȝ.

B Oratio Utrȝ p alijs debeamꝰ orare deum.

¶ Sed circa hoc querit̄ vtrum p alijs debeamus orare deum. Videt̄ ꝙ non: qꝛ aut p iuſtis aut p iniuſtis. Non p bonis: cum boni p ſeipſis exaudiantur: ⁊ ſic fruſtra p eis ab alijs oratur. Non p malis qꝛ p eis orare phibemur Hiere.vij. Tu ergo noli orare p populo iſto ⁊ non obſiſtas mihi: qꝛ non exaudiam te. Similiter ſcriptura ſacra contra malos ⁊ maxime ꝯ inimicos imprecat̄ maledictiones. Juxta illud.p̄s. Conturbētur oēs inimici mei ⁊ cōfundantur ⁊ pereant ⁊ ſic de alijs.igitur. R̄nſio. Prima propoſitio. Nullus ſe poteſt excuſare quin p alio orare poſſit: qꝛ nullus a collatione hmōi eleemoſyne ſe excuſare pōt: nec diues: nec pauper: nec nobilis: nec ignobilis: nec ſanus: nec infirmus: nec eloquens: nec mutus: nec videns: nec cecus: nec fortis: nec debilis. Et ſi ſe excuſent a ieiunio p corpoli infirmitate vl' capitis debilitate: ⁊ a manuali eleemoſyna pre pauptate: nullus tn̄ ab or̄one: ⁊ ſi a vocali nō tn̄ a mētali: etiā ſi mutus eſſet. p̄s. Apud me or̄o deo vite mee. Un̄ ſup illud.p̄s. Juſtus autem miſeret̄ ⁊ tribuet. dicit Augu. Semꝑ eſt aliq̄d hoī iuſto qd̄ det: ſaltem oratio.

E Oratio Boni p malis exaudiuntur.

¶ Dicitur ſcd̄o ꝙ oratio bonorum ſepe exauditur p malis ad ſalutē: qn̄q̄ eternā/qn̄q̄ tpalē tantū. Hoc dicit ſaluator Luc.xiij. Jn parabola de arbore fici plantata: que ad ſupplicationem cultoris viuee non eſt amputata ſed derelicta vt foderet̄ ⁊ coleret̄. Eccles.vij. Uerba ſapientum quaſi ſtimuli: q̄ ſcȝ cogunt deū cito recedere a ſemitis iuſtitie ad latam viam miē. p̄s. Cum inuocareȝ exaudiuit me deus iuſtitie mee.i. deus qui facit iuſtitiam inuocatus pronus eſt ad exauditionem. Leproſus enī licet ſit raucus ⁊ eius clamor non audiatur flabellum tn̄ p eo clamat ⁊ auditur. Sic peccatoris vox rauca eſt: ſed iuſtus audit̄ p eo. Moyſes enī multoties orauit dn̄m. Exod.viij.ix.⁊ x. vt tolleret plagas ab Egyptijs ⁊ exauditus eſt: licet mali eſſent. Sic exauditus eſt Job pro amicis ſuis quando faciem eius ſuſcepit dominus vt non illis imputaretur ſtultitia. Sic exauditus eſt Moyſes p idololatra populo. Sic Phinees aduerſus iram dei: vt ceſſaret quaſſatio. Nullum enim eſt vulnus: cui dn̄s p orationem non medeatur. Si enī tāte ſit efficacie oratio vt ſanctificet ſacramenta ⁊ ſacramētalia que ſunt propter aīe ſalutem ordinata quāto magis ipſaȝ aīaȝ ꝯtritā ſctificabit.

D Pro p̄deſtinatis exaudit or̄o nō p p̄ſcitis.

¶ Non tn̄ p omnibus peccatoribus exauditur oratio: ſed pro quibuſdam tantum. Exauditur enim pro predeſtinatis: nō pro preſcitis ad mortem eternaȝ.j.Jo.v. Qui ſcit fratrem ſuum peccare peccato non ad mortem: oret ⁊ dabit ei deus vitaȝ. Et ſubdit. Eſt autem peccare peccato ad mortem



Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca



E Oratio. Oratio bonoꝝ ꝓ ꝯuerſiõe maloꝝ facta nõ multuꝫ ꝓdeſt malis niſi ſe adiuuent.

non pro illo dico vt roget quis: ſed qꝛ nõ
poſſumus diſtinguere predeſtinatos a re-
probis ideo nulli in pñti vita eſt denegan
dum orõnis ſuffragiũ: ⁊ ſic ꝓ oĩbus gña-
liter eſt orandũ. ¶ Dr̃ tertio ꝙ orõ ꝓ ma
lorum cõuerſione facta a bonis nõ multũ
ꝓdeſt niſi mali ſe adiuuent/ ⁊ coadiuuent
eos q̃ orant ꝓ eis. Mulier eñ ſapiẽs ope
rata eſt ꝯſilio manuum ſuaꝝ: nõ alienoꝝ
tantum. Bonus pr̃familias ad meſſem cũ
operarijs ſuis apponit manum. ita vt ſꝫm
Ariſt. ij. Oeconomice: ipſe paterfamilias
debeat eſſe primus ⁊ nouiſſimus in opere
Multi enim ſe cõmittunt orõnibus ſan-
ctorum viroꝝ: ſed indignos ſe faciunt mo
ribus eorum. ſicut Antiochus. de quo. ij.
Machabeo. ix. Orabat ſceleſtus ille dñm:
a quo nõ erat miſam conſecuturus. Iſti cu
piunt extrema ſanctoruꝫ: ſed nõ principiũ
ſicut Balaam Numeri. xxiij. Moriat̃ aĩa
mea morte iuſtorũ: ⁊ fiant nouiſſima mea
horum ſimilia: nõ querit primitiua ſua ſi-
milia fieri. In vitis patrum: quidam fra-
ter tentatus ſpiritu fornicationis rogauit
quẽdam ſanctum viruꝫ: vt oraret ꝓ ſe. Qđ
cum feciſſet aſſidue: ⁊ ille diceret ſe non eẽ
a tentatione illa alleuiatum: cuꝫ contriſta
retur ſenex ſe non exaudiri: vidit illum mo
nachum quem diabolus tentabat ſedentẽ
⁊ ſpm̃ fornicationis ante illum ludentem
⁊ ipſum cuꝫ eo delectari: ⁊ angelũ dei gra
uiter indignantem contra eum: qꝛ non cõ-
ſurgebat ⁊ orabat iuxta conſiliuꝫ ſuum: ſꝫ
magis delectabatur in cogitationibus et
imaginationibus quas ei diabolus immit
tebat. Quem arguit ſenex de negligentia
dicens. Impoſſibile eſt alienis orationibꝰ
ſpm̃ hunc a te recedere: niſi ⁊ tu laborem
aſſumas orationũ: vigiliaꝝ ⁊ ieiuniorum.
Sicut eñ in medicinis corporalibus nihil
ꝓficit cura medicorum niſi infirmi a no-
xijs ſe abſtineant: ſic nec orões ſanctorũ
negligentibus: remiſſis: ⁊ reſolutis corde.
Vñ quidã latrũculus deſerti venit ad ho
minem dei rogans vt orõnibus ſuis face
ret eum bonum: qđ annuit vir dei. Reuo-
luto vero anno venit iterum latrũculus il
le querens a viro dei ſi ꝓ eo oraſſet. Cũq̈ꝫ
qꝫ ſe illud feciſſe aſſereret vir dei: ait latrũ
culus ego peior ſum ꝙ prius: quõ pro me
oraſti? Cui vir dei pellem beſtie obtulit di
cens vt traheret eã ꝯ ſe q̃s viribꝰ eã repor
taret. Cui latrũculus: ſi mille aurei vel pã-
ni ſerici eſſent inter nos ad diuidendũ/ ſpe-
rarem eos viribꝰ obtinere. Cũq̈ꝫ traxiſſet
ꝯ virũ dei pellẽ viribus obtinuit. Cui vir
dei: ego te orõnibus meis traho ad dñm:
tu cũ malitia tua trahis ad oppoſitũ. Tu
fortior me es: ideo niſi mecũ agas nihil ti
bi ꝓficient orões mee. ¶ Dr̃ quarto ꝙ ꝓ
iuſtis triplici rõne orãdum eſt. Primo/ qꝛ
multorũ p̃ces facilius exaudiunt̃. Roma.
xv. Sup illud adiuuetis me in orõnibus
veſtris: dicit gloſ. Rogat apl’s minores ꝓ
ſe orare. Multi eñ dum congregant̃ vna-
nimes fiunt magni: ⁊ multoꝝ preces ĩpoſ
ſibile eſt nõ impetrare. Qui nõ poſſet per
ſe audiri a rege qꝛ lõge eẽt a palatio: alios
ſi poſſet ſecum iungeret: vt clamarent vel
lapidibus oſtiũ cõcuterẽt vt audiret̃. Sic
in orõnibus publicis vel cum alijs iũctis
inuocemus dñm: vt citius exaudiamur.
Scđo vt gr̃e agant̃ deo de bñficijs q̃ dan
tur iuſtis: q̃ etiã in vtilitatẽ multorũ ver-
gunt. ij. Coꝝ. j. Adhuc eripiet nos adiuuã
tibus vobis in orõne ꝓ nobis: vt ex mul-
tarum perſonis facierum eius que in no-
bis eſt donationis ꝑ multos gratie agant̃
ꝓ nobis. Tertio ** maiores in ſanctitate
nõ ſupbiant: dũ cõſiderãt ſe minoꝝ ſuffra
gijs indigere. Sic Salomon ſapientiſſi-
mus ꝓ templo edificando petijt auxilium
regis Chiri minoris ſe. iij. Reg. v. Sic ce-
mentarioꝝ magiſtri indigent ſuorum ſer-
uorum officio ad ſubleuandum lapidẽ in
maceria parietis. ¶ Dr̃ q̈nto ꝙ iſte impre-
cationes in malũ ꝯ inimicos que ſepe ha-
bent̃ in ſcripturis: ſꝫm Petruꝫ de Alliaco
pñt quadrupl’r intelligi. Primo vt nõ optã
do ſed precando intelligant̃. Nam ꝓphe-
te ſolent ſub figura imprecãtis futura pre
dicere: vt dicit Aug. lib. j. de ſer. do. in mõ.
Scđo quedam mala tpalia petunt a dño
peccatoribus infligi ad eoꝝ correctionem
vt hic puniant̃ ⁊ non in alio ſeculo. Tertio
vt intelligant̃ petere non ꝯ ipſos peccato
res ſed ꝯ regnum peccati .i. non ꝯ hoĩum
naturam ſed ꝯ culpam: vt ſcꝫ peccatuꝫ de
ſtruatur. Et ſic etiam licitum eſt inimicos
impugnare ⁊ tpalia mala eis inferre. Sic
etiam ſancti vindictam de inimicis optãt:
⁊ querunt: iuxta illud Apoc. vj. Vſq̈ꝫ quo
non vindicas ſanguinem noſtruꝫ. gloſ. Au
guſtini. Vindicta martyruꝫ eſt vt euertat̃
regnum peccati: quo regnante tanta paſſi
ſunt. Quarto iſte imprecationes fiũt a ſan

F Oratio pro iuſtis mꝉtiplici rõne orandũ eſt.

G Oratio. Imprecatões in malũ ꝯ inimicos facte q̈drupl’r pñt recte fieri.



etis conformando volũtatẽ ſuam volunta
ti diuine circa punitionẽ pſeuerantium in
pctõ. Sic etiã letant̃ ſancti de vĩdicta nõ
ꝓpter ſeipſam ſed ꝓpter diuinã iuſtitiam:
iuxta illud. pſ. Letabit̃ iuſtus cuꝫ viderit
vindictam ⁊c. ¶ Sexta ꝯditio ꝙ nũtiꝰ iſte
dꝫ eſſe feruens ⁊ diligens in ꝓſequendo ⁊
ſolicitãdo curiam celeſtẽ ſup negotijs ſuis
Hiere. iij. Onager ĩ deſiderio aĩe ſue attra
hit vẽtũ amoris ſui. pſ. Cucurri in ſiti. Et
ideo nõ dꝫ apparere vacuus nũtius iſte vt
apud dños curie celeſtis faciliꝰ ꝓcuret ne-
gotia ſua. Ait ei Exodi. xxiij. Nõ appebis
in cõſpectu meo vacuus. Propterea vocat
orans quẽ deprecatur dñꝫ: preſtans ſe eẽ
ſeruum: vt autẽ dicit Cryſoſtomus ſuper
Mat. boni dñi eſt oĩꝫ ꝓuidere que ſũt ad
vtilitatem ſerui: boni aũt ſerui eſt vtiliter
opari. Ergo ſi volumus ꝙ deus nos oran
tes exaudiat tãꝙ bonus dñs: iuſtũ eſt vt
fidel’r laboremus tamꝙ boni ſerui. Prete
rea Tullius ĩ rhetorica dicit ꝙ oratori ad
pſuadendũ maxime vtilis videt̃ eſſe pnũ
ciatio ꝯueniẽs: que quidem ſꝫm eum conſi
ſtit non ſolũ in figura vocis ſed etiã ĩ mo-
tu corporis: ⁊ orans officium hꝫ pſuadẽdi
deo vt aliq̃d ſibi tribuat: vel vt prius ſibi
collata conſeruet: iõ ſic orare dꝫ vt nõ ſolũ
vox: ſed ⁊ motꝰ .i. opus orõni cõueniat. pſ.
Confitebor tibi in directione cordis. Pro-
uer. vlt. Laudent eã in portis opa eius: qꝛ
in ingreſſu nuntij eius in paradiſum querit̃
ſi aliqđ munus aſportet. Videt̃ eñ in por
ta illius curie ſcriptũ qđ in porta cuiuſdã
diuitis ſcribebat̃ ꝓ volẽtibus ĩtrare. Sic
eñ erat ſcriptũ. Fers aliq̃d? nihil/ eſto fo-
ris. Fero/ q̃d? ſat[illegible]/ intra. Vñ Mat. vij. di
cit dñs. Non oĩs qui dicit mihi dñe dñe in
trabit in regnũ celoꝝ: ſꝫ q̃ facit voluntatẽ
pr̃is mei ille intrabit in regnũ celoꝝ. Non
eñ ſufficit dicere bis dñe: ſꝫ ter opꝫ dicere
ſcꝫ corde/ lingua/ ⁊ ope: ⁊ adhuc in opãdo
opꝫ eſſe cordis letitiã: iuxta illud. pſ. Ser
uite dño in letitia. Hinc Hieronymꝰ. Plus
valet vnus pſalmꝰ decantatꝰ cũ mẽtis de
uotione ⁊ iocũditate: ꝙ totũ pſalteriũ cũ
tedio ⁊ anxietate. Nõ dꝫ maſticari mel ce-
leſte aut fauus ſpũalis: aut aromatice ſpe
cies ſpũs ſctĩ: quin dulcedo ⁊ virtus ſen-
tiat̃. Eccli. xxxv. Qui odorat deum in oble-
ctatiõe: ſuſcipiet̃ depcatio illiꝰ. Nõ ſic orõ
porcoꝝ q̃ nõ ſentiũt ſed faſtidiunt dulcia
⁊ aromata. Bern. Quõ in orõne Chriſtum
tã cito faſtidit: deſcriptũ eſt mel ⁊ lac ſub
lingua eius? Tales ſunt ſiĺes mulieri pre-
gnãti: q̃ dulcia abhorret ⁊ amara diligit
guſtare. ¶ Sꝫ circa hoc querunt̃ duo. Pri
mo/ quõ ⁊ vñ acquirit̃ deuotionis feruor
in oratione. Scđo quõ indeuotio hoĩs mẽ
tem occupat. ¶ Ad primuꝫ dr̃ ꝙ ſicut viri
gul oſi famã querũt ⁊ appetitum vt bñ co
medant: ſic ſpũalem appetitum viri ſpũa
les querũt. Quatuor aũt modis hoc ſolet
queri. Primo ſpatiãdo ⁊ loca delectabilia
querẽdo. Sic loca religioſa viſitando vel
chriſti vulnera: que cordi deuoto delectabi
lia ſunt ⁊ ſpatioſa ad delectãduꝫ in amore
chriſti. Hinc de viro ſpũali ĩ pſona onagri
dicit̃ Iob. xxxix. Circũſpicit mõtes paſcue
ſue: ⁊ virẽtia queq̈ꝫ ꝑquirit. Eccli. xl. Grãꝫ
⁊ gl’iã deſiderabit oculꝰ: ⁊ ſup hoc virides
ſationes. Viridia ei ſũt vulnera chriſti. Nã
in viridi hec faciunt. Secũdo querunt ſa-
porem acuendo appetituꝫ aceto ſcꝫ dñice
paſſionis: de quo. pſ. In ſiti mea potaue-
runt me aceto: ⁊ clauis q̃ dicunt̃ gazophy
li: id eſt clauos crucis vt cibꝰ aĩe redoleat
de q̃bus clauis canit̃: dulce lignum dulces
clauos ⁊c. Amaritudo enim dñi Ieſu cau
ſat in nos dulcedinem. Nec mirum ſi vnũ
contrarium aliud contrarium generet: qꝛ
aqua per accidens incendit fornacem. A-
qua enim facit voluere rotam ⁊ rota mo-
uet folles: quorum vento incenditur for-
nax ferrea que facit liqueſcere ferruꝫ. Sic
aqua exiens de latere ſaluatoris vel eius
amaritudines faciunt voluere rotam cor-
dis noſtri quod continue mouetur: ⁊ ſic vẽ
to ſpiritus ſancti incenditur fornax in cor
de noſtro ferreo: que liqueſcere facit cor in
deuotione. Tertio guſtando bonum cibuꝫ
ſuſcitatur appetitus. Quis melior cibus
ꝙ ſit ipſe deus? de quo hymnus: guſtan-
do viuimus deo. maxime cum clauditur
appetitus his cibis terrenis qui non ge-
nerant niſi ventoſitates. Fons enim viuꝰ
qui incluſus eſt nec habet foramen per qđ
poſſit exire ſemp ad alta aſcendit. Sic cor
dum per ſenſus non effluit ad hec inferio
ra: ſemper in altum ad ſuperiora conſcen
dit. Iob. vij. Elegit ſuſpẽdiũ anima mea.
Qui enim ſuſpenditur: pedibus non tan-
git terram. Quarto appetituꝫ inuenit ho
mo et decore vaſorum ⁊ nouitate et va-
rietate ferculorum. Noua fercula ſunt a-
gnus aſſatus et panis viuus: noua vaſa

A Nũtiꝰ. Nũtius iſte dꝫ eſſe feruẽs ⁊ diligẽs in ꝓſequẽdo negotiuꝫ ſuum.

B Nũtiꝰ. Nũtius iſte non dꝫ apparere corã deo vacuꝰ bonis operibus.

E Appetitus. Appetitꝰ ſpũalis q̃tuor modis q̃ritur exẽplo appetitus corporalis.

Universidad de Deusto Biblioteca

D ſunt ſacramenta. Per hec enī oīa renouaꝟ
Oꝛatio fames ⁊ appetit⁹ deſiderij. Uel varietates
Oꝛatio ferculoꝝ ſunt varietates ſententiaꝝ ex ſa
deuota cra ſcriptura elicitarū. De eī maxime exci
maxie tant affectū ad deuotionē: immo ⁊ quādo
illumi- ꝙ oꝛatio deuota illuminat intellectuʒ ad
nat itel dei cognitionē. Noui enī aliq̊s pl⁹ deno-
lectuʒ. to oꝛatiōe ꝙ ratiōis inueſtigatiōe in diui
nis ſcripturis profeciſſe Un̄ ⁊ Jonathas.
j. Reg. xiiij. guſtauit paululū mellis. i. de-
uotionis ⁊ illumiati ſunt oculi eius. Jnde
Nūe. xxiiij. Dicit auditoꝛ ſermonū dei q̄ vi
ſionem oīpotētis videt qui cadit ⁊ ſic ape
riuntur oculi eius. Qui enī corā deo ſe per
humilem oꝛationē proſternunt: lumē gra
tie ⁊ ſciētie accipiūt: ⁊ ſic apiunꝟ oculi eoꝝ
quando cadunt. Uel etiā auditoꝛ cadit qn̄
humana ratio deficit: ⁊ vbi menti aliquid
diuinit⁹ inſpiraꝟ ſenſus coꝛpoꝛeus memo-
ria ⁊ ratio ſuccūbunt. Jnde tres diſcipuli
ceciderūt vbi vocē diuini tonitrui in mon
tis ſupalio audierūt: ⁊ Rachel moꝛꝟ. i. ra
tio ſuccūbit: vt Beniamin oꝛiaꝟ. i. intelligē
E tia accedat. Dicꝟ tertio ꝙ pꝛīcipaliter hic
Jnten- feruoꝛ q̄rēd⁹ eſt a deo ſicut ab igne: quēad
ſio. modū petebat q̄ dicebat: intēde depcatio
Dupl'r nē meā. i. fac eā itēſioꝛē ⁊ feruētioꝛē. Jntē
itēdiꝟ diꝟ tn̄ depcatio dupl'r: vno mō ad moduʒ
depre- foꝛme que augetur qn̄ ex maioꝛi feruoꝛis
catio. igne ꝓcedit: ⁊ hoc ↄtingit qn̄ mens ab ex-
teriōꝛibus retrahētibus recolligiꝟ: q: ſm
auctoꝛē de cauſis oīs virtus vnita foꝛtioꝛ
eſt ſeipſa diſperſa. Un̄ ⁊ ferrū foꝛtius cale
facit q̄ȝ ignis ex ſeipō: ⁊ hoc q: ptes ignis
magis diſpgunꝟ pꝛopter ei⁹ raritatē. Et
ideo nō pōt depcatio illoꝝ eſſe intenſa: de
quib⁹ Oꝛigines i homilia de Chananea.
Flectis quidē genua ſed foꝛis vagaꝟ mēs
tua: vſuras cogitat: poſſeſſionum reditus
ſupputat: deſcriptionem domoꝝ decernit:
amicoꝝ verba voluit: negligētias famulo
rum itueꝟ. Hec Oꝛige. vbi pmittit. Tu nō
audis oꝛationē tuā: ⁊ deū vis audire eaʒ.
Unde taliter oꝛanti pōt de⁹ dicere illud. j.
Reg. xv. Que eſt hec vox gregū q̄ reſonat
in auribus meis? Scd̄o mō pōt intēdi de-
pꝛecatio ad modum quo arcus intēdiꝟ vt
ſagittam longius pꝛoijciat quēadmodum
filij Effrem intendentes ⁊ mittētes arcū.
Ad hoc aūt vt ſic intendaꝟ opoꝛtet vt cur
uetur. Sic oꝛatio eſt quaſi arcus non ſolū
quia eo demones effugamus: ſed etiā q: p
eam vota noſtra ꝓcul quaſi in deū dirigi-
mus. Luc. xvj. Steterunt a lōge ⁊ leuaue-
runt vocē ſuā. Sicut aūt arcus ... duo coꝛ
nua que quanto magis ſibi inui... appꝛo-
pinquant tanto foꝛti⁹ ⁊ lōgius ꝓijcit ar-
cus: ſic ⁊ oꝛatio duo hʒ coꝛnua ſcʒ ieiuniū
quaſi coꝛnu inferius: ⁊ eleemoſynā quaſi
coꝛnu ſupius: cui intēdēdo arcū man⁹ ten
dentis innitiꝟ. Et ita ad hoc ꝙ arc⁹ iſte in-
tendatur ⁊ percutiat: opʒ ꝙ ieiuniū ⁊ ele-
emoſyna ↄueniāt: ⁊ quāto magis ↄueniēt
tanto celerius ⁊ altius penetrabunt. Un̄
de eleemoſyna ait Cryſoſto. Uacuus irat
aū deū quiveniēs ad oꝛonē nullā facit ele
emoſynaʒ. Et de ieiunio dicit. Oꝛatio ſine
ieiunio gracilis eſt ⁊ infirma. Jdeo aūt pe
tit ꝙ arcum iſtū deus intendat: q: arc⁹ foꝛ
tis ē ⁊ nos ibecilles ⁊ parui: iō niſi ſit ali⁹
qui eo vtaꝟ ⁊ intendat: nos eo vti nō poſ-
cere: vt curijs ſe īgerere vel plebiſcitare: vel
eſſe in cōſilijs inter hoīes: ſicut recitat Ua
lerius lib. viij. c. iiij. De Gaya Afrania q̄ in
pretorio inuerecūde acceſſit ⁊ ibi plebiſcita
in deriſionē Romanoꝝ. Sic ⁊ vir mulierꝫ
officiū exercere non dꝫ: vt nere vel pēſa cō
torq̄re: vt faciebat Sardanapal⁹ vir mu=
liere corruptior: qui (Iuſtino teſte ī hiſto=
rijs) inuētus eſt ab Arbacto ꝑfecto ſuo i=
ter ſcortorum greges nere ⁊ penſa ſcortis
diuidere: ꝓpter q̄ imperio Aſſyriorū finē
dedit. Unde preceptum eſt Deuteronō. xxij.
ꝙ vir non vtaf veſte muliebri aut ecōtra=
rio. Sic diuiſa eſt Coſta a carne: ſic officiū
viri ab officio mulieris. Hic Marc⁹ Ode=
ricus dicit in oriente eſſe patriā in ꝓuīcia
dicta Tyten: alias Tyben: vbi vxores exte
riora negotia ordinabāt: viri vero pueros
fouebant: ⁊ penſa domi torquētes omnia
muliebria faciebant. Quarto ſic ſe debent
honorare ꝙ quicquid vni diſplicet iuſte ⁊
ſancte et alteri debet diſplicere. Unde et
de latere viri prope cor formata eſt mulier
vt ſe mutuo diligant ex corde. Ideo inter
eos datur amicitie oſculum: et in digito
anulus ponitur vbi eſt vena que tēdit ad
cor: propter quod ita ſe debent mutuo di=
ligere: ne vnus alteri ſit grauis. Hinc ⁊ ge
nef. xxi. Abrae dictum eſt a domino vt au
diret vocē eius ſuper Hiſmael filio Abrae
Aliquando enim in his que domi ſunt/
conſiliū mulieris preualet: vt patet de Sa
re conſilio ſuper Hiſmaelē: qđ approbauit
dñs. Licet in rebus foraneis ꝯſiliū mariti
vt plurimū ſit tenendū. Similiter vir vxo
ri placere debet; vt ſe contineat honoſte

Universidad de Deusto
Biblioteca



in geſtu ⁊ habitu: ⁊ ſilr mlier. Sic tñ dʒ
vir eſſe prudens in honorando ſuā vxorē:
ꝙ nō ei aſſuefaciat ꝙ nō poſſit iuxta redi
tus vel lucra domus ꝑſeuerantem ſtatum
ei dare: qꝛ alr cū muliere ſua nullo mō bi
lariter viueret. Ut em̄ vulgo dr̄. Difficile
eſt ludere au rabes gallice. i. difficile ē mu
lieri ſtatum ſuum diminuere. In hoc rep̄⸗
hendendi ſunt mariti q̄ faciunt contractꝰ
ſup predijs que mulieribus pertinēt: vim
eis inferendo ⁊ faciendo qđ eis diſplicet.
Similiter mulier q̄n̄qꝫ vult ꝑegrinatōes
⁊ expenſas ſine mariti conſenſu facere: qđ
peccatum eſt. ¶ Quinto debent vir ⁊ vxor
ſic ſe mutuo honorare: vt alter alterū cha
ritatiue erudiat ⁊ corripiat. Mulier enim
dʒ corripere viruʒ in manſuetudine q̄n̄ ca
pax eſt vt dictum eſt: vt ſi luſor/ oſtendere
ſibi ꝑditiones que ex ludo ꝓueniunt: vel ſi
ſit blaſphemus/ dicere ei que audiuit i ſer
mone. Uel etiā de peccato fornicationis/
ſi videat eum ad hoc procliuem. ¶ Tribus
enim modis poſſet mulier virum coercere.
Primo dulciter admonēdo. Scđo ſi ſic nō
ꝓſit: cū bona modeſtia obiurgādo. Tertio
ad deum ⁊ ſctōꝝ orōnes recurrēdo: maxie
ad ꝯfeſſorē eius q̄ libenter audit euʒ/ ſi ſit
vir induſtrius. Itē mulier ſi ſit vir rixoſus
non ꝓ tāto dʒ velle vincere/ vel ſibi dedi⸗
gnari/ vel velle vincere iniuriā ꝑ iniuriam
litē ꝑ litē: vel rn̄dere duo vba ꝓ vno: ſed
dʒ euʒ ſupportare ⁊ diſſimulare ꝓ loco et
tpe. Dr̄ em̄ in cōi ꝓuerbio. Qui patit vin⸗
cit. j. Pet. iij. Mulieres ſubdite ſint viris
ſuis non timētes vllā ꝑturbationē. Sup
quo quedā gloſ. i. ſi quid mali infert a ma
ritis/ non inde turbent. Multa em̄ ſuſtie
re dn̄t vt ꝯſeruet ordo matrimonij: cuius
obſeruātia multū difficilis eſt. Et etiaʒ qꝛ
mulieres litigioſe faciūt rixoſos maritos:
⁊ multiplr peccare iurādo: ꝑiurando: blaſ
phemando: ⁊ ꝑter rōnem iraſcēdo. Debet
em̄ conſiderare mulier ne ſit in domo qua
ſi flagellum viri ſui: ⁊ eius eruditio ad pa
tientiā diſcendā: ſicut legimus de Socra⸗
te qui interrogatus cur cū duabus vxori⸗
bus cōtinue cū eo litigantibus ꝑmaneret
Rn̄dit: qꝛ me docent in domo qualis eſſe
debeam in foro: ſcʒ extra domum: quaſi di
ceret ꝙ ab eis patientiam diſceret. Cū aūt
quadam vice vtraqꝫ ei iniuriaret ⁊ male⸗
diceret: audiebat benigne: nec quicq̄ rn̄de
bat: de quo amplius irritabant vxores eiꝰ

adeo vt aſcenderent in ꝑte ſupiori domus
⁊ ꝑ rimas ipſius ſolarij vrinā ſu[illegible] ſup ca⸗
put eius emiſerūt. Tūc non turbatus neqꝫ
cōmotus ſurſum aſpiciens: ſubridendo be
nigne dixit. Satis cogitabam ꝙ poſt ta⸗
lia tōitrua ſequeret pluuia. Hec Hierony
mus ꝯ Iouinianū lib. ij. Credo ꝙ nūc pau
ci eſſent mariti ita patientes. Diabolus ei
cum nō poſſet vulnerare cor Iob lʒ eū vul
neraſſet a planta pedis vſqꝫ ad verticem:
reſeruauit tñ ei vltimū flagellū quaſi gra
uiſſimuʒ linguā vxoris ſue. ¶ Silr vir ſup
portare dʒ fragilitatē mulieꝝ: ſpāliter q̄n̄
ſunt iuuenes. Primū blādis monitionibꝰ
Scđo duris increpatiōibus ſine ira extra
calorem cū rōne ⁊ ſenſu frigido. Uerba ei
in talibus non multū conferunt et ſi fiant
moderate fiant: exēplo illius qui dum mu
lierem ſuā volebat caſtigare: inter ſeipſuʒ
⁊ vxorem ponebat mediā virgā dicēs: ꝙ
niſi taceret vga eſſet mediū pacis. Oportʒ
em̄ aliq̄n̄ maritū tacere: ⁊ ꝙ ſerpentina lin⸗
gua mulieris dn̄et: ⁊ neceſſe eſt aliq̄n̄ pau
perem maritū patiētiam hr̄e ⁊ alibi q̄rere
refugiū. Un̄ cū quedā mulier litigaret cō
tra quendā virū bonū ⁊ pacificū: ⁊ ipſe ei
q̄ſi cani latrāti terga vteret: ⁊ nihil rn̄de⸗
ret: requiſitus ab alio quare taceret: dixit
ꝙ neſciebat litigare. At ille. Si vis vt d̄e⸗
ſcat: quere aliam litigioſaʒ ⁊ conducas eā
q̄ ꝓ te litiget: ⁊ docuit eū quādā ſcientem
optime litigare. Cū aūt rogaret eā vt acce
pto bono ꝑcio litigaret ꝓ eo ꝯ talē: qꝛ au
dierat ꝙ hoc facere nouerat: ipſa multuʒ
indignata cepit cum eo litigare ⁊ vitupe⸗
rare: dicens ꝙ aliam quereret: qꝛ ipſa nō
erat talis. Cum aūt diceret ille. Bn̄dictus
deus. Inueni qđ querebā: illa acriꝰ ⁊ tur⸗
pius eū vituperabat. Tunc ille. Nō querā
ego aliā: qꝛ te meliorē ad hoc aut aptiorē
inuenire non poſſem. Un̄ talibus capito⸗
ſis mulieribus deberent addi capitoſi iu⸗
uenes: vt lingua vnius alterius linguam
domaret. Quidā enim galandus ad ſuum
curatū acceſſit dicēs ꝙ volebat nubere: et
ꝙ curatus ſibi ꝓuideret de vna vxore: dū
modo tres hr̄et cōditiones: ſcʒ ꝙ eſſet di⸗
ues: ꝙ pulchra: ⁊ ꝙ non hr̄et caput/ eo ꝙ
ipſe malū caput hr̄et. Cui curatꝰ/ imo opʒ
ꝙ hēat caput: qꝛ vos habetis malū caput
⁊ ipſa ſilr habebit: ⁊ ex duobꝰ capitibꝰ
duris ⁊ malis liquefactis in fornace: fiet
vnū bonū caput. Nulla aūt in mr̄imonio

Margin: B Correctio. Unꝰ cōiugū dʒ alium charitatiue corrigere.

Margin: C Matrimoniū. Tribus modis pn̄t mulieres viros ſuos coercere aīnalis oribus

Margin: D Matrimoniū. Quō vir et mulier debent alterutrū ſupportare



capillatio: peſtis q̄ mlier litigioſa ⁊ īpor
tabilis. Et ideo debent viri: ⁊ etiam mulie
res multuʒ conſiderare q̄n̄ dāt filias ſuas
vel filios mr̄imonio ne ꝑdant: ⁊ de domo
parētū quaſi de paradiſo trāſeant in infer
nū. Hoc em̄ eſt vnū de maximis malis qđ
viro pōt cōtingere. Un̄ Theophraſtus ad
ſocium. Det tibi deus oīpotēs oīpotentis
mulieris fallacia nō falli. oīpotētis ſupple
in lingua. Hoc ei eſt donū dei. A pricipio
em̄ ſeculi oēs mulieres loquebant vna lin
gua ſcʒ hebraica: ⁊ hoc apparet: qꝛ noīa q̄
in textu ſcripture inueniunt an̄ diuiſioneʒ
linguarū ſunt ve hebrea: poſtea vo mixta
ex diuerſis linguis. Nunc vo ꝑ ſpūs mali⸗
gnos nō ꝑ ſpm̄ ſanctū loquunt varijs lin
guis: nūc bn̄: nunc male marito: nūc frigi
de: nunc iracūde. Dr̄ ei ꝙ ſerpens duplicē
hʒ linguam. Sic illis ſicut Eue linguā de⸗
dit multiplicē vn̄ ſuos maritos infeſtant.
Un̄ Ualerius li. ij. ca. j. in vrbe Roma erat
paruū templū cuiuſdā dee q̄ dicebat Ui[illegible]
placa: ⁊ q̄n̄ vir ⁊ mulier iraſcebant/ ſi poſ⸗
ſent ſil loq̄ in illo tēplo: ſtatim illa dea pla
cabat eos: ⁊ imutabat aīos eoꝝ: ita ꝙ ci⸗
to pax fiebat ⁊ concordia. Et dicit ideʒ Ua
lerius ꝙ nobilia ſacri[illegible]cia tunc ei parabā
tur ⁊ offerebant. Uellem ꝙ eſſet vnum ta
le templum Pariſius: credo ꝙ maior eſſet
illic peregrinatio q̄ ad ſanctum Maurū.

¶ Sermo. viij. de eodē ꝑ thema vt ꝑus

Margin: A Nuptie Arꝫ inuitati ad nuptias valeāt itrare cenam eternā.

Poſſet quis aduer⸗ſari mr̄imonio ꝙ nō ſit saluta⸗re: eo ꝙ ſcriptum ſit Luce. xiiij.
de eo q̄ inuitatus ad cenā dixit ꝙ nō poſ⸗
ſet venire qꝛ vxorē duxerat. Si em̄ inuita
tus ad cenā eterne btitudinis dixit ſe pro⸗
pterea non poſſe venire qꝛ vxorem duxe⸗
rat: videt ꝙ maritati nō ſint in ſtatu ſalu
tis. Rn̄deo p̄mo ſm̄ Grego. in homl. ꝙ lʒ
ꝯiugiū bonū ſit ad ꝓpagādū ſobolē a di⸗
uina ꝓuidētia inſtitutū: nōnulli tñ nō fe⸗
cūditate ꝓlis ꝯiugiū ꝯhn̄t: ſʒ deſiderio cō
plende carnalis voluptatis qui grauiſſi⸗
me peccāt: nec ad cenā veniūt inuitati. Et
tales dicere pn̄t: vxorē duxi: ⁊ iō nō poſſū
venire. Dico ſcđo ꝙ iſtud parabolice dctm̄
eſt a dn̄o. Parabola aūt aliud voce expri⸗
mit: aliud intelligit: ita ꝙ in parabola res
ſunt ſigna. Un̄ ſm̄ Auguſtinū ꝑ vxorē in⸗
telligit carnalis ꝯcupiſcētia: qua q̄s alli⸗
cit: trahit: ⁊ ligat: ⁊ que adeo aīam ligatā

tenet/ ꝙ ad deū q̄n̄ vult accedere nō pōt:
qꝛ (vt ait Baſilius) intellectus humanus
vergens ad imundicias ⁊ illecebras: debi
lis eſt ad agenda diuina. Conſuetudo eniʒ
carnalis eſt ſicut catena: ideo ſic incatena⸗
tus dixit ſe non poſſe abſtinere: nec poſſe
ad deū ꝓuenire. Inde Aug. viij. confeſſio.
Ex volūtate ꝑuerſa facta eſt libido: ⁊ dum
libidini ſeruit facta eſt ꝯſuetudo: ⁊ duʒ cō
ſuetudini non reſiſtit facta eſt neceſſitas.
In quo ſtatu maxime a deo elongat. ideo
ſicut alij rogauerūt vt excuſarent: iſte car
nalis non rogat vt habeat excuſatus. vel
etiam qꝛ erubeſcit deū rogare ſic turpis ⁊
abominabilis ⁊ iram dei inuitantis contē
nit. Impius em̄ cum in ꝓfundū malorum
venerit cōtēnit. Prouer. xviij. Dico tertio
ꝙ mr̄imoniū eſt ſacrm̄ ſalutare: in q̄ ſancti
patriarche ⁊ ꝓphete immo ⁊ beata virgo
mater dei ſanctiſſime vixerunt: iō per ſcri
pturā non contemnitur/ ſed approbatur.
Ad eā ergo que ſic decorauit matrimoniū
⁊ eius ſuſceptione ⁊ etiam pn̄tia/ conuer⸗
tamus orationem dicentes Aue.

¶ Continuando materiā ſermonis p̄cedē⸗
tis dicendū eſt de q̄rto: in q̄ ſtat mr̄imonij
fides. Quarto itaqꝫ ⁊ precipue ſtat fideli⸗
tas in inuiolabili thori cōicatōe q̄ ꝯſiſtit i
duobꝰ. Prīo vt vxori debitū reddat vir et
ecōuerſo. Scđo vt nulli alteri: ita vt q̄cū⸗
qꝫ carnalis hītatio extra mr̄imoniū illici⸗
ta ſit. Oēm em̄ talē ꝓhibuit dn̄s. vn̄. Pſ.
Uox dn̄i intercidentis flāmā ignis. eſt em̄
flāma ignis ꝯcupiſcētie dānabilis ⁊ i eter
num ꝯburentis: quā ꝓhibet dn̄s Apoca.
xx. Fornicatoꝝ ꝑs eſt in ſtagno ignis ardē
tis ⁊ ſulphuris. Concedit tñ flāmam ꝯcu
piſcentie intra mr̄imonium. qꝛ. j. Cor. vij.
Melius eſt nubere q̄ vri. i. vinci dānabili
corruptela. In figura cuius. Dañ. iij. Tri⸗
bus pueris q̄ erant in fornace Babylonis
nihil nocuit ignis. i. illis q̄ cum tribꝰ vtuti
bus fide: ſpe: ⁊ charitate ſunt in matrimo
nio nihil nocet ignis concupiſcentie: ſʒ bn̄
eis q̄ incēdunt fornacē: q. ſ. ſunt incenſores
iurgioꝝ: ⁊ ponētes diuiſionē in mr̄imōio:
qꝛ deſtruit eorum mendacia ꝑ bonā ⁊ ſan
ctam famam. Un̄ Segor media erat inter
Sodomam a qua fugit Loth: ⁊ montem
in quem debebat aſcendere: nec valuit ſed
ſaluatus eſt in Segor. Geñ. xix. Qꝛ ſtatus
mr̄imonij medius eſt inter deſideria car⸗
nalia ⁊ inordinata a quibus tenentur oēs

Margin: B Fidelitas. Fidelitas matrimōij ſtat i fidelitho ri cohabitatione.

Margin: C Concupiſcentia. Diſcoitꝰ extra matrimoniū eſt illicitus.

Universidad de Deusto Biblioteca

fugere ⁊ montē caſtitatis ad quē non pōt
quilibet aſcendere. Sc̄do hoc idem patet
alijs ſimilitudinibus. Nā ſm Cryſoſtomū
ſup Mat. ſicut mari dn̄s terminos poſuit
littora dicēs: vſqꝫ huc venies: ⁊ huc te ꝯfrī
ges: ſic libidini carnali terminū poſuit: vt
vſqꝫ illuc veniens ibi ſe ꝯfringat. Sicut ḡ
mare ſi littora ſua ſupgreſſum fuerit pec-
cat: ita hō ſi tranſgreſſus fuerit licentiam
maritalē. Hec Cryſoſtomus. Vn̄ Gen̄. j. a-
que ſuperiores ab inferioribus ꝑ firmamē
tum ſunt diuiſe: qꝛ fidelitate firma matri-
monij tanqꝫ firmamēto diuiſe ſunt volu-
ptates carnales q̄ a deo conceduntur tanq̄
legitime ⁊ ad eternā ſalutem tanq̄ ad ſu
piora tendentes ab his q̄ inferiores tēdūt
ad mare eterne amaritudinis: Et ſicut in
Jordane Joſue. iij. aque inferiores tende-
bant in mare mortuū: ſupiores vero imobi
les manebant ſp aſcendentes: ſic carnalis
actus matrimonij ſurſum tendit: vbi con-
cubinatus in mare mortis eterne dilabitur.
Et ſicut aque erant ꝓ muro filijs Iſrael q̄
ſubmerſerunt Egyptios: ſic delectationes
in matrimonio ſunt ꝯ pctm̄ munimenta: q̄
extra matrimonium ſunt mors ⁊ perditio
aīe. Tertio hoc idem apparet ex figura no
ui teſtamenti. Chriſtus em̄ coram diſcipu
lis aquam conuertit in vinum: ⁊ hoc in nu
ptijs: oſtendens ꝙ licet actus huius ordi-
nis ſit in fetidis ⁊ vilis / vt aqua: ex bono
tn̄ matrimonij excuſabilis fit ⁊ p̄cioſus vt
vinum: qꝛ ſine mr̄imonio vt aqua inſipida
ille actus eſt mortalis: ſed in matrimonio
aqua in vinum mutatur. i. actus mortalis in
meritoriū dūmō recto ordine fiat. Quan-
ta ergo reprehenſione digni ſunt: q̄ mira-
culū dei ꝑuertunt facientes de vino aquā
q̄ pulchras vxores dono dei hn̄t: ⁊ tn̄ ipis
relictis eligunt ſcortum. q̄ p̄eligunt vino
bono aquam: actu matrimoniali fornica-
tionem. Quarto hoc idem apparet ex his
q̄ dantur a ſponſo ſponſe in iocalia. Primo
enim vt fideliter cuſtodiat vxor thorū dat
ei ſponſus fermolium in pectore: vt ei cor
cuſtodiat: ſic ꝙ neminem alium diligat.
Vnū enim cor duos aduerſarios amores
hr̄e non pōt. Qui em̄ diligit hiſtrionē: nō
diligit maritum. Sc̄do dat ei anulū ī ma
nu in quo eſt vena tendens ad cor: vt non
cū murmure ⁊ odio ſed de corde que ope
ratur ei faciat. Opꝫ em̄ eos pari paſſu ābu-
lare ſine lite ⁊ diſcordia. Cor em̄ inter cete

D
Spōſa
De tri-
bꝰ ioca-
libus q̄
ſolet da
re ſpon
ſus ſpō
ſe.

ra membra diuiſionem non patitur ꝯ diſcor
des: de quibus Oſee. x. Diuiſum e[st] cor eo
rum nunc interibunt. Tertio dat cingulū
vt caſtū corpus ei cuſtodiat: ⁊ cingulo ca
ſtitatis matrimonij cingatur. Sed multi vo
lunt ꝙ eaꝶ vxores teneantur ad non forni-
candū ⁊ non ipſi: cū tn̄ ad hoc magis tene
antur: tū qꝛ ſapiētiores: tū qꝛ ſunt caput mu
lieris: ⁊ ſic dn̄t eſſe regimē ⁊ exēplar earū.
in oībus aūt caput p̄cedere dꝫ ⁊ mēbra ſeq̄
ſicut eccl'ia ſequitur chriſtū: alioq̄n ſi melius
viuit mulier q̄ vir ſm Auguſtinū inordia
ta eſt domus: qꝛ caput pendet deorſū. Sꝫ
qꝛ hec peſtis nimis inualuit cōqueruntur
viri de mulieribus: nō mulieres de viris.
Sed vt vult Augu. cū mulieres ſup huiuſ
cemodi ꝯquerūtur tribus rōnibꝰ viri vxores
ad tacēdū de talibus inducere nituntur. Pri
mo dicūt: nos ſumus viri; vos femine. Rn̄
det Auguſtinus. imperat femine vt ferat
adulterū virū: q̄ nō vult ferre adulterā mu
lierē. Tu dicis qꝛ vir es tu: ſi vir es vince li
bidinem. Sc̄do dicūt: nos ſumus dn̄i: vos
ancille. Augu. In ceteris o mulieres ancil
le eſtote viroꝶ veſtroꝶ: ſed vbi ventū fue
rit ad hoc qd̄ dicit apl's: vir nō hꝫ ptātem
corporis ſui ſed mulier: clamate ꝓ re vr̄a.
Tertio dicūt: nos ſumus capita vos mem
bra. Augu. Si caput es duc: ſed vide q̄ eas
Noli ire q̄ nō vis vt ſequatur pediſſeq̄ tua.
Sed poſſent dicere vxores. Ex q̄ vir nō ſer
uat mihi fidē: nec ego ſibi. Aug. Nolite pu
diciſſime femine nolite imitari viros vr̄os:
aut vobiſcū viuāt: aut ſoli pereant. Impudi
co viro non ſeruat mulier pudicitiam ſed
chriſto. Et hec de prima parte ſermonis.
¶ Pro ſc̄da parte oritur q̄o. Vtrū vero oīs ac
tus ꝯcubitꝰ mr̄imonij ſit licitus: Rn̄detur
ꝙ triplex eſt actꝰ mr̄imonij: q̄dā licitꝰ: aliꝰ
fragilis: tertiꝰ ipetuoſus. Actus licitꝰ fieri
pōt tribꝰ modis. Prio cā ſuſcipiende ꝓlis
ad diuinū cultū educāde: ⁊ ſic eſt in officiū
multiplicāde nature: ⁊ tūc eſt actꝰ v̄tutis
q̄ dr̄ religio. j. Tim̄. v. Volo iuuenes nube
re / filios ꝓcreare. Et hoc idē patꝫ rōne: qꝛ
natura nō inclinat vniuerſal'r ad malū ⁊
licitū: ſed natura vniuerſal'r inclinat ad ꝓ
creationem liberoꝶ. ḡ actus ille eſt licitus
Et ſi dicatur qꝛ actus iſte eſt orōnis impedi-
tiuus. j. Pe. iij. ⁊ ſic non videtur actus bonꝰ
Rn̄detur ꝙ ſi capiatur orō ꝓ bono ope: vt vi-
detur accipere gloſ. j. Theſſa. vlt. ſup illō ſine
intermiſſione orate; vbi dr̄ ꝙ nō deſinit ora

E
Adulte-
rium.
Ex eq̄
tenen-
tur ſibi
inuicē
vir et
vxor nō
adulte
rari.

F
Matri
moniū
Vtrū o
mnis
actꝰ cō-
cubitꝰ ī
mr̄imo
nio ſit
licitus.



re qui nō deſinit bn̄facere: ſic actus matri
monij n[on] impedit orōnē. Si v̄o accipiatur
ꝓ vocali orōne vel interiori q̄ aīa in deum
afficitur: tūc ille excellens actus aīe impeditur
per carnalē actū: qꝛ v̄irtꝰ illa ſm quā aīa
in deū afficitur eſt ſuprema: vis vero gn̄ati-
ua infima: ideo non eſt mirū ſi opationes
illarū viriū ſibi nō conſocientur. Idō ꝓ tpe il
lo talibus non datur ſpūs ꝓphetie. Vn̄ Hie
ro. ad Agerūtiā. Ezechiel in Babylone ſic
ait. Mortua eſt inq̄t vxor mea ⁊ apertum
eſt os meū: qꝛ nec ducturus vxorē: nec ille
q̄ duxerat pn̄t libere in ope coniugali pro
phetare. Nec ex iſtis ſequitur ꝙ actus mr̄i-
monij ſit malus / licet in v̄ginitate ꝑmane
re eſſet melius: ſed hō non ſemꝑ tenetur ad
melius. Sc̄do eſt licitus qn̄ fit cā reddēdi
debitum: ⁊ tūc ſi ſit in alijs bn̄ circūſtātio
natus eſt actus iuſtitie. j. Coꝶ. vij. Vir vxo
ri debitū reddat. Ad hoc em̄ a deo obliga
tur vir vxori ⁊ vxor viro. ꝯ illos q̄ dedignā
tur ⁊ loq̄ ⁊ reddere q̄ peccant grauiſſime.
⁊ ſūt q̄nqꝫ ꝑ dimidiū ānū abſqꝫ hoc ꝙ ſil'
loquantur: de quo tenentur cōfiteri: ⁊ de incō
uenientibus q̄ ex hoc ſequuta ſunt: vtpo-
te ſi vir cū alia fornicatus ſit ꝓpter hanc
cauſā qꝛ reddere noluit ⁊ de cā rancoris /
odij / ⁊ diſcordiaꝶ. Et in hoc pōt confeſſor
inq̄rere de cōſequētibus malis p̄dictis pe
ioribus. Et ſi q̄ratur: vtrū alter alteri ꝓ ſem
per teneatur ad reddendum debitū: Dr̄ ſm
magiſtrū ſentē. Thomā ⁊ Scotū in. iiij.
diſt. xxxij. Qꝛ q̄libet eoꝶ ex p̄cepto dei tene
tur alteri reddere debitū: exceptis tātum-
modo caſibus rōnabilibus. Vt em̄ ibidē
dicit magr̄: lꝫ in om̄ibus vir preſit vxori vt
caput corpori: i ſolu[n]do tn̄ debitū carnis pa
res ſunt. Idō apl's ī hoc vtrūqꝫ vtriqꝫ ſubij
cit: cū dixit. j. Coꝶ. vij. Vir vxori debitum
reddat: ſil'r ⁊ vxor viro: qꝛ mulier nō hꝫ
ptātem corpis ſui ſed vir: ſil'r vir nō hꝫ
ptātem corpis ſui ſed mulier. Et ita ſicut
ex p̄cepto diuino tenetur hō nō auferre alie
nū inuito dn̄o: ita tenetur ex p̄cepto iuſtitie
alienū reddere petenti. Idō cū alter petit:
niſi hēat legitimā cām debꝫ alter reddere
corpꝰ ſuum. Al's facit ꝯ dei p̄ceptum: ⁊ ſi ꝓ
pter hoc in fornicationē incideret: nō red-
denti imputandum eſſet. Primus autē
caſus in quo non tenetur alter petenti red-
dere eſt qn̄ petens amiſit ius petendi: vt
qn̄ fornicatus eſt: ⁊ hoc publice ꝯſtiterit.
Ex quo em̄ non ſeruauit fidem non tenetur

A
Matri
moniū
In q̄bꝰ
caſibꝰ

ſeruare eidem: niſi tātummodo vt alterū
ab eo nō cognoſcat. Sc̄ds caſus eſt: qn̄
nōdū acq̄ſiuit ius petēdi debitū: vt in ali-
quo tpe poſt mr̄imoniū ꝯctū ſꝫ nōdū con-
ſummatū: qꝛ pōt alter eoꝶ interim intrare
religionē: imo ſm Guil'. peccat mortal'r q̄
an̄ bn̄dictionē nuptialē vxorē cognoſcit in
locis vbi ꝯſuetū eſt bn̄dictionē adhibere.

vir non
tenetur
vxori
redde-
re debi
tum et
ecōuer-
ſo.

Tertius caſus eſt: qn̄ v̄git ī notabile no
cumentū ſanitatis ſue. Plus em̄ tenetur hō
ad ꝯſeruationē ſui q̄ ad redditionē debiti
vtpote ſi mulier ſit infirma: vel ſi ꝓbabil'r
ex hoc exiſtimaretur ſeq̄ aliq̄ grauis infirmi
tas. Et ſic ſi mulier timeat ꝑiculū lepre in
corpe ſuo ex cohabitatōe mariti nō tenetur
reddere. Quartꝰ caſus ē: qn̄ veriſil'r time
tur de ꝑiculo extinctionis fetus: aut de ab
orſu: ⁊ tunc neuter alteri reddere tenetur: qꝛ
maiori vinculo tenetur ad cauēdū occaſionē
fetꝰ in vtero: aut vt non naſcatur aborſus q̄
teneatur reddere debitū. Quintꝰ ē qn̄ q̄ritur
in loco ſacro. Tūc em̄ nō tenetur qn̄ alius lo
cus aptus hr̄i pōt nō ſacer: qꝛ al's fieret ſa
cro loco iniuria ⁊ reconciliatōe indigeret.
Si v̄o alter locꝰ hr̄i nō poſſet: vtpote ī ob-
ſidione: vbi ſtāt vir ⁊ vxor in eccl'ia obſeſſa
⁊ tūc ſm Albertū ⁊ Joānē de Gerſono te
nerentur reddere: nec ꝓpter h̄ recōciliāda eſ
ſet eccl'ia. Nec etiā teneretur reddere ī publi
co ſi q̄reretur: vt ſatis deducit Aug. de ciui.
dei ꝯ Diogenē Cinicū. Sextus caſus: qn̄
ꝯiuges pari ꝯſenſu vouerēt ꝯtinētiā: ⁊ tūc
neuter tenetur alteri debitū reddere: qꝛ neu
ter pōt votū reuocare: vt dicit mgr̄ in. iiij.
diſ. xxxij. Et rō eſt: qꝛ vterqꝫ renūciauit iu-
ri ſuo. Septimꝰ caſus qn̄ alteri eoꝶ non
pōt aliter ꝓuideri de ſecuritate vite ſue:
niſi alium coniugem dimittendo: ⁊ ſic non
tenetur cohabitare cū ꝑiculo ſui corporis.
Octauus caſus: qn̄ mulier patitur men-
ſtruū ⁊ vir h̄ cognoſcit ⁊ mlier inſtat. Si ei
menſtruum eſt ſm naturam: tunc pōt mu
lier cōcipe: ⁊ tunc hoc eſt ꝯ bonū ꝓlis: vt
dicit Hiero. ſup illud Eſa. lxiiij. Oēs iuſti-
tie noſtre quaſi pannus menſtruate. Et di
cit ibidem ꝙ tunc ꝯcipiuntur membris dam
nati: ceci: claudi: leproſi: vt qꝛ parentes nō
erubuerunt in conclaui cū pctō cōmiſceri:
pateat eorum pctm̄ ⁊ aperte redarguantur
ī pueris. Vnde ⁊ inter moralia p̄cepta po
nitur Eze. xviij. Si vir iuſtitiam fecerit. ⁊ ſe-
quitur: ſi ad menſtruatam nō acceſſerit: vbi
gloſ. p̄cipit vt viri nō ſolū ī alienis ſꝫ etiā

B
Men-
ſtruum
De coi-
tu ī mu
liere pa
tiente
mēſtru
um.

Universidad de Deusto Biblioteca



in proprijs vxoribus modū ⁊ tpˢ ſeruent.
Et leuit.xx. precipit ꝙ vterqꝫ interficiat:
vir ſcꝫ ⁊ mulier. Pena aūt mortis non niſi
pro pctō mortali infligit. Si tñ fluxus ille
ſit preter naturā ⁊ ex infirmitate: tūc vix
poſſunt ḡnari filij: ⁊ tunc ſi diu duret paſ⸗
ſio: pōt reddi debitū. In iſtis tñ mulier ſe
dꝫ reddere difficilē. Uñ petens ſciēter pec
cat mortalr̃ ſi exequat actū: et ſilr̃ mulier
ſi nō reuelet ei ⁊ cōtradicat. Nō eī (vt dicit
Scotus) eſt veriſile ꝙ lex noua minꝰ intē
dat caſtitatē ꝙ̄ vetꝰ. ſed Leuit.xx. Qui co⸗
ierit cū muliere in fluxu mēſtruo: ⁊ reuela
uerit turpitudinē eiꝰ: ipaqꝫ aperuerit fon
tem ſanguinis ſui: interficiētur ābo de me
dio populi ſui. Tertio licitꝰ eſt actꝰ matri⸗
monij ⁊ meritoriꝰ: qñ alias nihil illicitum
interuenit: ⁊ fit ſolū ab vno cōiugū ꝓpter
vitare fornicationē in altero: qñ alias ī eo
faciliter cauere nō poſſet: ⁊ ſic eſt in reme⸗
diū concupiſcentie. j. Cor.vij. Unuſquiſqꝫ
ſuā vxorē habeat ꝓpter fornicatiōeꝫ: vt ſi
vir videat vxorē tentari de alio: ⁊ timet de
malo fornicatiōis eiꝰ: ⁊ ad eā nō patētem
accedit nō ꝓpter prolē ſed tm̄ vt ponat re
mediū ꝯtra eiꝰ fornicationē. aut etiā econ
uerſo: ſi mulier videat virū ſilr̃ inclinatū:
tales merent. Sic etiam meret mulier mo
deratū ornatū portādo: ſolū ideo ne pro⸗
pter vxoris cōtēptum adulteret maritus.
j. Cor.vij. Mulier ꝗ nupta eſt cogitat que
mundi ſunt: quō placeat viro. ¶ Sꝫ dices.
cū ita ſit ꝙ honorabiles ſint nuptie: qua⸗
re quis de illo actu honeſto verecūdat: im
mo actū ipſum noīare niſi ꝑ circūlocutio⸗
nem videt inhoneſtū: imo verecūdius eſt
vxorē cognoſcere ꝙ̄ ſeruū pcutere? Reſpō
detur cū Bonauē. ij. ſentē. diſt.xx. in expo⸗
ſitione. ꝙ nuptie tria habuerunt in ſtatu
innocētie ꝗ oīa honeſta videbantur: ſcꝫ ſi⸗
gnatum: actū: ⁊ fructū. Sed nunc in ſtatu
miſerie ſignatio eſt honeſta: qꝛ magnū ſa⸗
cramentū eſt in chriſto ⁊ in eccleſia. Simi
liter etiā fructus eſt honeſtus: ſꝫ actus pu
dorem hꝫ annexū: qꝛ oīs habens rōnē co⸗
ram alijs erubeſcit facere illud: etiā cū ꝓ⸗
pria vxore. Rationē aſſignat Aug. xiiij. de
ciuiti. dei. qꝛ cū ratio deberet dñari corpo
ri: magis erubeſcit ꝙ ipſa ſubijciat alicui
corporis parti: ⁊ ſilr̃ erubeſcit de actu ꝗ
eſt pena peccati primi hoīs: ⁊ vñ omnis
pudor acceſſit homini. Nihil enī pudibun
dum niſi pctm̄: vel propter pctm̄. ¶ Secū⸗

C
Mrī⸗
moniū
Quare
matri⸗
monij
actꝰ ꝙ̄⸗
uis ſit
merito
riꝰ tñ ē
verecū
dus.

dus actus mrīmonij eſt actꝰ quidā ꝗ fra⸗
gilis eſt: ꝗ fit tribꝰ modis. Prio fit ad vitā
dum fornicationē in ſeipō. Nec hoc eſt pec
catū: ſi fiat cū debitis circūſtantijs: qꝛ hoc
eſt ab aplo ordinatū. j. Cor.vij. Unuſqſqꝫ
vxorē ſuā habeat ꝓpter fornicationē. Se⸗
cundo ſi fiat ſolū cā delectatiōis expiende
in vxore: ita tñ ꝙ nō vellet ꝓ tali delecta⸗
tōe expiēda alienā cognoſcere: ⁊ ſic ſi nihil
aliud inordinatū īteruenit: eſt ſolū venia
le pctm̄. Tertio qñ cognoſcit vir vxorē ꝑci
ſe cā ſanitatis corꝑalis: qꝛ q̄rit ꝑ ineptum
mediū: nō venialiter peccat. ſicut ſi ꝗs q̄re⸗
ret baptiſmū ꝑciſe ꝓpter corporis ſanita
tatē: ꝙuis nō ſit oīno ſimile: qꝛ iſte vltimꝰ
peccaret mortaliter ꝓpter irreuerētiā fa⸗
ctā ſacramēto: nō primꝰ. Et ſi q̄rat vtrum
in die feſto debeāt abſtinere? Rñdet ꝙ cō
ſilium eſt vt orōnibꝰ magis vacarent ⁊ de
notiōi. j. Cor.vij. Nolite fraudare inuiceꝫ:
niſi ad tpˢ ⁊ ex ꝯſenſu: vt vacetis oratiōi.
Maxīe aūt deberent vacare: qñ recepturi
ſunt aliqd ſacramentū: ⁊ ſingulariter eu⸗
chariſtiā. Si enī Exo.xix. iubent filij Iſrl̃
ſanctificari. i. ab vxoribus abſtinere: vt in
diē tertiū parati eſſent ad digne ſuſcipien
da dei mādata: ⁊ ad vidēda miracula eiꝰ:
quanto magis ꝗ ipſum deū ſuſcipiūt in ſe
metipſis? Sic mundos a mulieribꝰ ⁊ a cō
tactu earū legimꝰ pueros Dauid: qñ Abi⸗
melech dedit eis panes ꝓpoſitiōis: quāto
magis qui ad veritatē illius figure acce⸗
dunt? Uñ Eccl. iij. Tempus amplexandi
et tempus longe fieri ab amplexibus: ſci⸗
licet tempus orationis ⁊ ſolennitatū. Nō
tamen dico ꝙ mortaliter peccēt: forte poſ
ſet eſſe veniale peccatū ꝓpter minorē fer⸗
uorem ad tantū ſacramentū: ſi nihil aliud
inueniretur. Credo tamē ſacerdotem ꝗ ac
cedit poſt carnalem commixtionem ad ſa⸗
crificandum peccare mortaliter: quia non
eſt in eo tanta deuotio aut reuerentia: ſi⸗
cut ad tractandum illud ſacramētum exi⸗
gitur. Et etiam: quia vitium carnis quo⸗
dammodo obnubilat rationem: que lym⸗
pidiſſima debet eſſe ad vidēda ſecreta que
ſunt in tali myſterio. Et etiam: quia talis
vadit ad intercedendum pro populo me⸗
liore ſe: et etiam quia ridiculum eſt poſtꝙ
tractauit filiū veneris tractare filium vir
ginis. Si tamen ſibi incumberet neceſſi⸗
tas: vt puta ꝙ eſſet dies paſce in quo ne⸗
ceſſe habet populo miniſtrare ſacramen⸗

D
Mrī
moniū
Actus
Matri
moniē
fragilꝫ
tribus
modis

E
Feſtū.
Utrū ī
die fe⸗
ſto ꝯiu
ges de
beāt ab
ſtinere
ab actu
matri⸗
monij.



ta: vel etiā ꝑiculum ſcādali ꝑſone ſue: non
dico ꝙ tunc mortaliter peccaret. Secūdo
dico ꝙ conſulendum eſt cōiugibus in ſolē
nitatibꝰ ⁊ tpe afflictionis ⁊ ieiunij ꝙ abſti
nerent: iuxta illud Iohel.ij. Egrediat ſpō
ſus de cubili ſuo: ⁊ ſponſa de thalamo ſuo.
Uñ in arca Noe ingreſſi ſunt viri ſeorſum
⁊ mulieres ſeorſum: mixti aūt egreſſi ſūt:
quia tpe afflictionis non eſt vacanduꝫ am
plexibꝰ: ne vobis dicat illud Mat.xj. La⸗
mentauimus vobis ⁊ non planxiſtis. In⸗
de Urias optimus miles. ij. Regū.xj. Qñ
alij in pugna ꝯ inimicos laborabant: ma⸗
xime cum arca dei eſſet in tabernaculis et
in periculo hoſtium: noluit etiam ad pre⸗
ceptum Dauid vacare vxoris amplexibus
Zacha.xij. In die illa erit magnus plāctꝰ
in Hieruſalem: ⁊ plangent familie ſeorſuꝫ
⁊ mulieres eorum ſeorſum. Unde ⁊ filijs
Iſrael tranſituris Iordanem in terra ini⸗
micorum ſuorū. Ioſue.iij. precepit Ioſue.
ſanctificamini. i. abſtinete vos ab vxorib.

A
Matri
moniū.
De ml⸗
tiplici
actu
matri⸗
monij
illicito.

¶ Tertius actus mrīmonij eſt qui ipetuo⸗
ſus eſt: ſed illicitus ⁊ malus: ⁊ iſto mō plu
ribus modis fit. Primo qñ alter eoꝝ q̄rit
delectationē ī actu mrīmoniali extra limi
tes matrimonij: ſic ꝙ paratus eſſet idem
facere cum vxore etiam ſi nō eſſet ꝯiunx: ⁊
hoc mō eſt mortale peccatum. Uñ gloſ. j.
Cor.vij. Oīs vehemēs amator ꝓprie vxo
ris / adulter eſt. Similes eīn ſunt taliū cō⸗
cubituum voluptates his que capiunt de
meretricum amplexibus. Scdo dicit ipe⸗
tuoſus: qñ fit cauſa ſatiande libidinis: et
homo ad hoc ſe ꝓuocat ꝑ incentiua luxu⸗
rie vtendo calidis ex induſtria: ⁊ mulier ꝑ
blāditias meretricias: vel ꝑ aliuꝫ modum
hmōi actum quaſi a ſe exigunt propter ſa
tietatem delectationis: ⁊ hoc non eſt ſine
pctō. Tertio qñ fit concubitus ꝯ naturalē
vſuꝫ vel extra vas debitū: ⁊ hoc mō ſemꝑ
eſt mortale pctm̄ grauiſſimuꝫ: qꝛ ꝓles ſeq̄
nō pōt: ⁊ intētio nature totaliter fruſtrat
Uñ ſm Guil. Pariſ. clamor Sodomoruꝫ
aſcendit ad deū: nō ſolū pcti vindictam q̄⸗
rentis: ſed etiā nature vim ⁊ violentiā pa
tientis in re nefaria ⁊ in ſui abuſione. Pa
tientis inſuꝑ contumeliam in tante aboīa
tionis inquinatione: ⁊ iacturam in tanta
ſui fructus dammificatiōe. Si ꝓpter ſemi
na cuſtodienda in agris armant agricole
fundis ⁊ lapidibus: arcubus ⁊ ſagittis: vt
coruos ⁊ cornices a deuoratione ipſorum

arceāt ⁊ effugēt: quāto fortius aduerſus
iſtas beluas pctōꝝ ꝑdentiū ſemē humanū
nō eſt mirū ſi aſcēdat ſurſum clamore na⸗
ture. Et iſtud vitiū maxīe diſplicet deo in
ꝓpria vxore. vnde Aug. lib. de bono cōiu
gali. Cū naturalis vſus qñqꝫ ꝓlabit vltra
pacta nuptialia. i. vltra ꝓpagandi neceſſi
tateꝫ: venialis fit in vxore: in meretrice dā
nabilis. Ille ꝟo ꝗ eſt ꝯ naturā execrabilr̃
fit ī meretrice: ſed execrabiliꝰ in vxore. Nō⸗
nulli tñ plus delectant in illis illicitis am
plexibus ꝙ̄ in licitis: qꝛ hoc eis ꝓhibitum
eſt. Prouer.ix. Aque furtiue dulciores ſūt:
⁊ panis abſcōditus ſuauior. i. inuſitate vo
luptates: vel prohibite delectationes. Uel
fit in vaſe debito ſed ꝯ naturalē modum:
vbi tñ diſpoſitio corporis bñ ſuſtineret na
turalē modū: ⁊ tunc ſꝑ eſt pctm̄ lꝫ non ſꝑ
mortale: niſi tñ ꝓpter ꝑiculū ſuffocādi fe⸗
tuꝫ ita fieret: ⁊ adhuc ſaltē eſt veniale pec
catū. Unde. j. Theſ. iiij. Sciat vnuſquiſqꝫ
vas ſuū poſſidere in oī ſanctificatiōe ⁊ ho
nore. Et hoc mō multi ī mrīmonio peccāt
de ꝗbus Sap. iiij. Neqꝫ nuptias mundas
iā cuſtodiunt. ¶ Quarto qñ ꝗs accedit ad
ipregnatā vicinaꝫ partui: vbi timor eſt de
aborſu. Tales eī peiores ſūt pecoribꝰ Ori
ge. ſuꝑ Geñ. Pecora ſciūt cū ꝯceperint vltra
nō idulgere maribꝰ copiā ſui. ¶ Et ſi dicas
ꝙ in hoc Sarraceni melioris ſunt ꝯditio
nis ꝙ̄ chriſtiani: qꝛ plures hñt vxores vt
non accedāt ad ꝑgnātes: ſicut agrorū plu
ralitas neceſſaria eſt agricole: vt cū ſemīa
uerit in vno agro poſtea ſeminet in alio ⁊
non ſit agricola ocioſus: cū etiā tpe illo nō
poſſet abſtinere. Ad qd rñdeo ꝙ Sarrace
ni ꝯ preceptū dñi agūt: ꝗ talia mrīmonia
illegitimauit: ⁊ ſufficeret ꝓ ſoluēdo argu⸗
mēto auctoritas dei. Dr̃ tñ ſcdo ꝙ lꝫ poſ⸗
ſint ſeminare in multis agris / tñ ꝓles nō
erit ita bona nec robuſta ꝓpter vim ḡnan
di in multis diſꝑſam nec etiā eis ita bñ pt
ꝓuideri. Dr̃ tertio ꝙ mulier aliqñ multo
tpe abſtinet quo cuſtodit virū infirmū: vel
cā ꝑegrīationis ipſo agēte ī remotis: ⁊ tñ
vir tpe puerperij dicit ſe nō poſſe abſtine⸗
re ab ea qd falſuꝫ eſt. Quīto qñ nimis fre⸗
quens eſt coitus: ꝗ ꝑiculoſiſſimꝰ eſt. Prīo
ꝓpter ꝑiculū infecūditatis vt pꝫ in mere⸗
tricibꝰ: qꝛ ex ardore ꝯcupiſcētie ſemē cōſu⸗
mit ⁊ aliqñ fluit. Scdo qꝛ exīde abbreuia
tur vita vt patuit in Salomone: ꝗ ꝙuis
eſſet. lj. annorum: tñ dꝛ ꝙ mortuus eſt ſe⸗

B
Uxor.
Noneſt
melius
ſarrace
nis hñ
tibus
plures
vxores
ꝙ̄ chri⸗
ſtianis
tantū⸗
modo
vnā hñ
tibus.

Universidad de Deusto Biblioteca

nec: ⁊ alr ſꝫ Ariſto. lib. de lōgi. ⁊ bre. vite. paſſeres ꝓpter frequētē coitū ſunt breuis vite. Si eñ qualibet die in aliq̄ agro ſereremus arua nūq̄ ad fructꝰ maturitatē ꝑuenirēt. Vñ ⁊ q̄nq̄ꝫ inter ipſos amplexus extinguunt. Exēplū de principe Tarētino q̄ cum ollā Vulcani reſpiceret magis ſolito fauillas ⁊ flāmā emittere in altū: dixit ꝙ in inferno locus p̄parabat alicui potenti: q̄ illuc debebat accedere. Nocte aūt inter brachia meretricis inuētus eſt mortuꝰ ſtans ſuꝑ meretricē: adeo vt illū multo tēpore portauerit meretrix mortuū ſuper ſe. Ille fuit ꝓpheta ſue miſerie ⁊ calamitatꝭ. Hec Petrus Damianꝰ. Sꝫ poterit q̄s dicere. Uxor mea eſt: poſſum vti re mea iuxta voluntatē meā. Dr ad hoc ꝙ hoc nō eſt verū. Neq̄ꝫ eñ dꝫ q̄s abuti re ſua: nec ea vti niſi ad finē ad quē ordinata eſt: ſicut quis vti dꝫ cultello ad ſcindendum panem: ⁊ ſi eo ꝑcutiat abutit. Vñ ⁊ ꝓpter abuſiones coeūdi īductū ē diluuiū. Ait eī Joſephꝰ li. j. de ātiq̄tatibꝰ. Sexcēteſimo āno mlīeres ī veſaniam v̄ſe ſupgreſſe viris abutebant.

¶ Sermo. ix. de eodē ꝑ thema vt prius.

C Nuptie. Conuenientia multiplex inter nuptias carnales ⁊ ſpirituales hūanitatis cū diuinitate.

INter chriſtuꝫ ⁊ humanitatē nr̄am factum eſt celebre mr̄imoniū: dū rex ancillam ſuam: creator creaturā: deꝰ hominem aſſumpſit. Qd̄ quidem mr̄imoniū ꝑ carnale multipliciter figuratū eſt. Prio q2 ſicut in mr̄imonio carnali facta eſt coniunctio diuerſorum ſexuum in vnū aīm: ſic in chriſto vna duarum naturarum diuine. ſ. ⁊ humane in vnam ꝑſonā. Scd̄o q2 ſicut ꝑ matrimonium fit vnio indiſſolubilis vſq̄ꝫ ad mortē. ſic ꝑ hoc mr̄imoniū ita indiſſolubiliter iuncta eſt diuinitati humanitas: vt etiā nec morte potuerit ſeparari. Tertio vt ſicut in matrimōio fit exultatio ⁊ letitia parentū ꝯgratulātiū: ſic in nuptijs iſtis letati ſunt angeli cantātes glīa in excelſis deo letati paſtores: ſed ⁊ magi cū muneribꝰ cucurrerunt ad regales nuptias. Quarto q2 ſicut carnale mr̄imoniū ꝓmiſſiōe fidei initiat: ratificat mutuo ꝯſenſu: ⁊ ꝯſummat ī accubitu: ſic matrimoniū illud initiatum fuit ī pr̄iarchis ⁊ ꝓphetis. vñ ⁊ Oſee. ij. ꝓmiſit dñs. Deſpōſabo te mihi in fide. Secundo ratificatuꝫ fuit in incarnatione: q̄n mediator archangelus Gabriel ⁊ q̄ſi notarius exegit conſenſuꝫ v̄ginis ꝓ natura humana q̄ dū conſenſit dicēs. Fiat mihi ſm̄ verbū tuū: ſubito dei v̄bum vnit[um] ē nr̄e humanitati. Qd̄ figuratū fuit in mr̄imonio Rebecce: q̄ ꝑ ꝓcuratorē Abrae Elyezer deſponſata eſt Iſaac: nec alteram vnq̄ꝫ cognouit ſed eam valde dilexit. Tertio cōſummatū fuit in accubitu crucis: vbi clamauit conſummatum eſt: q2 ibi pleniſſime oſtēſa eſt imēſitas dilectionis eius: ⁊ ſacra exinde fluxerūt: vñ quotidie filij naſcunt eccl̄ie. Quinto q2 ſicut in carnali ꝯiunctiōe mr̄ ſponſe cōiter preparat thalamū et ornat lectum ſponſi ⁊ ſponſe: ſic virgo mater eccleſie: ⁊ mr̄ ſponſi chriſti preparauit thalamum ſuū dans conſenſum vt in ſuo vtero verbum caro fieret: ⁊ de vtero ſuo tāq̄ de thalamo ꝓcederet. Ad thalamū igitur ſponſi diuertamus: dicentes Aue.

D Puella. De capello hōeſte ꝯuerſationis puellarum.

¶ Q2 de tribꝰ bōis mr̄imonij iaꝫ dictū eſt: nūc reſtat informare puellas qualr̄ añ matrimoniū debēt honeſte ꝯuerſari. Cōuerſa[n]t aūt honeſte ſi ſeptē florū. i. ſeptē virtutū capellū qui btē virginis Marie dicetur capellus: in ſua ꝯuerſatōe gerāt. Multi eñ ſepe dant puellis peſſimū capellum ad malas ſtrenas eorum: ⁊ frequentius ſine cā: ⁊ cum iniuria maxima: ⁊ tales tenent ad reſtōnem: ⁊ confeſſores dn̄t de his rebꝰ eſſe ſoliciti ad inq̄rendū: ⁊ de reſtitutione ordinandū. Itaq̄ꝫ puelle honeſte dn̄t portare honeſtū capellū virtutū: ⁊ ſic erit eorum honorabile cōnubium ⁊ thorus imaculatus. ¶ Primus flos huius ſerti eſt lilium v̄ginitatis ⁊ mundicie: qd̄ ita dilexit dñs in Maria vt nō niſi de v̄gine voluerit naſci. Et ꝓpter hūc florē cū ornamētis decentibus debet duci puella virgo ad eccleſiā: non alia. Debet enim ornari virtus nō vitiū: dei donū: nō diaboli cōmertium Et in multis locis etiā puelle v̄gines talē ſequunt cū apparatu honeſto: q̄ virginitatē vſq̄ꝫ ad mr̄imonij ſacr̄m cōſeruauit. Eſt eñ (vt dicunt doctores) duplex v̄ginitas. Quedā que ſoli deo ſeruat: ⁊ hec virgitas eſt pulcherrima v̄tus. Alia eſt que nō deo ſed hoī ꝓpter deum ſeruat: vt eam ſcꝫ iueniat hō virginē in mr̄imonio ordinato ad cultum dei: ⁊ hec eſt pulcherrima conditio quā dꝫ hr̄e puella. Prio q2 q̄n q̄s vult ire aut morari in aliqua pr̄ia remota ⁊ ibi ꝑpetuā facere māſionē: mlt̄ū libēter diſcere ſolet modū pr̄ie. Si g̃ ꝑ ordinē mr̄imonij vult ire puella ī celū: opꝫ modū illius pr̄ie

E Virginitas. Quō virginitas puellarum mr̄imonio dedicāda eſt.



addiſcere. Modꝰ aūt viuēdi ī pr̄ia celeſti ē puritas. Apoc. xxj. Ciuitas illa aurum mūdū ſimile vitro mūdo: ⁊ nihil inq̄natuꝫ intrabit in illaꝫ. Iō Tob. iij. dicebat Sara. Mūdam ſeruaui aīam meam. Propter qd̄ dꝫ puella maxime ſtudere puritati ⁊ mundicie. Et iō caueat ne ſe ꝑmittat cōtrectari a iuuenibus: q2 lilium q̄uis pulchruꝫ/ ſi tñ contrectet manibus: ſtatim marceſcit ⁊ fetet. Sic v̄ginitas ꝯtrectata manibꝰ iuuenū. Catos eñ ſepe cōtrectatꝰ vilē hꝫ pellē ſic puella ſepe ꝯtrectata vilē famā. Et ſi q̄ filia ſic ꝯ voluntatem ſuam tangeret: dꝫ ſpuere in faciem illius qui eam cōtrectat/ vel alte clamare ad mortem: ita vt ab omnibus audiat.

A Oſculū. Que oſcula puellarū ſunt pctā et q̄ non.

¶ Et ſi querat an oīa oſcula q̄bus virgo maritāda oſculat ſint pctā? Dr ꝙ oſculū pōt fieri multiplr̄. Vno modo ꝓpter conſuetudinē ſicut inter nobiles vniꝰ pl̄is. Alio modo ꝓpter delectationeꝫ honeſtā: ſicut contingit inter ſponſum ⁊ ſpōſam: vel ſicut fit in eccleſia capiendo pacē poſt preſbyterum: aut ꝓpter amorem naturalem: ſicut mater filio: aut ꝓpter inordinatam concupiſcentiā. Primi caſus poſſunt licite ſalua honeſtate ⁊ mala occaſione fieri: ſed non quartꝰ in quo inimicus tēdit laqueos ſuos ſub ſpecie boni: ita vt aliq̄n deterius cōtingat ꝙ comedere carnes in die veneris. Exēplū de Didone que per oſculum Syluij Enee cecidit in ſuuꝫ amorem turpem: ⁊ ꝯñr in mortē. Talia oſcula ſunt incentiua luxurie ⁊ gallico ſermōe: allumettes de souffre. q̄ inflāmant cū parua occaſione. Et ſi querat qd̄ eſt oſculū honeſtū? Dico ꝙ tale qd̄ fieri pōt in publicum ſicut in eccleſia. Alia oſcula ſunt ꝑiculoſa: a q̄bus ſancte puelle ſe cuſtodire dn̄t: exēplo illius de quo Hiero. ꝯ Iouinianuꝫ ſic recitat. Duilius q̄ ꝑmus Rome nauali prelio triūphauit ſenex ⁊ trementi corpore in q̄dam iurgio audiuit ſibi exprobrari os fetidum: ⁊ triſtis ſe domū ꝯferēs/ Bilie vxori ſue pudiciſſime q̄ſtus eſt: quare ſe nūq̄ monuiſſet vt huic vitio mederet. Feciſſem (inquit illa) niſi putaſſem oībus viris ſic os olere. Hec eniꝫ mulier in oſculis ſobria erat.

B Puella. Sex a q̄bꝰ abſtinere dꝫ puella.

¶ Scd̄o cauere dꝫ puella a ſcripturꝭ: nuntijs: ⁊ macquerellis: ⁊ a muneribꝰ eorum. Non eñ pudica eſt q̄ cū mercatricibꝰ vel ſui vel ſuorum habitat. Libenter quippe ſibi inuicem obuiāt mercatores ad tractādum de mercantijs ſuis. Sicut eniꝫ piſcatores aliq̄n perturbant aquam ⁊ ſolicitāt vt citius piſces capiant: ſic iſte vetule muneribus ⁊ ſcriptis ⁊ v̄bis puellas ſolicitāt ⁊ ꝑturbant mr̄imonia: ⁊ per talia munera excecant v̄gines ad ſe ꝑdēdū. Recitat Ouidius. iiij. Metamor. ꝙ Daphnes filia Acriſij auro fuit corrupta. Dꝫ eñ ſcā puella oēs tales cū iproperio reijcere: ⁊ munera q̄ſi venenū reſpuere: ſicut fecit illa cui ꝑ ſuum fratrē miſſum eſt a lenone ſertuꝫ de floribus: qd̄ ſtatim ꝓiecit in latrinas p̄nte fratre. Tertio caueat puella ne loca ſecreta ſine honeſta ſocietate ingrediat: ꝓpter qd̄. ij. Reg. xiij. Thamar cū eſſet v̄go: ⁊ difficile ſibi videret ꝙ frater ſuus q̄cq̄ īhoneſtū ageret cū ea: aut etiā de ea cogitaret īgreſſa ad eū ſine arbitris corrupta ē. Sicut eñ ſm̄ Pliniū. Scorpius v̄gines acriꝰ pungit q̄ corruptas: ſic diabolꝰ toto poſſe debachat in puellas et virgines: vt eas decipiat ⁊ ꝑdat. Quarto ꝙ nō q̄rat apparere pulchra in cōſpectu hoīm: ſed dei ſoliꝰ. Nō eñ ꝓpter hoc melius maritabit. Naꝫ non q̄ſiuit Heſter ornatū muliebreꝫ: ⁊ tñ habuit honeſtiſſimum matrimonium. Cōtra multas q̄ querunt ornatum ad ipudiciciā. Threñ. j. Virgīes eiꝰ ſquallide. Et ex hoc vel ſunt rete diaboli ad capiēdum incautos: vel ex pigmentis: aut picturis deformes in vultu. Unde Prouer. xj. Circulꝰ aureꝰ in naribꝰ ſuis mlier pulchra ⁊ fatua q2 ſicut ſus gēmā vel circulū aureū geſtās in naribus vbiq̄ꝫ circūuoluit ī luto: ſic mulier fatua pulchritudinē ſuaꝫ in luto luxurie vbiq̄ꝫ deturpat. Quinto caueat ſocietates ⁊ amplexus fatuorum. Ex talibꝰ eñ ꝑuis peccatis ventum eſt ad magna: ⁊ ex amplexibꝰ ad ꝯcubitū: ⁊ tūc miſeria puella dū ꝑdidit theſaurū v̄ginitatis diffamatur: ⁊ ſic ei carevendit delectatio. Similis enim eſt ſcabioſo cuius ſcabies ⁊ prurigo mentitur ſuauitatem in ſcalptione ⁊ in cutis ſue laceratione: cum tñ poſtea multuꝫ doleat pluſq̄ delectatus ſit. Et ideo debēt puelle illos amplexus fugere. Exemplo illius q̄ cū cuidam ꝯfeſſori lachrymabiliter confiteretur: nec auderet peccatum ſuum ꝯfiteri pre lachrymis ⁊ ſingultu: cū difficultate potuit ab ea obtinere vt diceret illud. Cōfeſſa eſt aūt ꝙ cū q̄dā p̄ſbyter vellet eā oſculari: vnguibꝰ vultū eiꝰ attriuit. Cui confeſſor: ⁊ ego do tibi in pn̄ia ꝙ prima vice ſi non deſiſtat crepes ei oculum.

Universidad de Deusto Biblioteca



C Nuptie. An felicior ſit mulier nupta q̄ virgo nuptura.

¶ Sed q̄rit Jacobus de Viterbio: an feli-
cior ſit mulier nupta q̄ virgo nuptura. Hoc
eſt vtrū caſtitas mulieris in m̄rimonio ſit
laudabilior q̄ caſtitas mlier nupture. Ad
hoc rñdeẗ q̄ virgo q̄ ꝓpoſitū hʒ nō nubē
di ſine dubio felicior eſt q̄ mulier nupta:
de hac nō queriẗ. Si autē nuptura nupte
cōpareẗ: diciẗ q̄ nupta felicior eſt ſm̄ Au-
gu. Dicit ei ſic. Felicior mihi videẗ mulier
nupta q̄ virgo nuptura. Habet ei illa qđ
iſta adhuc cupit: p̄ſertim ſi nōdū vel ſpō-
ſa cuiuſq̄ ſit. Illa vni placere ſtudet cui da
ta eſt. Hec multis interea quoꝝ vni dāda
eſt. Hec pudicitiā cogitationis defendit a
turba: hec nō adulterū: ſed maritū q̄rit in
turba. Dicitur ſcđo q̄ virgo nuptura quo
ad aliquid felicior eſt inquantū adhuc ha
bet id qđ eſt materia potioris v̄tutis. ſ. ca
ſtitatis virginalis: ſi a ꝓpoſito nubēdi de

D Verecundia. De verecundia puellarū.

ſiſtat. ¶ Scđs flos huius ſerti eſt Martia
viola q̄ diciẗ verecundie: q2 ſicut viola que
vulgo đ2 viola Martij tēdit caput deor-
ſum: ſic verecūda puella capite demiſſo dʒ
incedere nō collo extēto: q2 Eccli. xxvj. For
nicatio mulieris in extollētia oculoꝝ: ⁊ in
palpebris ei9 agnoſciẗ: hoc eſt inuerecun-
dia mulieris ſignum eſt fornicatiōis. Dif-
ficile eni ſeruaẗ caſtitas: vbi nō eſt verecū
dia. Scđo q2 talis flos eo q̄ pēdet deorſū
apparet pulchrior: ſic ornat9 puelle eſt ve-
recundia. Eccli. vij. Gratia verecūdie eius
ſup aurum. Si eni puella p villā incedat:
procedere dʒ nō oculis erectis aut letis: ſʒ
vultu demiſſo in terram vt in ea appareat
nobilis illa paſſio verecundia: qua maxīe
ornatur virgo. Que vero incedunt extēto
collo: cōiter diffamanẗ. Et ſicut deturpaẗ
mulier a qua capilli publice auferunẗ qui
ſunt ornatus capitis eaꝝ: ſic mulier a qua
verecūdia auferẗ. vñ Eſa. iij. Pro eo q̄ ele
uate ſunt filie Siō: et ambulauerūt collo
extento: ⁊ nutibus oculoꝝ ibant: decalua-
bit dñs verticē filiarū Siō: ⁊ crinē earum
nudabit. Tertio q2 talis flos eſt medicina
lis: ſic verecundia eſt medicina ꝯtra omne
pctm̄: ita q̄ ea amiſſa nullū plus ꝯtra vi-
tium manet remediū. Hieř. iij. Frons me-
retricis facta eſt tibi: noluiſti erubeſcere.
Quādiu eni Samſon capillos habuit oīa
vincula faciliter rupit. Sic q̄diu verecun
diam quis hʒ: facile frāgit tētatiōes vitio
rum: ⁊ maxime carnis q̄ ſunt multū viles.
Vñ verecūdia lāpas eſt pudice mētis iugi
ter lucens: vt nihil in ea turpe aut indeco-
rum reſidere attētet: qđ nō ilico [illegible]dat. Si
eni ſe occultabat mēſibus q̄nq3 Elizabeth
de partu ſuo erubeſcens: magna eſt mulie
rum īpudētia que [illegible] partus fornicarios
erubeſcunt. Sicut eni Samſon cuʒ crines
amiſit omnē virtutē ꝑdidit (Perſona ei ve
recunda caput et faciē operit ſicut crines
operiunt) ſic cū mulier amiſit verecūdiā/
perdidit oēm virtutē. Et ꝓpter hāc īuere
cundiā fiunt garrule ⁊ verboſe: ⁊ ſingula-
riter loquaces verboꝝ viliū ⁊ accedētium
ad luxuriā: de quib9 đ2 in ꝑſona impudice
mulieris. Prouer. vij. Irretiuit eū multis
ſermonibus. Nō ſic Maria q̄ hoc verecū-
die flore erat ornata: q̄ ī ſacra ſcriptura nō
legitur niſi ſeptē verba loquuta: q̄ etiā ad
ſalutationē angeli turbata erubuit. Unde
Amb. Trepidare virginū eſt: ⁊ ad oēs pa-
uere viri affatus. Ber. Solēt virgines que
vere virgines ſunt/ſemper pauere ⁊ nūq̄
eſſe ſecure: ⁊ vt caueāt timenda: ⁊ tuta pri
meſcere: ſciētes ſe in vaſis fictilib9 theſau
rum portare precioſum. Propter qđ quic-
quid nouū: q̄cq̄d ſubitū ortū fuerit: ſuſpe-
ctas habʒ virgo īſidias: totū ꝯtra ſe exiſti
mans machina[illegible]. In p̄ma mulier nō eru-
buit loq̄lā ſerpētis: ſicut multe puelle ve-
nenoſoꝝ hoīm nō erubeſcunt īpudica ver
ba. Non ſic Maria: q̄ etiā āgelū in hūana
forma erubuit. Vñ Eccli. xxvj. Donum dei
mulier tacita ⁊ ſenſata. ¶ Terti9 flos ſolſe

E Puella. De diligentia puellarum.

quiū diligēti[illegible] Habet eni gallico ſermone
flos ille nomen ſolicitudinis. Ideo puella
debet eſſe diligēs ⁊ laborioſa colo vel lani
ficio vacans ſicut recitat Policraticus de
Auguſto ceſare: qui [illegible]s filias ſuas ne tor
perent ocio lanificas fecit. Et hoc iđ dʒ fie
ri vt prudēti mulieri aſſimileẗ. de q̄ Pro.
vlt. Panē ocioſa nō comedit. Mulier ei q̄
ī domeſticis reb9 cuſtodiēdis: ⁊ aceruādis
et augēdis diligētiā adhibet: edificat ſibi
domū ⁊ famā. Vñ in loco allegato ſtatim
ſubdiẗ. Surrexerūt filij ei9 ⁊ btiſſimā p̄di
cauerūt: vir ei9 ⁊ laudauit eā. Et tales cōi
ter inueniūt bonū m̄rimoniū. Nō ſic diſſi-
patrices bonoꝝ ocioſe q̄rentes ornatum
ſuū ⁊ non domeſticā vtilitatē. Scđo: q2 p
hoc fugiunẗ tētatiōes. Vñ Ouidi9. Ocia
ſi tollas periere cupidinis artes. Eſt ei dif
ferētia inter celū ⁊ terrā: q2 terra ſemp im
mobilis: celū v̄o īceſſāter moueẗ. Sic mu-
lieres ⁊ puelle dedite terrenis voluptatib9



ocioſe ſunt: que vero ad celeſtia tēdūt ſem
per oper[illegible]aẗ. Ideo matres ab infantia de
bent ſemp eas ad operanduʒ inducere: vt
ſicut creſcit etas creſcat ⁊ labor: ne forte cū
ad coniugiū venerint vbi debēt eſſe ſolici
te de rebus domus: ſicut nihil didicerunt
in paterna domo facere: ſic nihil ibi velīt.
Sicut de illa legiẗ q̄ fuit vxor cuiuſdā du
cis Venetie: q̄ delicate ⁊ ocioſe nutrita de
dignabaẗ (vt inq̄t Petr9 Damian9) balne
ari cōibus aq̄s: ſed laborioſum balneū de
rore celi vndiq3 ſibi collectū parabaẗ: et ci
bos nō tangebat: ſed fuſcinulis aureis ori
ſuo adhibebat poſtq̄ p Eunuchos in fru-
ſta cōciſi erant: ⁊ cubiculū ei9 vndiq3 aro-
matibus olebat. Sed diuina vltione cor-
pus eius totū cōputruit: ita vt nullus illā
ferre poterat: ⁊ ſolū ei remāſit vna ancilla
non ſine ſpecierū redolentiū auxilio: q̄ ra-
ptim accedens curſim recedebat: ⁊ ſic ami
cis ſuis letantibus diē clauſit extremum.
Hūc florē habuit Maria: q̄n iens in Egy-
ptum ⁊ rediens dñm Jeſum nutriebat: q̄n
cum feſtinatione ⁊ diligentia pergens in
montana Elizabeth ſubſeruiebat. Et ſic
exemplo illius diſcant puelle diligētiam.

B Moleſtia. De moleſtia puellarum.

¶ Quart9 flos armeria modeſtie in geſtu ⁊
inceſſu. Ille eni flos in domo ⁊ caueis hye
mis tp̄e cuſtodiẗ: qui vulgo appellaẗ oeil-
let. Sic debet eſſe puella domi quieta: nec
euagari extra domū. Virginitas enim the
ſaurus eſt in agro corporis poſit9: q̄ ꝓpter
eius preciū ⁊ latrones inſidiātes dʒ abſcō
di: cū etiam vas fictile ⁊ terreū ipſum con
tineat. Et ideo de facili frangi pōt: ſed nō
de facili reparari. Amos. v. Cecidit virgo
Iſrael nō adijciet vt reſurgat. Si enim re
ſurgat per penitentiā ad meritū nō tamē
per decentiā ad ſtatū: ⁊ cū frangiẗ: non ſo
lum perdiẗ ille theſaurus: ſed etiaʒ honor
qui eſt ſtimulus puelle ad bene operādū:
et quo ꝑdito perdiẗ oīs voluntas bñ agē
di. Eccli. xlij. Filia patris abſcōdita eſt: ne
quando polluatur in virginitate ſua. Vñ
a quodā tēpore Angloꝝ Pariſius exiſten
tium petitū eſt ab Anglicis an erat Gal-
licus an Angelic9: ou quoy. Rñdit ſe eſſe
quoy. i. quietū: nec curare de eoꝝ ſectis va
rijs. Sic puelle de rebus extra domū ⁊ ru
moribus curare non dñt: ſed debent in do
mo quiete eſſe. Semp eni hyems eſt que ſi
florē virginitatis inueniat extra domū ſta
tim congelat ⁊ deſtruit. Et iđ cauere debēt
puelle ne domū ſine materna licētia exeāt
et ſi exeant cito pergāt ⁊ quaſi in trāſitu: ⁊
vultu demiſſo in terrā ne in ſe īcitēt viles
amores: ⁊ ſi non pereāt: ſaltē alijs cauſa p
ditionis nō exiſtant: vt legitur de Dyna.
Geñ. xxxiiij. que volēs videre mulieres il-
lius regiōis egreſſa inde fornicata eſt: ⁊ ſui
et alioꝝ cauſa ꝑditionis extitit: ita vt poſt
hoc in ſcriptura nec nomē nec gñatio eius
deſcribatur nec finis. Vñ ⁊ Canti. ij. Ab-
iecerūt in terra capita ſua virgines Juda.
Vinū eni multū cōmotū ſemp cōmiſcetur
fecibus ſuis: ſic puella p vicos gradiēs ſe-
pe aliquid fecis ⁊ luxurie hʒ. Et p̄cipue ſal
tatrix in vicis: q̄ nihil aliud q̄rit niſi ſalta-
re publice ⁊ cātare. Et propter hoc inſtru-
mētū cant9 appetiẗ a ſtultis. i. ipſa mulier
cātans. Vñ Baſili9. Plerūq3 minus cauti
dum libēter muſicū audiūt ſenſum: eo ad
ducunẗ vt nō iā muſicū ſed viſibile inſtru
mentū diligant: p qđ perita muſici modu
latione fruanẗ. Atq3 iđ neceſſaria ſumma
exactiſſima diligentia obſeruandus eſt vir
gini auditus ⁊ viſus: ne clā forte ⁊ ipſi ſub
repaẗ: vt preloquēte aīa inſtrumētū p qđ
illa loq̄ẗ diligat. Sūt ei tales ſiſtes gallice
au bedon des ſuyſſes: q̄ dū canit oēs poſt
illū exeunt ⁊ diſcurrunt. Sic ſaltatrix vna
dū canere incipit in medio vicoꝝ oēs alie
inſiliunt. Et tūc ad ſibilū ei9 capiẗ miſer: ⁊
cum miſera cōtrahit: ⁊ ſic filia Babylonis
miſera. Et ꝓpterea dʒ mater eſſe ſolicita
ſuper filiā ſuā: ne de viſu perdat eā: ne ad
aliquē locū ꝑgat ſine ea. Unde Hiero. ad
Athletā. Si q̄n ad ſuburbana ꝑgis: domi
filiam nō relinquas: ſciat ſine te nec poſſe
viuere. Hūc florē bñ obſeruabat Maria.
quando clauſa morabaẗ in domo cū ange
lus ad eā acceſſit: et ſi q̄n egreſſa eſt foras
cū feſtinatiōe ibat: et in domo morabatur
clauſa vt patuit in viſitatione Elizabeth.

B Humilitas. De humilitate puellarum.

¶ Quintus flos eſt geroflea humilitatis:
que florē apertū hʒ verſus celum: clauſus
verſus terrā. Sic hūilitas aperta eſt ver-
ſus deū clamans ei imple ſaccū meum: de
terrenis nihil curans neq3 gloriā eoꝝ ap-
petens. Sicut aūt gēma bñ ſedet in auro:
ſic humilitas in corde virgineo. Nec meli9
cuſtodiẗ ignis charitatis ⁊ ſcti amoris: q̄
in cinere humilitatis. Et hunc florē intan
tum habuit Maria: q̄ ꝓpter hūc florem
carpendū rex celoꝝ incarnat9 eſt in ea. Et
iđ nō ſint puelle iactatrices diuitiaꝝ ſuaꝝ

Universidad de Deusto
Biblioteca



pulchritudinis vel nobilitatis. Heſter ꝓ-
pter humilitatē eleuata eſt ad mrīmoniuꝫ
regium: et vaſti propter ſupbiā depoſita.
Debet enī eis ſufficere ꝙ ornate ſint inte-
rius virtutibꝰ ⁊ donis dei: nec de exterio-
ribus multū curare dn̄t: ſicut fatue virgi-
nes q̄ habebāt lāpades ad extra multum
bene politas: ſed intus vacue erant puri-
tate: ⁊ iō repulſe ſunt a nuptijs ſpōſi. In-
ter oīa enī debet timere maritꝰ ne ſpōſam
habeat ſuperbam: q: illud eſt oīm maloꝝ
et iurgioꝝ occaſio: qn̄ ſcꝫ mulier vult vin-
cere verbis ⁊ iniurijs maritū: ⁊ capite ſuo
totam domū exturbat. Ideo dꝫ dicere bo
nus maritꝰ illud. ps. Nō veniat mihi pes
ſuperbie. i. mulier ſupba nō ponat pedē in
domo mea. Prou. xiij. Inter ſupbos ſem-
per iurgia ſunt: imo ſepe ſupba vxor ꝯtra
ſuperbū maritū de nihilo rixat̄. Vn̄ cū vir
et vxor de foro venirent corā ipſis trāſiuit
lepus. ⁊ cū capere vellent euaſit. Tunc ma
ritus: ꝙ pinguis erat lepus ille. Si cepiſ-
ſemus eū comediſſemus eū frixū cū cepis
et eius ſanguine. Tūc vxor. libētiꝰ comedo
cū pipere: imo dicit vir meliꝰ eſt comedere
cum brodio. Certe ait mulier meliꝰ erit cū
cinnamomo: ⁊ ſic litigabāt ad inuicē de le
pore currēte ꝑ campos. ¶ Sextus flos eſt

E
Diſci-
plina.
De di-
ſciplīa
puella
rum.

roſa alba diſcipline. q̄ iō alba dicit̄: q: diſ-
ciplina mundā reddit aīam. Et iō dr̄ roſa:
quia ſpinam auſteritatis ſecū hꝫ annexā.
Habet enī diſciplina duritiā quādam con
iunctā: ſicut roſa ſpinem. Hunc florem ha
buit Maria toto tpe vite ſue vacans ieiu
nijs ⁊ orōnibꝰ. Sic exēplo eiꝰ dꝫ filia diſci
plinabilis eſſe: vt audiat diſciplinā mrīs
ſue: nō capitoſa vt multe ſolēt eſſe q̄ nō lo
quunt̄ matribꝰ vel etiā viris ſuis: ⁊ nulla
diſciplina flecti pn̄t. Debet āt mater eē ma
giſtra ⁊ doctrix diſcipline: nō mūdi: nō ſal
tandi: nō chorizādi: ſꝫ dei: docēdo filiā ver
bo ⁊ exēplo quō imposterū debeat viuere:
quō ad ſacramēta eccleſiaſtica debeat ac-
cedere: ⁊ maxime ad mrīmonij ſacramen-
tum. Quia enī multe ad illud ſacramentū
accedūt ſicut beſtie: iō in mrīmonio viuūt
ſicut beſtie. Scdō dꝫ eſſe electrix operū il-
lius. i. eligere et facere opa ſctā corā filia
vel etiā filijs: q: cōiter dr̄: qualis mater ta
lis filia. Vn̄ Cryſoſt. Si qris ꝯiugē ⁊ igno
ras an bona ſit an nō: reſpice ad matrem
qualis ſit: q: talis eſt filia. Filie enī cōmu
nius matres imitant̄: eo ꝙ magis cuꝫ eis
ꝙ cum patribꝰ cōuiuāt. Non dico tn̄ ꝙ ſi
videant matres male agere ꝙ eaſ imiten
tur. Vn̄ in vitis patrū: quedā filia habuit
patrē optimū: matrē vero voluptuoſam ⁊
malā. Patre et matre mortuis cogitabat
quē illoꝝ ſequeret̄: ⁊ quaſi ad matrizandū
declinabat ꝑ viā latā. Et ecce nocte ī ſom-
nis rapta eſt ⁊ ducta ꝑ angelū ad domum
tenebroſam plenam igne ⁊ pice: ⁊ fetore: ⁊
terribilibꝰ ethiopibꝰ ſup fornacē volitāti
bus: ⁊ deorſum aſpiciēs vidit matrē ſuam
demerſam vſqꝫ ad collū ſtridentē: et mul-
tum vermiū in pectore ferentē cū vlulatu
clamātē. Hei mihi filia: ecce ꝓpter paruā
libidinē ⁊ exiguas delicias quāta exoluo
tormenta. Tranſlata deinde in aliū locum
vidit multitudinē cādidatorū hominū in
maxima leticia ⁊ loco amenissimo: īter q̄s
vidit patrem ſuum. Cui pater: ecce filia ſi
volueris venire mecum: vide vt ſequaris
veſtigia mea. Que reuerſa ad ſe patrizare
ſtudēs: religioſiſſime ⁊ ī magna penitētia
vixit. Nec debēt matres corā pueris ī bal-
neis ſe nudas oſtendere: ſi habeāt plusq̄
tres annos: q: licet tūc nihil mali cogitēt:
cum tn̄ peruenerint ad etatē huiꝰ memo-
rabunt̄ ⁊ grauiter tentabunt̄. Debet ergo
filia ſanctā audire matrē: non ſeruos ini-
quos vel ancillas gerulas eoꝝ que fiūt in
domo. Nec dꝫ mater multum dimittere fi
liam frequētare aut loqui cū talibꝰ. Reci
tat Policraticus ꝙ Octauianus ſcripſit
literas cuidā nobili militi qui ſine licentia
ſua filiam ſuā ſalutauerat: ꝙ nō modeſte
egiſſet taliter eā ſalutando. ¶ Septimus
flos eſt roſa rubea deuotionis ⁊ pietatis.

D
Pietas
De pie-
tate pu
ellarū.

His enī ornant̄ altaria. Sic deuotione et
pietate ſanctarū puellarū: pro quibꝰ orat
eccleſia dicens. Intercede ꝓ deuoto femi
neo ſexu. Hūc florē ſumme coluit Maria
in ꝓpria dei perſona ei obſequēs. Et poſt
eius mortem perſeuerans in orationibus
cum apoſtolis ⁊ ceteris mulieribus. Sic
exēplo Marie deuote ſint ⁊ pie apud dn̄ꝫ
In prudētibus enī virginibus requiritur
ꝙ ſit oleum in vaſis ſuis cū lampadibus:
id eſt oleum deuotionis cuꝫ igne amoris.
Alioquin ſunt fatue virgines: ⁊ a nuptijs
excluſe. Secūdo debent eſſe deuote apud
deum orantes: vt habeant obuium bonuꝫ
maritum. Vnde Gene. xxiiij. Rebecca pul-
cherrima virgo: ⁊ incognita viro deſcēdit
ad fontem ⁊ impleuit hydrias aqua: id eſt



mentem deuotione: ⁊ ſic inuenit Iſaac pa
triarcham optimū ⁊ ſanctū maritum. De-
bent enim puelle tunc cogitare q̄ dei ſunt:
vſqꝫ quo parentes eis prouideant. i. Cor.
vij. Innupta virgo cogitat q̄ dei ſunt: di-
mittens parentibꝰ ſuis cogitare de ſtatu
ſuo: ꝯſiderans ꝙ ſunt ea ſapientiores. De
bent tn̄ parentes querere eius voluntatē:
nec contra eius voluntateꝫ debent ei dare
ſponſum. Quandoqꝫ enim cōtingit ꝙ eſt
aliqua cauſa ſecreta: quā nec debet: nec te
netur dicere propter quam forte non pōt
eam alius habere.

¶ Sermo. x. de eodem per thema vt priꝰ.

A
Mrī-
moniū
Quare
celebra
tum eſt
matri-
moniū
īter fi-
liū dei
⁊ natu-
raꝫ hu-
manā.

SEcundum iura
regnum elongatū ⁊ perdi-
tum quātū ad ſucceſſioneꝫ
propter generis diſtantiā
recuperat̄: ⁊ fit propinquū per matrimo-
nium contractum inter perſonā ſic diſtan
tem ⁊ hominē legitimū talis regni. Natu
ra aūt humana ſm̄ animam eſt de genere
dei. Act. xvij. Dei aūt genus ſumus: ſed ꝑ
peccatū a deo ⁊ hereditate eius multū di-
ſtabat: quia pſal. Longe a peccatoribꝰ ſa-
lus. que quādiu ſtetit in recta linea deſcē-
dente a ſtipite dei: ſcꝫ in veritate que eſt re
cta linea: erat dei capax ⁊ hereditatis eiꝰ:
ſicut illi qui ſunt in recta linea regali ſunt
capaces regni. Vn̄ Sap. x. Iuſtū deduxit
dn̄s per vias rectas: ⁊ oſtēdit illi regnum
dei. Sꝫ obliquauit a veritate ⁊ adhuc de-
clinat. Exemplo viatoris qui qn̄ via eſt re
cta ſed dura ⁊ aſpera: videns ſe iuxta viaꝫ
mollem ⁊ delectabilē: per prata florida et
amena: declinat a via recta īgrediēs aliā.
Et dum credit pertingere ad terminū: in-
uenit paſſum arctū ⁊ difficilem: quem pu
tans pertranſire precipitatur in foueā vel
lutum. Sic multi (q: via celi dura eſt. ps.
Propter verba labioꝝ tuoꝝ ego cuſtodiui
vias duras) declinant ad mundi volupta
tes: ⁊ cum finaliter intendunt ſe reducere
ad viam iuſtitie rectam: ſubito accidit eis
paſſus mortis arctꝰ ⁊ difficilis: in quo dū
credunt ad deum redire: ſubito cadunt in
infernum. Iob. xxj. Gaudent ad ſonitū or
gani; ducunt in bonis dies ſuos ⁊ in pun-
cto ad inferna deſcendunt. Cū igitur na-
tura humana obliquauerit a recta linea:
neceſſariū fuit matrimoniū inter dei filiū
quem cōſtituit heredē vniuerſoꝝ: ⁊ natu-
ram noſtram iam diu exheredatā. ⁊ ſic ꝓ
omnibus de ſtirpe humana recuperatum
eſt regnū dei. Ad hoc matrimoniū ꝑficien
dum interceſſit Maria virgo: q̄ ſm̄ Ber-
nardū audita eſt in cauſa generis huma-
ni: ⁊ exaudita ꝓ reuerentia ſua: ad quā re
curramus dicentes Aue.

B
Matri
moniū.
Sine be
nedicti-
one nō ē
celebrā-
dū mrī-
moniū.

¶ Matrimoniū nunq̄ celebrandū eſt ſine
oratiōe ⁊ bn̄dictione ſacerdotali: quā qui
cūqꝫ contēpſerint (vt vult Guil. Pariſ.) ni
ſi metu iuſto vel alia cā neceſſaria: nō ſunt
coniuges habendi: ſed fornicarij: nec filij
eorū ſunt cenſendi legitimi. Intelligimus
autē hanc bn̄dictionē dimitti metu iuſto:
vt pote tpe fornicarij tyrāni: ne ab eo aut
ſatellibus eiꝰ videat̄ ſponſa ⁊ ſponſe pul-
chritudo: ⁊ deinde rapiat̄. Tūc enī nec ex
tra apparere dꝫ propter inconuenientia q̄
ſequi poſſent: immo nec vxores iuuenes: ſi
cut legimus de multis raptis tēpore quo
principes ⁊ reges quibus poteſtas cōtra-
dicendi non erat: eas rapiebāt: vt de Ma
xentio legimus factū in ciuitate Romana
Et de quodā rege Anglie qui de quadam
abbatia rapere voluit monialē quā vide-
rat pulcherrimā: que ſibi inde eruēs oculos
regi miſit. Hec aūt bn̄dictio fit ad nuptia
rum ornatū: vt ſit honorabile cōnubium
et thorus immaculatꝰ. ¶ Propter ſex (vt

E
Bn̄di-
ctio.
Propt̄
ſex bn̄-
dicēdi
ſunt cō
iuges.

inquit Guil. Pariſ.) querenda eſt iſta be-
nedictio. Primo ad ſanctificationē matri
monij impetrandā. Ideo enī ſanctificāda
eſt ipſa maris ⁊ femine coniunctio: vt con
tra carnis illecebras: ⁊ antiqui ſerpētis in
ſidias preualere poſſit. Hec aūt grā ſancti
ficationis ⁊ puritas ſpūalis nō poteſt ac
ceptabilius efficacius ⁊ faciliꝰ impetrari
a patre miārū ꝙ gratioſiſſimis eccleſie ꝑ-
cibus: vt dicat̄ diabolo illud Eſa. lxv. Ne
diſſipes illud: ſcꝫ matrimonij ſacramentū

D
Mrī-
moniū
Qua-
drupli-
cit̄ acci
pit de-
mō po
teſtatē
ī his q̄
matri-
monio
male iū
gūtur.

ꝑ pctm̄: q: bn̄dictio eſt. Si ei cibos bn̄dici
mꝰ: ne q̄d mali ī eis ſit: ne illō noceat ſicut
recitat Greg. de illa moniali q̄ lactucā vbi
accubabat demoniū abſqꝫ bn̄dictōe ſuſce
pit. A fortiori hi ꝓpt̄ q̄ ſordiati ſūt cibi:
mas ⁊ feīa ꝯtra venenū ⁊ īſidias diaboli
bn̄dicendi ſunt. ¶ Quadrupl̄r aūt accipit
demon poteſtatē in his q̄ mrīmonio iūgū
tur. Primo qn̄ libidinis nō prolis amore
vel ſocietatꝫ occaſiōe vxorē accipiūt. Tob.
vj. Oſtēdam tibi quibus preualere poteſt
demoniuꝫ. Hi nāqꝫ qui coniugium ita ſuſ
cipiūt: vt deum a ſe ⁊ a ſua mēte excludāt

⁊ ſue libidini ita vacent: ſicut equus ⁊ mu lus quibus non eſt intellectus: hʒ ptãtem demonium ſuper eos. Sic enim ſeptem vi ros Sare demon interfecit propter quod in illa benedictione ſepe fit ſignum crucis demonem fugans. Scđo hoc contingit ꝓ pterea q: coniuncti non colunt deum nec reuerenť: vt legiť in vitis patrum de mu liere que ducta ad beatum Machariuʒ ar te demonũ putabať iumentum: quod ſibi contigerat: q: ꝑ ſex ſeptimanas ab eccleſie ingreſſu continuerat. Tertio ad inſtantiã maleficorum ⁊ ſortilegorum ⁊ malorũ ho minum. Et iſtud qñq3 bonis contingit ad tentationem ⁊ ꝓbationem ipſoruʒ. Unde quidaʒ mulierem ſuã abhorrebat: nec vllo modo cuʒ ea habitare volebat/ ſed ad alie nas tranſibat: ⁊ hoc q: nullam in ſua vxo re dulcedinem ſentiebat. Contigit autem quadam nocte vt dum crederet cuʒ aliena dormire: pro meretrice ſe viro neſcienti ob tulit vxor ſua: qui cum eaʒ cognoſceret di xit. Utinam talem inuenirem dulcedinem in vxore mea. At illa paulopoſt ſe viro de clarauit: qđ vt vidit vir: ſtatim cognouit ma leficium illud diaboli verſutia incurriſſe: ⁊ de cetero cum ſua vxore fideliter vixit.

¶ Quarto hoc contingit qñ matrimoniuʒ ꝯ eccleſie decreta: ⁊ illegitimationes ꝯtra hunt: vt cũ adulter cũ adultera ꝯbit: q̃ ali qñ inierunt pactum de interficiendo ma rito: vel ꝯſanguine⁹ cũ cõſanguinea: vel cõ pater cũ cõmatre: vel hñs aliud legitimuʒ impedimẽtũ. Nã eius quã quis cognouit carnaliter ꝑ adulterium: fornicationeʒ vel inceſtum: ſeu ſacrilegium: nullam conſan guineam poterit habere in vxoreʒ vſq3 ad quartum gradum. Et ſi contrahať cum ta li nullum eſt matrimonium niſi diabolicũ Ideo tales non benedictionem/ ſed male dictionem incurrunt: q: maledicunť: ⁊ ab eccleſia eo facto excõicantur. vt pʒ in Cle men. extra de cõſan. ⁊ affi. c. vnico. Et poſt maledictionem eccleſie maledicenť a deo/ dicendo. Ite maledicti: vbi legitime ꝯiun ctis ſm ordinationem eccleſie diceť. Veni te bñdicti. ¶ Scđo valet hec bñdictio ad bonũ pacis ⁊ ꝯcordie: ſine q̃b⁹ nulla i mrĩ monio bona augenť. Nũq3 enĩ eccl̃ia i apđ largiſſimũ bonoꝝ oĩm largitorẽ in ſuis p̃ cibus repulſam patiť: nec vnq̃ ꝑces ei⁹ va cue ſunt. Iđ ad p̃ces ⁊ bñdictiões ſacerdo tũ bñdicit dñs ꝯiugib⁹: ⁊ dat eis pacẽ. pś.

E
Benedictio.
Benedictio matrimonialis valet ad ꝯcor

Dñs bñdicet pplo ſuo in pace. Et Num. vj Sic bñdiceris filijs Iſrael. Et ſ[illegible]iť. Con uertat dñs vultum ſuũ ad te: ⁊ det tibi pa cem. Hoc enĩ eſt ex magna dei grã ꝙ ſint vnanimes. Pś. Qui habitare facit vnius moris in domo: ſic ecõuerſo dom⁹ ẽ diabo li in q̃ ſunt iurgia eoꝝ q̃ dñt eẽ vna caro ⁊ vna aĩa. Un̄ ſm grãmaticos duplex eſt cõ iunctio: ſcʒ copulatiua ⁊ diſiunctiua. Cõiũ ctio ei copulatiua eſt q̃ in amore copulanť qui mrĩmonio iungunť. Sʒ diſiũctiua eſt eoꝝ q̃ dũ copulanť carne diſiũgunť aĩo. Et ꝓcedit qñq3 hec diſcordia ab intrinſeco. ſ. ex malitia viri vel mulieris: vel amboꝝ: qñq3 ꝯo ab extrinſeco miſterio vetularum ⁊ ruffianoꝝ: vt patuit de vetula q̃ poſuit diſcordiã inter virũ ⁊ mulierẽ: quã nõ po tuit antea diabolus ponere in decẽ annis qđ tñ fecit in vna hora: ita vt diabol⁹ dice ret mulierẽ magis dignã vocari noĩe dia boli ꝙ ipm. Et q: ſm Salluſtiũ. Cõcordia paruę res creſcũt: diſcordia maxie dilabũ tur: iđ q: hec bñdictio valet ad pacẽ: valet etiã ad bonoꝝ tpaliũ mĩtiplicationẽ. Pro uer. x. Bñdictio dñi diuites facit. Si ei pa triarcharũ bñdictio tãtum valuit in filijs carnalib⁹: vt ab [illegible] auferret ſeruitutẽ/ do naret fecunditatẽ: multiplicaret tpalẽ af fluentiam: ꝓpter qđ a liberis eoꝝ tã ſoli cite reqrebať: vt etiã cum eiulatu magno peteret: quãto magis illa principalis bñ dictio ꝑ hoꝝ bñdictiones figurata/ a ſpũa libus pr̃ibus ſpũalibus filijs collata hoc ꝯferet abũdãtius? Eccli. iij. Bñdictio pr̃is firmat domos filioꝝ. Bñdictio ei Noe fir mauit domũ Sem ⁊ Iaphet: ⁊ ꝑ defectu illius bñdictiõis pen[illegible] ꝯſtructa eſt dom⁹ Chanaam filij Cham. Et q: iſta ꝓſpitas ⁊ abundantia tpalium ſepe ducit ad maluʒ finem. Mare enĩ piſcibus dat recreationẽ qđ tñ aĩalia terreſtria ⁊ beſtias mergit et interimit. Sic ꝓſperitas mundi bonos ac tiuos bñdixit que tñ beſtialiter viuẽtibus eſt cã maledictõis. Et in eadẽ aqua lignuʒ buxi ſubmergitur: vbi lignum abietis ſup natat. Et filij Iſrael ꝑ mare tranſierunt: vbi Egyptij ſubmerſi ſunt. Sic in affluen tia temporalium ſubmerguntur multi et pereunt: que alijs eſt ſalutis occaſio. Un de de Egyptijs dicitur Exod. xiiij. Abyſſi operuerunt eos: deſcenderunt in profun dum quaſi lapis. Et de filijs Iſrael dicitur ꝙ aque erant eis pro muro a dextris et a

diam ⁊ tempoſ ralium multiſ plicatiõem ſ



ſiniſtris. Ideo hec benedictio etiã valet ad abũdantiã temporaliũ bonorũ ducentium ad bonũ finẽ. pś. Benedictionẽ dabit legiſ lator: ꝓpter quod ſequiť. Ibunt de virtute in virtutẽ: ⁊ ſic videbiť deus deoꝝ in Sion. Eccl̃i. xl. Gratia ſicut paradiſus in bñdictio nib⁹. Sed dices. Sacerdos malus eſt: quõ ergo ſua benedictio ꝓderit mihi? Reſpon detur primo ꝙ hec benedictio originẽ ha buit ex veteri teſtamẽto i quo carnales pa tres benedicebãt cõiugia: vt pʒ de Raguel benedicẽte in matrimonio Tobie ⁊ Sare. Tob. vij. Nunc hec benedictio ad ſpũales patres tanq3 ad maiores trãſlata eſt: q: He bre. vij. Quod minus eſt a maiore benedici tur. Diciť ſcđo ꝙ ſacerdos nõ benedicit ꝓ pria virtute: ſed virtute noĩs dñi per cuius inuocationẽ benedicit deus. Un̄ Nume. vj. Inuocabitis nomẽ meũ ſuper filios Iſrael et ego benedicam eis. Un̄ Geñ. xxvj. In ſe mine tuo benedicentur oẽs gentes. Gloſſa Hiero. In noĩe tuo quod eſt chriſtus: q: in noĩe chriſti benedicũtur oẽs generationes: Et ideo ſi ſacerdos ſit malus: adhuc ꝑ inuo cationẽ diuini noĩs hec benedictio ſuũ ſor titur effectũ: non ꝙ aliquid diuine virtutis ſit in illa benedictione/ ſed q: ei aſſiſtit vir tus diuina: vt vult Guil. Pariſieñ. li. de fi de ⁊ legibus. Diciť tertio ꝙ cũ hec benedi ctio ſit quid ſacramẽtale ⁊ nõ ſacramentũ: ad eius valorẽ multũ confert bonitas ⁊ de uotio ſacerdotis: ⁊ debita ⁊ deuota ei⁹ pro nuntiatio: ⁊ cũ hoc deuotio ſuſcipientiũ be nedictionem. Plus enim valent iſta ſm do ctores ex opere operãte: ꝙ ex opere opera to. Et hoc ſit dictũ cõtra ſacerdotes malos et male proferẽtes ¶ Tertio fit hec benedi ctio ad ſe conformandũ matrimonio quod per ſe dñs fecit: quando maſculũ ⁊ feminã ab initio creauit. Coniunctionẽ enĩ eorum ſanctificauit: eoſq3 ad benedictionẽ fecun dauit: ita vt ſicut dño dicẽte. Creſcite ⁊ mul tiplicamini ⁊c. in virtute illius benedictio nis oẽs animaliũ ſpecies: ⁊ cũcta que ſunt ſuper terrã vſq3 hodie multiplicanť: ſic ad benedictionẽ datam in matrimonio primo rum parentũ vſq3 hodie creſcit humana na tura ⁊ multiplicatur: ſicut ad benedictionẽ panũ creſcebant panes in deſerto. Duplex autẽ dari ſolet in matrimonio benedictio: in ſignũ duarum benedictionũ quas olim legimus dñm contuliſſe matrimonio. Pri ma fuit ab initio creationis mundi: ⁊ inſti

A
Benedictio.
De duplici benedictione ma

tutionis matrimonij: quãdo primis paren tibus benedixit: que quidẽ repreſentať per benedictionẽ que fit in ſolẽniʒatione matri monij in preſentia corporis chriſti. Tũc enĩ dimittit ſacerdos hoſtiã conſecratã ſuper pallã altaris: vt benedicat eis. In hoc oſtẽ dẽs illũ eſſe preſentem: cuius benedictione factũ eſt vinculũ matrimonij indiſſolubile. Et hec eſt principalis ⁊ ſolẽnior benedictio: quã nullus contẽnere debet. Scđa benedi ctio fuit poſt deformationẽ matrimonij in reformationẽ eius poſt diluuiũ: qñ deforma to matrimonio per Lamech bigamũ pmũ et per coniunctionẽ filiorũ Seth cũ filiab⁹ Cain/ induxit dñs aquas diluuij ſup terrã et poſt hoc benedixit Noe ⁊ filijs ei⁹ anteq̃ cũ vxoribus ſuis poſt diluuiũ inhabitarẽt. Et hec repreſentať per benedictionẽ thori i qua benedicunť ambo coniuges: ⁊ inuocať nomen dñi ad prolis generationẽ. Sed ob ſtant nõnulli dicẽtes has eſſe adinuentio nes ſacerdotũ propter lucrũ: ideo contem nũt. Sed illa nõ eſt contẽnenda: licet enim ex decretis non inueniať: nec enĩ omnia ce rimonialia eccleſie i eis reperiunť: habetur tñ ex duobus. Primo implicite ex ſcriptura ſacra: qm̃ hec benedictio nõ eſt niſi orõ pre ueniens primã eorũ coniunctionẽ carnalẽ. In ſcriptura ſacra inueniunť ſancti oraſſe anteq3 thorum intraſſent: vt pʒ in Tobia. Tob. viij. qui ad angeli monita ante thorũ vacauit orationi. Un̄ ait Sare. Depcemur dñm hodie ⁊ cras. Et ſequiť. Filij q̃ppe ſan ctorũ ſumus: et nõ poſſumus ita coniungi ſicut gentes que ignorant deũ. Un̄ Chryſ. Sicut vnigenito in virginẽ ingreſſuro pre ceſſit ſpũſſanctus: vt precedente ſpiritu in ſanctificatione naſcať chriſtus: ſic ⁊ ille de bet precedere thorũ: vt quod concipitur in ſanctificatione cõcipiatur: ⁊ iſtud iuſtũ eſt. Primo ad repreſentationẽ illius ſecũde be nedictionis quã dñs in matrimonio contu lit. Scđo ad imitationẽ ſanctorũ patrum qui hec fecerunt ⁊ conſuluerunt. Tertio vt initiũ matrimonij ſicut ⁊ finis/ dño cõſecre tur. In antiqua enĩ lege primitie ⁊ decime erant ꝓ parte dñi. Offerebãtur enim in ſa crificio dñi ſpecialiter caput ⁊ cauda anima lis: decima enim ſignificat perfectionem et finẽ. Et ideo primus dies matrimonij de bet cũ honore agi ⁊ terminari ad honorem dei: ſicut ⁊ vltimus dies eiuſdẽ. ſ. q̃ in mor te alterius eorum terminatur/ deſideratur

trimonij: matutina ſcʒ ⁊ ſerotina.

B
Benedictio.
Contra aliquos dicentes benedictiones illã ſacerdotũ fieri ꝓpť lucrum.

E
Benedictio.
Quare fit bñdictio ſerotina.

Universidad de Deu[illegible] Bibliote[illegible]



in deo finiri. Quarto qꝛ cõmuniter ĩ die nuptiarũ ſponſus ⁊ ſponſa letanť cũ parentibus: ⁊ tarde multũ cõgaudẽt: adeo vt poſt letitiam ⁊ ingurgitationem cõmuniter ad lectum procedant ſine gratiarũ actionibꝰ: ſicut equus ⁊ mulus quibus nõ eſt intellectus. Jdeo interuenire debet oratio: ⁊ ſi nõ cõiugum ꝓpter alienationem ex voluptatibus precedentibus: ſaltem ſacerdotis ad eleuandũ eoꝝ mentes in deum: ⁊ ad hoc vt futura proles in dño ſanctificeť. Quinto qꝛ ſepe extrema gaudij luctus occupat. Prouer. xiiij. Et diabolus tpe quo ſe credit homo ſecurũ: maxime vigilat vt faciat ſcandalum ſup nouellas eccleſie plantulas. Cum eñ filij Zambri cum muſicis inſtrumentis ſecuri letarenť in nuptijs: ſubito irruerunt inimici eoꝝ ſuper eos: ⁊ interfecerunt eos: ⁊ nuptie cõuerſe ſunt in luctũ. j. Macha. ix. Et tpe Noe cum hoĩes epularenť ⁊ traderent ad nuptias: ſubito venit ira dei: et tulit oẽs. Luce. xvij. Jdeo tunc maxime vigilandũ eſt ⁊ inſiſtendũ orationibus ſacerdotum. Scdõ hoc habetur ex eccleſie cõſuetudine: que pro lege tenenda eſt. xij. diſti. c. cõſuetudinis. ⁊ c. eccleſiaſticarũ. ⁊ c. in his rebus. Sed ⁊ qui cõtra nituntur cõtemnẽtes conſuetudinem illam propterea: vel qꝛ non eſt in decretis vel in ſcripturis: errori Bohemoꝝ fauent: qui cerimonialia eccleſie que ex ſcripturis nõ habenť ſupſticioſa iudicant. De vnoquoqꝫ taliũ ſcripſit pſ. Noluit benedictionem: ⁊ elongabitur ab eo. Et qꝛ tales nõ ſeminant in benedictionibus: nõ metent inde fructum benedictũ: ſed maledictum ⁊ rebellem: qꝛ. ij. Coꝛ. ix. Qui ſeminat in benedictionibus: de benedictionibus ⁊ metet. Oportet eñ arborem directe ad ſolem aſpicere. Aliter non niſi fructum acerbum geſtabit. ſic oportet arborem matrimonij ꝑ orationem aſpicere ad verũ ſolem iuſtitie: vnde procedit oĩs illius arboris fructus: aliter portabit fructum malũ. Filij enim precum et orationũ: vt Samuel ⁊ Nicolaus fuerunt boni fructus. Quarto fit benedictio ad fecunditatem obtinendã. Legimus enim vxores patriarcharum fuiſſe ſteriles: Saram ⁊ Rebeccam. Geñ. xviij. ⁊. xxv. Et orationibus patriarcharum fecũditatem a domino impetraſſe. Et de multis alijs in veteri teſtamento legitur: et in nouo de Elizabeth. Jn quo edocẽtur coniuges bonum fecunditatis a patre miſericordiarum per eccleſie oratiões obtinere. Jnde eſt ꝙ Anna mater Samueli[illegible] ſterilis cũ oraret dominum pro fecunditat[illegible]. dixit Heli ſacerdoti eam obiurganti. Utinam ancilla tua inueniat grat[illegible] coram oculis tuis. Gloſ. vt ores pro me ad dominũ pro tollenda iſta ſterilitate. Jſta enim oratio vel benedictio ſacerdotis eſt magna: quam quidam friuolam reputãt. Unde ex verbo Heli ad Annam cũ benedixit ei dicens ꝙ dominus daret ei petitiones cordis ſui: vultꝰ eius nõ ſunt amplius in diuerſa mutati. [illegible] cecidit omnis triſtitia ex corde ⁊ vultu eiꝰ: ⁊ concepit filium prophetam ⁊ deo amabilem. Unde in vita ſancti Hilarionis legiť ꝙ mulier quedam currebat poſt ſanctũ virum vt impetraret fecunditatem per eius benedictionem. Jlle ṽo timens ſpectacula mulierum precurrebat. Tunc illa poſt eum fugientem clamare cepit. Cur me deſpicis mulierem: quando ſaluator mundi ſexum illum non deſpexit: ſed in illo dignatus eſt aſſumere carnem? Quo audito ſtetit et benedixit ei: et mulier qđ petijt impetrauit. pſ. Bñdixit eis ⁊ multiplicati ſunt nimis. Jnde Job vlti. Benedixit dñs nouiſſimis Job magis q̃ pr[illegible]ibus: et duplicata eſt ſubſtantia eius tam in filijs q̃ in iumentis ⁊c. Nec ſolum valet ad obtinendum fecunditatem prolis: ſed etiam bone prolis. Melius enim eſſet non habere prolem q̃ habere ⁊ nõ habere bonam: vt propter eiꝰ malitiam dice[illegible]t parentes illud Lu. xxiij. Beate ſteriles que non genuerunt ⁊c.

¶ Jdeo propter reuerẽtiam benedictionis ſacerdotalis: et ad obtinendum a domino ſanctam ſobolem: conſ[illegible]uit eccleſia vt prima nocte abſtinerent a cohabitatione carnali. diſt. xxiij. c. ſponſus. ⁊. xxx. q. v. c. ſponſus. Primo vt oſtendant domino cauſam quã non ignorat: ſcꝫ ꝙ non libidinis amore/ ſed procreandorum filiorum gratia coniuncti ſunt: qui dño in poſterum erunt famulaturi. Propter quod a thoro repellendi ſunt garſiones: ⁊ q̃ illuc accedũt ad audiendum q̃ faciũt vel dicũt cõiuges cũ deriſionibus ⁊ blaſphemijs ſacramenti. Scdõ vt preces fundãt ad dñm pro liberis in poſterum procreandis: vt ſint boni/ obediẽtes/ deum amantes/ ⁊ baculus ſenectutis eoꝝ. Filij enim precum ſemper boni ſunt ⁊ ſunt gaudio parentũ: vt fuit ſanctus Tobias iunior ⁊ Sara vxor eius: qui viderunt filios

D Cõtinẽtia. Eccleſia cõſuluit cõiuges prĩa nocte cõtinere a cohabitatione carnali;



vſqꝫ in quartã generationẽ: vt etiã deprecentur deũ vt inter eos nutriat pacẽ ⁊ cõcordiam: ⁊ viuant ſimul longeue ⁊ conſeneſcant dicẽtes illud Tob. viij. Miſerere nobis dñe miſerere nobis: ⁊ cõſeneſcamꝰ ambo pariter ſani. Tertio ad ſe mutuo cohortandũ ꝓ futuro tẽpore: quomodo habeant ſeruire deo/ regere domũ/ mutuo ſe diligere ⁊ ſupportare et ſubuenire. Et ſi q̃ ſit inter eos non bona cõditio: cũ ſunt in lecto alter alterũ debet cõmonere. Cõtra eos qui ſibi inuicẽ dedignãtur loqui: et in diuerſis lectis accubãt. Sic hortabať ſanctus Tobias Saram coniugẽ ſuã dicens. Tob. viij. Filij ſanctorũ ſumus: ⁊ nõ poſſumus ita coniũgi ſicut gentes que ignorãt deũ. ¶ Quinto benedicũtur vt contra iminẽtia pericula muniãtur. Si eñ cõtra omne periculũ oratione muniẽdi ſumus: in exordio matrimonij maxime debemus muniri. Ubi eñ magis periclitatur caſtitas q̃ iuxta libidinis incentiuum: vbi vir iuxta vxorẽ: ⁊ econtrario ne ſcꝫ alio modo q̃ fieri debeat cõuerſenť. Nullibi etiã poteſt eſſe corpus mulieris in maiori periculo q̃ in partu. Jdeo cõtra hmõi pericula orationibꝰ et benedictionibꝰ ſacerdotum muniendi ſunt. Et ideo benedictio ꝑcipue dirigitur ad mulierẽ propter maius in ea periculũ. Debet eñ matrimoniũ eſſe velut rubus ardens/ ſed non cõburens. Rubus quidẽ ſpinis plenus ꝓpter pungentes ſolicitudines que ſolẽt mat[illegible]monio eſſe aduẽticie: ardẽs in cõcupiſcentia/ ſed non cõburẽs virtutũ genimina. Eſt eñ ſacerdos benedicens: ſicut Aaron inter mortuos et viuẽtes/ ne viuẽtes ignis cõburat: mediat eñ inter fornicatione mortuos quos comburit ignis luxurie: ⁊ inter viuẽtes in matrimonio: q̃ in igne poſiti neſciunt ardere. Preterea cum dictũ ſit Geñ. iij. Maledicta terra in opere tuo ſcꝫ viri. Jdeo cũ ſtatuitur homo ad exercendũ virile opus generationis neceſſe eſt benedictionẽ intercedere: vt prior maledictio aboleatur. Et hoc contra clãdeſtina matrimonia que in locis indebitis fiunt: ⁊ qui currũt ad eos qui auctoritatẽ non habẽt. deꝰ ſcit qualis benedictio ſup tales effunditur: qui incurrunt maledictionẽ quãdo deberẽt benedici. Et ideo exitus taliũ matrimonioꝝ mali ſunt. Fiunt eñ contra preceptũ eccleſie. xxx. q. v. Nullus fidelis cuiuſcũqꝫ cõditionis ſit occulte nuptias faciat: ſed accepta benedictione a ſacerdote publice nubat in dño. Uñ ait dñs Malach. ij. Maledicam benedictionibꝰ veſtris. ¶ Sexto benedicũtur ad vnionẽ perpetuã in eccleſia vt ſint eccleſie mẽbra. Si primi materiales lapides in edificio domus materialis non ponunť aut coniunguntur abſqꝫ oratione et benedictione: quãto fortius in edificio domus ſpũalis nõ abſqꝫ orõne cõiungendi ſunt hi lapides: maſculus ⁊ femina? Tum ſcdõ: qꝛ ſunt tẽplũ dei: iuxta illud. j. Coꝛ. vij. Neſcitis qm̃ corpora veſtra tẽplũ ſunt ſpũs ſcti? Si ergo tales templa ſunt ſpũs ſctĩ: dedicari debẽt ⁊ ſanctificari in benedictionibꝰ. Uñ ſm Chryſ. homi. lx. Corpa ſctõꝝ cõiugatorũ templũ ſunt dei in q̃bꝰ colitur deus ⁊ laudať. Laudať eñ deꝰ in ſanctis ſuis ⁊ in domibꝰ ſuis. Sed corpora maloꝝ ſepulcra ſunt concupiſcentie: in q̃bus viuit concupiſcẽtia carnalis ⁊ fornicatio: qꝛ anima mortua eſt in corpore fornicatoris: cũ nihil viuũ meritoriũ ⁊ dignũ vita eterna agat: immo mors ipſa habitat in eorũ corporibus ⁊ aĩabus: q̃uis ad extra bene ornenť ⁊ parẽtur. Sepulcrũ eñ qñ clauſum eſt/ a foris videtur pulchrum apertũ vero horribile. ſic tales exteriꝰ ornati interiꝰ ſunt pleni deceptione: fraude: rapina: ⁊ luxuria. Hanc aũt vnionẽ ſolẽniter celebrat eccleſia. Silr̃ ⁊ parẽtes in ſuis domibꝰ: qꝛ ſicut cũ ſeparať mẽbrũ aliqđ a corpore cõtremiſcunt oĩa mẽbra ⁊ dolẽt ſic cũ vniũtur in eccleſia mẽbra oĩa gaudere debent ⁊ letari. Uñ ⁊ dñs preuenit eos in benedictionibus dulcedinis/ amoris/ ⁊ gaudij/ ⁊ exultationis: dummodo ita gaudeãt ꝙ cõuiuia fiant in timore dñi. Jnde duplex eſt benedictio: ſcꝫ dulcedinis q̃ eſt amoris/ ⁊ iſta frequẽter preueniũtur cõiuges. iuxta illud pſ. Dñe preueniſti eum in benedictionibus dulcedinis. Sed eſt alia benedictio amaritudinis quã habuit abũdanter ſanctus Job. qui dũ eſſet in amaritudine aĩe ſue benedicebat dominũ dicẽs Sit nomẽ dñi benedictũ. Sic ſancti martyres qui inter tormenta gratias agebãt deo: ⁊ maris inundationes quaſi lac ſugebant. Sic in matrimonijs plurime poſtea inueniũtur bñdictiones amaritudinis: et ex amaritudinibꝰ laborũ veniunt glorioſi fructꝰ: cuiꝰ oppoſitũ inueniť in matrimonijs otioſis: vbi nihil videtur elaboratũ.

A Benedictio. De duplici benedictione ſcꝫ dulcedinis ⁊ amaritudinis.

Universidad de Deusto Biblioteca

B
Spōſa
Ad ſpō
ſaꝫ chri
ſti tres
cōditio
nes req̄
runtur.

¶ Sermo.xj.de eodē ꝑthema vt prius.

SCriptum eſt Apo
caſ.xix. Venerūt nuptie agni:⁊
vxoꝛ eiꝰ preparauit ſe. In pre-
paratiōe aūt aīe ſancte ad hoc
vt digna ſit ſpōſo chriſto Jeſu tria reqrun
tur. Primo ꝙ ſit pulchra. Vult em̄ iſte ſpō
ſus pulchram habere ſpōſam. Pſ. Concu-
piſcet rex decorē tuū. Et ꝓpter hoc Can̄.ij.
querit faciē ſponſe videre dicens. Oſtende
mihi faciē tuā:facies em̄ tua decora. Et ꝓ-
pterea fatue virgines q̄ nō habuerūt oleū
in vaſis ſuis.i.nitorē ⁊ ſuauitatē cōſciētie:
nō intrauerunt cū ſpōſo ad nuptias ſed ſo
lū que parate erāt. Scđo requirit ꝙ ſit pa
cifica:q̄ đ: Prouerb.xxj. Melius eſt ſede-
re in angulo domatis:ꝙ cū muliere litigio
ſa et in domo cōi. Iſti litigioſi ſunt ſuperbi
inter quos ſemꝑ ſunt iurgia. Prouer.xiij.
Et maxime in nuptijs carnalibꝰ de ſeſſioni
bus eoꝝ. Et propter hoc a nuptijs cū rubo
re repulſi ſunt ſuꝑbi q̄ ſederūt in primo lo-
co:et nouiſſime reſidentes in ſupremo loco
cōſtituti ſunt. Luce.xiiij. Tertio requirit ꝙ
ſit totaliter amori ſuo intēta:ſicut ⁊ ipſe ſi-
bi intendit. Juxta illud Can̄.ij. Dilectꝰ meꝰ
mihi(ſupple)intēdit:⁊ ego illi/intēdo ſcꝫ.
Et ꝓpter hoc ille qui nō habuit veſtem nu
ptialē charitatis dei ⁊ ꝓximi a nuptijs ex-
pulſus eſt cū rubore. Matt.xxij. Et dictum
eſt ei. Amice quō huc intraſti nō habēs ve
ſtem nuptialē? Et q: Maria fuit tota pul-
chra/tota pacifica: q̄ pacis mediatrix fuit/
tota deo chara. Ideo ſm aīam marie fuit
ſpōſa chriſti: quā ſalutabimꝰ dicētes Aue.

C
Coniū-
ctio.
De tri-
bus ac-
cidenti
bus cō-
iūctiōi
matri-
monij.

¶ Tria ſm grāmaticos cōiūctioni accidūt:
ſcꝫ poteſtas:figura:⁊ ordo. Sic coniunctio
ni matrimonij iſta tria accidere ſolent. Nā
qui prius poteſtatē nullā habebat/per ma
trimoniū habet:⁊ qui figurā viuendi ⁊ foꝛ
mā nō habebat/nunc habet:⁊ qui nullius
ordinis vinculo tenebatur/nunc matrimo
nij ordine ligatur:de quibꝰ tribus ꝑ ordinē
dicēdum. Primo de poteſtate in hoc ſermo
ne:et de duobꝰ alijs accidētibꝰ in ſermone
ſequēti.

D
Ptās.
De tri-
plici po
teſtate i
ꝯiūctio
ne mri-
monij
copula
tiua.

¶ Poteſtatis ſm grāmaticū q̄nqꝫ
ſunt ſpecies. Prima eſt copulatiua. Hāc ne
ceſſe eſt inueniri in matrimonio:et ſine illa
cōiunctione copulatiua animoꝝ ⁊ corpoꝛū
non eſt bonū nec honeſtū matrimoniū. Eſt
aūt triplex copulatiua. Una ſm logicū to-
ta falſa:cuius vtraqꝫ pars eſt falſa. Et iſta
eſt cōiūctio copulatiuā cōcubinarij cū con-
cubina ſua: vel adulteri cū adultera: quos
adinuicem copulatos tenet diabolus:ſicut
maſtinū cū liciſſa: ⁊ ſicut duos titiones ad
cōburendum in inferno. Hec aūt poteſtas
quā habet cōcubinarius ſuꝑ ſuā cōcubinā
vel adulterā eſt diabolica poteſtas: q̄ abu-
titur cōcubina in ſuā dānationē. Huius co
pulatiue more logicoꝛum loquendo vtraqꝫ
pars eſt falſa. Utraqꝫ em̄ pars ī baptiſmo
promiſit cuſtodire mādata dei:⁊ omni Sa
thane poteſtati abrenuntiauit. Juxta illud
Pſ. Juraui ⁊ ſtatui cuſtodire iudicia iuſti-
tie tue:⁊ tn̄ oppoſitū faciēdo vterqꝫ ꝓmiſ-
ſum falſificat. In quo adulter cū adultera
pluribus pctīs peccare videt. Primo luxu-
ria illicite accedēdo ad thoꝛū alterius. Se-
cūdū eſt mētita fides: q: vterqꝫ iurauit ſi-
bi inuicē fidelitatē ſeruare/quā frāgit. Ter
tio furtū:q: inuito marito detrahit ei adul
ter vxoꝛē ſuā. Quarto ꝓditionē:q: in occul
to etiā proximo nō aduertenti ꝓditoꝛie no
cuit:⁊ is in quo cōfidebat maritus:⁊ foꝛſi-
tan cū eo amicabiliter cōuerſabat: qđ ma-
xime diligit ſibi proditoꝛie aufert. Quinto
eſt ſacrilegiū rē ſacrā violādo/ſeu deturpā
do. Si em̄ ſacramētū eccleſie fedares ⁊ pe-
dibus conculcares in lutū: dicereris ſoꝛtile
gus ⁊ hereticus. Sic ſacramētū matrimo-
nij de quo aplſ. Sacramentū hoc magnū
eſt:in chriſto dico ⁊ in eccleſia. Si in turpi-
tudinē adulterij cōculcaſti: q̄ turpitudo vi
lioꝛ eſt oī latrina. Eccli.ix. Mulier foꝛnica-
ria quaſi ſtercus in via conculcabit. Sextū
eſt quaſi inceſtus. Caninū eſt em̄ pctm̄. Nā
ſicut canes abſqꝫ diſtinctione cū matre/cū
ſoꝛoꝛe cohabitāt:ſic iſti indifferēter cū filio
vel filia mulieris cum qua habitauerūt:et
quā foꝛſitan genuerūt. Septimū eſt exhe-
redatio ꝓprioꝝ heredū in ſuppoſitione eiꝰ
qui nō eſt filius:in quo caſu vix cōfeſſoꝛes
dare pn̄t remediū:de quo ſatis ſupra dictū
eſt. Dicitur ꝙ Leo ſi obuiet adultero natu
raliter cognoſcit et inuadit:qđ non faceret
de illo q̄ ſimpliciter foꝛnicat. In quo oſten
dit ꝙ natura eos abhoꝛret qui ſuū violāt
matrimoniū. Nec mirū ſi eos natura ab-
hoꝛreat. Abhoꝛret em̄ monſtrū. Monſtrū
eſt vt homo beſtia fiat. Fiunt adultere be-
ſtie nullū ſuper ſe recuſantes ſeſſoꝛē: ſicut
aſinus ⁊ iumētū nullū ſuꝑ ſe recuſant aſcē
dēre. Sunt em̄ iumēta diaboli que ſponte
incuruātur vt ſuper eas traſcāt. Beſtialis

E
Adul-
ter.
Multi
pliciter
peccat
adulter



ehim eſt diabolus:ita et diabolico miracu-
lo de hoībus beſtias efficit:et eis tamqꝫ be
ſtijs vtitur: ſicut deꝰ de beſtijs hoīes facit:
cū ignoꝛātes ad fidē ⁊ ſciētiā perducit. Nō
igitur cōparētur iumētis inſipiētibus con
iugati:ſed intelligāt honoꝛē ſuū.et ſicut di
citur Gen̄. xlix. Alligēt ad vitē aſinā ſuā.i.
cōcupiſcētiā ad matrimoniū ſiue ad vxoꝛē:
que dicitur vitis:iuxta illud Pſ. Uxoꝛ tua
ſicut vitis abūdans ⁊c. Et impleat in ipſis
qđ đ: Can̄.vij. Venter tuꝰ ſicut aceruus tri
tici. Uēter em̄ ſunt cōiugati filios dei gene
rātes: q̄ molles debēt eſſe ſicut vēter ꝑ cō-
paſſionē: ⁊ aceruus tritici per eleemoſyna-
rū largitionē. Alia eſt copulatiua cuius al
tera pars eſt vera:altera falſa:⁊ ſic tota eſt
falſa:⁊ per conſequēs nulla:vtputa qn̄ q̄s
propter certū et legitimū impedimētū im-
potēs eſt ad cōtrahēdum cū Berta:vtpote
q: cognouit aliquā de parētibus Berte cū
qua cōtrahit ⁊ hoc ipſa ignoꝛāte. Falſa eſt
em̄ copulatiua ex vna parte q̄ peccat:⁊ per
cōſequēs nulla: licet pars ignoꝛās nō pec-
cet. Tertia vero copulatiua eſt tota bona ⁊
vera:cuius vtraqꝫ pars eſt vera: ⁊ vere co
pulata. Et iſta eſt in vero matrimonio ⁊ le
gitimo: vbi vxoꝛ poteſtatē veram habet ſu
per mariti coꝛpus ⁊ ecōtrario:ita ꝙ in hoc
ad equalia iudicantur. Propter qđ maritꝰ
ſicut vult mulierē in hoc ſibi fidelē eſſe: ita
et ipſe mulieri. Nā Deut.xxv. Scđm mēſu
rā delicti erit ⁊ plagarū modus. Ita em̄ cō
tingit ſepe in matrimonijs vbi vir ſcoꝛ-
tat et diſſipat alioꝝ matrimonia: ſic in ſuo
per illud idem toꝛquetur. Hoc apparuit in
Dauid qui Urie thoꝛū maculauit in ſecre-
to: ⁊ ab Abſalone in vindictā huius macu
latus eſt thoꝛus eius in publico: dū intra-
uit ad cōcubinas patris. Job.xxxj. Si ſedu
ctū eſt coꝛ meū ſuper muliere: et ad oſtium
amici mei inſidiatꝰ ſum: ſcoꝛtū ſit alterius
vxoꝛ mea:⁊ ſuper eā incuruētur alij.

A
Ptās.
De tri
plici po
teſtate
diſiūcti
ua i cō-
iūctiōe
matri-
monij.

¶ Se-
cūda poteſtas eſt diſiūctiua:⁊ hec ſimiliter
pōt aſſignari triplex. Una bona qua pote-
ſtatē habet vir a domo ſua repellere quic-
quid in ea ſentit inhoneſtū: et quicq̄d ſibi/
et vxoꝛi/et liberis putat eſſe nociuū:vt ho-
mines male fame a ſe diſiūgere et deijcere
ne domū inhoneſtēt:vel expellere malū ſer
uū vel ancillā a domo ꝓpter periculū filij
vel filie. Et ī hoc caſu vir debet audire vxo
rē ⁊ vxoꝛ virū. Unde cū Sara voluit eijce-
re Agar et Yſmaelem filiū eius:ne ad ido
lolatriā prouocaret filiū ſuū:licet hoc dure
acceperit Abraā: tamē dictū eſt ei ab ange
lo vt audiret Sarā vxoꝛē ſuā. Uir tamē in
hoc magis auctoꝛizatur qꝫ vxoꝛ: ſꝫ hoc ma
gis debet fieri vtriuſqꝫ cōſenſu. Similiter
ſi ſit hoſpitium in domo:ne ibi fiat boꝛdel-
lus ſeu lupanar: vt patuit in quadā hone-
ſta hoſpita. de qua đ:ꝙ cū hoſpitatꝰ fuiſ-
ſet in domo eius quidā ſacerdos ⁊ ſecū du-
ceret cōcubinā ſuā: ⁊ nocte imminēte que-
reret vbi lectus eius preparatus eſſet:du-
xit eū ad latrinā. Hic eſt(inquit)locus tibi
et tue cōcubine preparatus:nec alio moda
iacebitis in domo mea. Talis locus vobis
aptus eſt et cōueniēs. Quo viſo cū magna
cōfuſione ab hoſpitio receſſerunt. Alia eſt
diſiūctiua mala:qua per contētiones ⁊ iur
gia diſiūguntur vir ⁊ vxoꝛ: ⁊ q̄nqꝫ a thoꝛo
et habitatione ſeparātur:cuius tn̄ oppoſi-
ta copulatiua optima eſt:qn̄ ſcꝫ ſctō amoꝛe
iungūtur:hāc copulatiuā ſicut grammati-
cus querit deꝰ dicēs. Da copulatiuas:ecō-
trario diabolus querit diſiūctiuam dicēs.
Da diſiunctiuas. Nulla enim eſt maioꝛ mi
ſeria in matrimonio qꝫ cōtinue cū iurgio ⁊
inq̄etudine male mulieris vel mali viri cō-
moꝛari. Unde quidam iuuenis rogauit pa
trem ſuū vt ei daret duas vxoꝛes. Cūqꝫ ve
hemēter inſtaret dedit ei pater vnā: ꝓmit-
tēs ꝙ in fine anni daret alteram. Sed illa
adeo primo anno afflixit maritū ꝙ nō po-
terat ſuſtinere : ſed mallet moꝛi qꝫ viuere.
Cumqꝫ pater finito anno diceret filio. Uis
habere ſcđam vxoꝛē? Rn̄dit. Si vna me af
flixit fere vſqꝫ ad moꝛtem : quō duas ferre
poſſem? Accidit aūt in ciuitate illa vt cape
retur maleficus ⁊ latro peſſimus q̄ multos
de ciuitate ſpoliauerat ⁊ occiderat. Cumqꝫ
ciues quererētur: ⁊ iudex a ſingulis conſi-
liū quereret:qualiter latro ille magis toꝛq̄
ri valeret: quibuſdā dicētibus diſtrahatur
caudis equoꝝ et ſuſpēdatur: alijs dicētibꝰ
igne cremetur:ceteris ꝯſulētibus vt viuus
excoꝛiaretur:cū peruētū eſt ad aliū qui ma
lā habebat vxoꝛē:reſpōdit. Date illi vxoꝛē
meā. Nō video qualiter ipſum magis affli
gere valeatis. Tertia eſt bona diſiunctiua:
cū diſiūgitur cōcubinarius a concubina:et
hec raro inuenit. Poſtqꝫ em̄ cōcubinarius
in rete ꝯcubine cecidit:vix inde recedit. Fa
bulātur poete veſpe ſemel inuitaſſe araneā
ad prādiū. Jactabat em̄ veſpe plus in vna
hoꝛa poſſe ſpatij peragrare volādo qꝫ ara-

Universidad de Deusto Biblioteca

nea in vno anno gradiēdo. Sub arbore cō
ſtitutū eſt prandiū. Aranea vero dixit non
eſſe bonū vt ibi pranderēt: niſi poneret cor-
tinam ſuper eos. Facta aūt cortina aranea
dixit veſpe: vt videret ſi eſſet verū ꝙ ita be
ne volaret. Et cū illa volatum inciperet nō
aduertens cortinā quā texuerat aranea: ibi
ſe inuoluit: nec inde ſe retrahere potuit: ſed
ab aranea deuorata fuit. Sic multi a cōcu
bina ſua ita inuoluūtur ꝙ nūꝙ poſſunt ī-
de ſe retrahere: quin ab ea ⁊ ī corpore et in
aīa periclitētur: ⁊ in ſubſtātia deuorentur.

B Ptās. De triplici poteſtate expletiua.

¶ Tertia poteſtas eſt expletiua ſiue cōſum
matiua: ⁊ hec eſt triplex. Prima quidē cōſi
ſtit in cōſummādo cōtractus: ⁊ ſi de rebus
magnis ⁊ que ad magnas domus ꝓuiſio-
nes pertineāt: hec maxime ꝑtinet ad virū.
Cōtractus vero paruoꝝ ⁊ eoꝝ que ad quo
tidiana cibaria domus ſpectāt/magis ꝑti-
net ad mulierē: que nō tāta ſapientia ſicut
vir cōiter pollet. Vñ Teren. Mulieres fer-
me vt pueri leui ſentētia ſunt. Vñ Ariſtot.
in Oeconomica viri eſt exteri⁹ acq̄rere: mu
lieris ea interius cōſeruare. In his tñ que
ſpectāt ad mulieris dotē: nō pōt nec debet
vir alienare ſine muliere hoc ſpōte faciēte:
ꝯtra illos qui vi ⁊ violētia mulieres cogūt
ad alienādū ea q̄ ſunt vxoris: vt liberi prio
ris mariti inde priuētur: ⁊ tales ad reſtitu-
tionē tenētur. Scđa eſt que cōſiſtit in con-
ſummatione ꝑfecte domeſtica: que ſm Ari
ſto. v. Ethic. cōſiſtit in tribus cōiūctionib⁹.
Oportet eñ in domo ꝑfecta eſſe virū ⁊ mu
lierē: patrē ⁊ filiū: dñm ⁊ ſeruū. Et ſicut di-
cit Ariſto. in Oeconomicis. vbi non eſt ſer-
uus/aſinus ſupplet locū ſerui. In quo vir
ſuꝑ tres poteſtatē habet. ſ. ſuꝑ vxorē: filiū:
et ſeruū: mulier vero ſuꝑ duos. ſ. ſuꝑ filiū ⁊
ſeruū. In quo apparet ꝙ nō bene regit do
mus qñ mulieri dñatur ſeruus. Contingit
qñꝙ ſeruū eſſe macquerellum dñi ſui: ⁊ ſic
vxor que mutire nō audet ſeruo ſubijcitur.
Cū etiā filius eſt inobediēs patri et matri:
talis domeſtica cōitas non eſt cōſummata
et ꝑfecta. Tertia cōſiſtit in expletione ⁊ cō-
ſummatiōe moꝝ et honeſtatis vite. Debet
eñ vterꝙ cōiunx agere vt domus ei⁹ bene
fametur: ⁊ iuxta mādata dei dirigat: ⁊ hoc
maxime frequēti auditu vbi dei. Quia eñ
pauci aut nulli erāt predicatores ⁊ erudito
res ante diluuium: cōmixte ſunt mulieres
abſꝙ timore dñi cū viris cū quib⁹ nō erat
licitum. Mulier eñ adultera verbū dei nō
curat. Nā ſicut meretrix multoꝝ patēs libi-
dini ex eius frequentia impeditur a partu:
ſic eoꝝ aīa malarū cogitationū fornicatio-
nibus aſſueta: ſemē verbi dei nō recipit vt
fructū vite faciat: ſicut via trita fructū non
facit: q: ſemē a multis trāſeūtibus cōculca
tur: iuxta illud Iob. xix. Simul venerūt la
trones eius: ⁊ fecerūt ſibi viam per me. Vi
eñ qui in paludibus morantur luxurie: ex-
halatione fumoſitatum obſcurātur: ne vi-
deāt ſolis ſplēdorē. i. verbi dei intelligētiā.
Bona vero ⁊ ſancta mulier debet facere ſi-
cut cōſuetū eſt in quibuſdā regionib⁹: ma-
xime in Frācia: ꝙ in diebus dñicis panem
bñdictū de manu ſacerdotis accipiūt: ⁊ ali
quantulū reſeruāt: vt filijs ⁊ familie defe-
rāt. Sic boni cōiugati panē benedictū ver
bi dei recipere debēt anteꝙ ad corporalem
cibum accedant: et deinde filijs/ancillis/⁊
familie deportare. i. eos inſtruere. Vel pñt
dici iſte tres poteſtates: vt vir habeat pote
ſtatē copulatiuā cū vxore: diſiūctiuam a pa
tre ⁊ matre: q: nunꝙ cū patre ⁊ matre con
trahi pōt matrimoniū: q: ſcriptū eſt. Pro-
pter hoc relinquet homo patrē ⁊ matrē: et
ſic iure naturali prohibitū eſt: expletiuā in
thori cohabitatione et carnali cōmixtione.
que tria notantur Geñ. ij. Scđa cū dicitur.
Propter hoc relinquet homo patrē et ma-
trē: prima cū dicitur cōſequēter: ⁊ adhere-
bit vxori ſue. Tertia cū dicit. Et erunt duo
in carne vna.

C Ptās. De poteſtate cauſali in mrīmonio.

¶ Quarta poteſtas eſt cauſa-
lis: que eſt poteſtas per matrimonium cō-
ceſſa ad licite procreandū ſobolē vnde ho-
noretur deus: q: ante matrimonium ſi illa
vtatur: abutitur. Vt aūt dicunt logici: cau
ſalis cōiūctio cōſequētiā facit: cuius ſi an-
tecedēs ſit verū ⁊ cauſa conſequētis: conſe
quēs eſt verū. Sic cōiūctio matrimonij fa
cit cōſequētiam prolis qua cōtinuatur do
mus: ⁊ ſi vera ſint antecedētia: veraciter vi
uāt parētes ⁊ ſint boni: communiter conſe
quentia filioꝝ erit bona: et ſucceſſores eoꝝ
boni erūt. Unde phs. j. Polit. ſicut de hoīe
homo: ⁊ de beſtia beſtia: ſic de parētib⁹ bo
nis liberi boni: ꝙuis hoc non ſemꝑ valeat
natura ꝓcreare. Nā ſicut pulcher aliquan
do turpē generat: et grādis paruum: ſic de
bonis parētibus qñꝙ naſcitur malus/vel
per inclinationē/vel per malā conſuetudi-
nē/aut ſocietatē. Ideo Ariſto. ij. Rhetori-
ce dicit ꝙ aliquādo degenerāt generoſe ꝓ-
genies; dum ex eis deſcendunt liberi parui



valoris. Ut eñ ibidē dicit. ſicut in quibuſ-
dam regionibus fertilitas et abūdātia bo-
noꝝ nature et fortune ꝑ aliquod tēpus du
rat: ſed ſtatim tranſit: ſic eſt ſuo modo de il
luſtri proſapia: que quandoꝙ et cito dege
nerat. Unde comparat eam ſcriptura ſa-
cra viti degenerāti: q̄ ſolebat portare vuas
et nunc portat labruſcas. Eſaie. vj.

A ptās. De poteſtate rōnali in mrīmonio.

¶ Quin
ta poteſtas eſt rationalis: et hec multiplici
ter apparere debet in matrimonio. Primo
rationabiliter diligendo vxorem et non ni
mis ardenter: vt propter eam tranſgredia
tur diuinum preceptum: vt fecit Adā pro-
pter Euā. Debet enim eſſe rationalis amor
et diſcretus. Propter hoc enim ꝙ Sichem
inordinate dilexit vxorem ꝙ ſe et ſuos pro
pter eam circūcidit: ſui et ſuorū paſſus eſt
occiſionem et diſſipationem. Secundo ra-
tionabiliter imperando vxori. Sit enim ca
put mulieris vir: cū caput cetera mēbra an
tecedat ſapientia: debet vir prudēter et nō
dure imperare vxori. Sꝫ da rationales vt
dicit grāmaticus: immo da irrationales.
Dabis enim virum ſtultum et ſtulta impe
rantem vxori: immo videbis quādoꝙ mu
lierē viro imperātē: qđ ſepe contingit in co
pulatiua falſa cōcubinarum: vbi mulier im
perat viro. vt patet de rege Dario: ⁊ concu
bina eius. De qua. iij. Eſdre. iiij. Videbam
(inquit Zorobabel) Apemē filiam Beza-
cis mirifici concubinam regis ſedentē iux-
ta regem ad dexteram: et auferentem dia-
dema de capite eius et imponentem ſibi: et
palmis cedebat regem de ſiniſtra manu: et
ſuper hoc aperto ore intuebatur eā rex: ⁊ ſi
arriſerit ei/ridet. Nam ſi indignata fuerit
ei blanditur: donec reconcilietur in gratiā.
Rationabile enim eſt virum cū diſcretione
dominari vxori: et vxor ei honeſte debet cō
uiuere. Rebecca enim mulier prudens viſo
Iſaac pallio. ſ. bonorum operum ſe operit.
Eſt enim bona mulier honor viri: et ecōtra
rio bon⁹ vir honor mulieris. Tertio debet
apparere hec rationalis poteſtas ī rationa
biliter reprehendendo defectū vxoris: non
cum acrimonia/blaſphemia/aut maledi-
ctione. Unde et Iob vxorē deficientē non
contumelioſe redarguit vocando eā ſtultā:
ſed ait. Quaſi vna de ſtultis mulieribus lo
cuta es. Quarto rationabiliter liberis im-
perando: non contra deū. Quod nō faciūt:
qui eos a religionis ingreſſu: vel a ſtudio
theologico pro forenſi impediunt.

¶ Sermo. xij. de eodem ꝑ thema vt prius.

TAnte dignitatis videt̃ eſſe matrimoniū vt in-
ter prelatū et eccleſiā ſpūale
deſignet matrimoniū: ⁊ hoc
multis de cauſis. Primo q:
ſicut in mrīmonio materiali ſuſtinet marit⁹
tuit induci ad bibendum vinum. Secūdo
ꝙ aſperis non mollibus induatur: ſm tñ
ſtatum ſuum: q2 ſicut mollia veſtimenta
ad laſciuiam inuitant/ita aſpera a luxuria
carnem frenant. vnde Judith habebat ſu
per lumbos ciciliū. Tertio ꝙ carnales ſug
geſtiones a ſe expellant:nec verba rufiana
rum audiant. Qñ em̄ canes.i.lenones ⁊ hi
ſtriones de cadaueribus talium rufiana-
rum non curant: nec iam inueniunt q̄ eis
cōmiſceri appetant:tunc aliaru; luxurias
ꝓcurant:vt nitore canum vel fetore cada-
uerum repleantur:quibus licet actus pec
candi ſubtrahatur:vt iam opere tali pec-
care nequeant: retinent tñ adhuc peccādi
volūtatem:ſicut anguilla ſecta adhuc pal
pitat:⁊ hiſtrio cui clauſum eſt oſtium libē
ter intraret ſi poſſet:⁊ canis excluſus a do
mo ad oſtium pede ſcalpit: ⁊ qđ in ſe non
poſſunt:in alijs facere intendunt. Et tales
tot mortib⁹ digne ſunt/quot per illas ho-
mines peccabunt:ſicut qui incēdit domu;
vnam reus eſt oīm que per illam incendū
tur. Hi ſunt maxime q̄ ferunt pepla ⁊ alia
muliebria ornamēta:vel aliquid aliud ad
vendendum:vt occaſionem habeāt loquē
di cu; mulierculis vel magnis dñabus vt
eas decipiant. Jn qua etiam ꝓcuratione
cōiter ſunt nutrices:de quibus Hiero. ad
Furiam. Caue nutrices ⁊ gerulas: ⁊ iſtiuſ
modi animalia venenoſa que de tuo corio
ſaturare ventre; cupiunt:non ſuadent qđ
tibi:ſed quod ſibi ꝓſit. Quarto cuſtodiāt
ſe quātum pñt:ne dent locum cogitationi
bus immundis ſed cum ſupueniunt proti
nus abſcindant caput:ne capite cogitatio
nis illapſo ꝓtinus totus ſubītret anguis
Jdem in epl̄a ad Saluinam. Semper in
manibus tuis ſit diuina lectio: ⁊ tam cre-
bre orōnes:vt omnium cogitationum ſa-
gitte quibus adoleſcētia percuti ſolet: hu
iuſmodi clypeo repellātur. ¶ Septimo re
quiritur ꝙ ſit quieta. Ad hoc eſt exemplū
de Judith: que viro mortuo in ſuperiori
parte domus ſue fecit ſibi ſecretum cubi-
culum:in quo cum puellis ſuis clauſa mo
rabatur. Judith.viij. Sil̄r quedam alia vi
dua narratur Rome fuiſſe:que.xxxvj. an-
nis manēs clauſa:nulli eſt viro locuta. Jō
caueant vidue diſcurſum:q2 certum eſt ſe-
pe ouem in os lupi incidere:que a ſtabulo
vel grege ſeparata vagabunda ꝓcedit:et

A
Vidua.
Vidua d; eſſe mente ⁊ corpe caſta.

B
Vidua
Vidua d; eſſe quieta.

Universidad de Deusto
Biblioteca



columba circũiens ſepe rapit̃ ab accipitre
que in columbario tuta erat. Vñ eñ Tha
mar vidua in domo pr̃is fuit: viduitatem
ſeruauit nec peccauit/ ſed ad biuiũ veniẽs
offendit. Vñ lib. de natura aĩalium. Tur-
tur in eſtate ſe mutat ad loca frigida: in
hyeme vero non apparet/ ſed manet in ni-
do. Sic vidua dum hyems eſt ⁊ charitas
dei in hoc mundo refrigerata: maneat ſp
in nido domus ſue. Hierony. Parum caſti
tati crede ſine ſuis appendiijs: que tres
ſunt. ſ. ciborum aſperitas: veſtium humili
tas: ⁊ non euagari: ſed in propria manere
domo vel in templo orare: vt dicat illud.
pſ. Ecce elongaui fugiẽs: ⁊ manſi in ſoli-
tudine. Habeat autem vidua ſolum duas
domos: exemplo Anne ꝓphetiſſe que do-
minum ſuſcepit: ſcʒ ſuam domum: ⁊ eccle-
ſiam: ⁊ eas frequentet ⁊ diligat. Suã pro
pter liberos ⁊ quotidianam neceſſitatem.
Eccleſiam vero ꝓpter deuʒ ⁊ extremã mor
tis neceſſitatem: in qua deus per ſacra ibi
contenta ⁊ per alias conſolationes conſo
latur. Ideo Paula moriens (vt teſtat̃ Hie
rony.) dicebat ita vt non poſſet interrũpi
illud. pſ. Dñe dilexi decorem domus tue: ⁊
locum habitationis glorie tue: ne perdas
cum impijs deus animam meam ⁊c. Et ꝓ
pter hoc dñs viſitauit eam: ita vt in facie
mortua legeret̃ aĩe gloria ꝓpter ruborem
⁊ lucem ⁊c. Si ergo deus ſic viduas hono
rauit: quãtũ a nobis honorande ſunt que
vere vidue ſunt.

¶ Sermo tertius de eodem per
thema vt prius.

C
Virginitas. Utrum ſtatus virginitatis ſtare poſſit cum viduitate.

Veri poſſet cuʒ vi
duitas ſit ſtatus v̾ginitate con
diſtinctus: vtrũ btiſſima virgo
dei mater aliqñ fuerit in ſtatu
viduitatis. Videt̃ enĩ ꝙ ꝑpetua v̾ginitas
ſecũ nõ ꝯpatiat̃ viduitatẽ? Ad hoc rñdet̃
ꝙ tripliciter accipi põt viduitas. Pr̃o ꝓ
oĩ ſtatu mulieris aliqñ corrupte: nũc cõti-
nentis: ſiue aliqñ fuerit nupta: ſiue nõ. Et
ſic meretrices nunc cõtinentes dicerent̃ vi
due. Scðo capit̃ ꝓ ſtatu mulieris aliquã-
do nupte ⁊ corrupte: nũc poſt viri mortem
cõtinentis. Et iſta eſt cõis acceptio: ⁊ neu
tro iſtoꝝ modoꝝ Maria fuit in ſtatu vi-
duitatis. Tertio mõ ꝓ ſtatu mulieris ali-
qñ nupte: nũc aũt nõ: ſiue fuerit corrupta:
ſiue non. Et hoc mõ Maria fuit vidua; q̃
aũ dñi paſſionẽ Joſeph iam obi[..]at. Alſ
dñs moriẽs in cruce nõ cõmẽdaſſet eaʒ in
cuſtodiam Ioãni euãgeliſte in ꝑiudicium
coniugis ſui Joſeph. Et iõ nõ eſt tenenda
gloſ. decreti. xxvij. q. ij. Si eñ. que dicit ꝙ
Joſeph poſt paſſionem ſuperſtes fuit. Ut
igit̃ de viduis loqui valeamus: ad eam q̃
ſtatum illum honorauit conuertamur: eaʒ
ſalutando dicentes Aue.

D
Viduitas. ſex motiua ad ſtatum viduitatis obſeruandum.

¶ In hoc ſermone dicẽdũ eſt de his q̃ mo
uere pñt ad obſeruationẽ ſtatus viduita-
tis. Sunt aũt ſex motiua. Primũ eſt: q: ſta
tus viduitatis fructuoſior eſt ꝙ ſtat⁹ mr̃i
monij: iõ preeligẽdus. Qð ꝓbat̃: q: ſtatui
mr̃imonij ſolũ attribuit̃ fruct⁹ triceſimus:
huic v̾o ſexageſimus. pſ. Viduã ei⁹ bñdi-
cens bñdicã. Duplici ſiqdẽ bñdictiõe ꝓpt̃
qð nomẽ bñdictionis ibidẽ repetit̃. Nam
⁊ hic bñdicit̃ a deo ꝑ grãm: ⁊ a mũdo per
bonã famã: ⁊ ꝑ tẽtationũ victoriam vt pa
tuit in Judith q̃ Holofernẽ interfecit: qui
diabolũ repñtat. Et ꝓpter hoc ab hoĩbus
bñdicta fuit ⁊ mirabilr̃ laudata: ⁊ tandeʒ
ĩ celis ꝑ gloriã bñdicta. Vñ ⁊ Hiero. refert
Cẽtaliorũ reginã fortiſſimis quodã ꝑlijs
ſepe Romanos a[..]uiſſe: ⁊ fortiſſimos ſu
paſſe viros: ⁊ hoc [m]iraculo caſtitatis. Ec-
cli. xxvj. Non eſt digna ponderatio cõtinẽ
tis aĩe. Sed dices. Vidua ſum nõ poſſum
abſtinere: nõ poſſum tẽtatões euicere. Ad
hoc rñdeo. Pr̃o ꝙ ſm aplm̃ qui neſcit ab
ſtinere nubat. [Hi]ero. ad Furiã. In chriſtia
nis nõ q̃runt̃ initia: ſed finis. Paul⁹ male
cepit: ſʒ bñ finiuit. Inde laudant̃ exordia:
ſʒ finis ꝑditõe dãnat̃. Iõ videat vidua ꝯti
nẽs ſi bñ ĩcipiat ꝙ bñ ꝑſeueret. Dico ſcðo
ꝙ ſi vidua nimiã tẽtatiõnẽ in ꝯtinẽdo iue
niat: ſper ĩ dño. j. Tim. v. Que vere vidua
eſt ⁊ deſolata/ ſper ĩ deũ. Nõ ei ꝯtinere eſt
opus nature/ ſʒ grẽ: Sap. viij. Nõ poſſum
eſſe ꝯtinẽs niſi de⁹ det. Deficit aũt fructus
palmitis ſepati a vite: ⁊ fruct⁹ arboris de
ficit a radice: ⁊ fluxus in riuulis: aq̃ deſic-
cata in fonte: ⁊ mot⁹ in oĩb⁹ mẽbris/ ſi ꝓus
deficiat in corde. Sic v̾tus bñ agẽdi defi-
cit oĩ creature ſubtracto dei auxilio Io. xv
Sicut palmes nõ põt ferre fructũ a ſemet
ipſo/ niſi manſerit in vite: ſic nec vos niſi in
me manſeritis. Ideo ad opus continentie
continuandum oportet maxime in euʒ ſpe
rare. Sed dices. Si accepero propoſitum
viduitatis: ⁊ aliquando continens fui: ſed
tandem propoſitum muto: nonne poſſum

E
Vidua. Vidua ſi non poſſit ſe cõtinere nubat ĩ dño.



licite nubere in dño. Rñdet̃ ꝙ cum q̃s diſ
ponit aliquid boni facere: tunc v̾ʒ delibera
re: ⁊ ſi confringat illud: nec exequat̃: dum-
modo in bono ꝑſeueret non peccat. Si v̾o
poſt deliberationẽ firmiter ꝓponat illud
obſeruare: ſcʒ continere: ⁊ ꝑ longũ tp̄s ꝑſe
uerat: ſi frãgat ꝑ mr̃imoniũ ſcðm: tũc non
peccat mortalr̃: ſʒ bñ venialr̃: eo ꝙ cadit a
maiori ſtatu in minorem: ⁊ a maiori perfe
ctione in minorẽ: ⁊ a maiori feruore in mi
noreʒ. Et ſic intelligit̃ illud. xxvij. q. j. necʒ
viduas: necʒ tenẽda ẽ gloſſe reſolutio. Si
v̾o tranſiret in votũ: tũc trãſgreſſio illius
eſſet mortalis: iuxta apl̃m. j. Timo. v. Cum
luxuriate fuerint: in chriſto nubere volũt:
hñtes dãnationem: q: primam fidem irri
tam fecerunt. Dico ſcðo ꝙ vidua ſi ſe cogi
tet morituram: que iam ꝓ media pte mor
tua eſt: non habebit occaſionem ſe iterum
maritandi. Unde Hiero. Cogita te mori-
turaʒ: ⁊ nunq̃ʒ de ſecundis nuptijs cogita
bis. ¶ Scðm motiuum eſt: q: ſtatus vidu-
tatis liberior eſt. Non eñ pñt ita deo ſerui
re in matrimonio ſicut in viduitate. j. Cor.
vij. Hec ad vtilitatem veſtram dico: nõ vt
laqueũ vobis inijciaʒ ſed ad id qð honeſtũ
eſt: ⁊ qð facultateʒ preb[e]at ſine impedimẽ
to dño ſeruiendi. Hiero. Cogita ꝙ a mari-
to non coerceris. Ideo mane ſurgere põt
ad matutinas: qñ cum marito nocte ſole-
bat dormire. Vñ Hiero. ad Agerũtiaʒ. Si
vidua que iudicio domini virum habere
deſinit: cur non illud letabunda congemi-
net: dominus dedit: dominus abſtulit? Et
oblatam occaſionem arripiat libertatis:
vt ſui corporis habeat ptãtem: nec rurſum
fiat ancilla hom[in]is: ſed dei. Habent eniʒ
mulieres maritate multas ſolicitudines
intendendi viro vel filijs: vel eorum pro-
uiſioni: quas non habet vidua. Inde in vi
tis patrum: cum quidam ſolitarius tenta-
retur de accipienda vxore deſcripſit eã in
ſabulo dicens. Modo habes vxoreʒ: opor
tet te dupliciter laborare vt acquiras tibi
⁊ ſibi neceſſaria. Poſt ſibi finxit filiam: et
ſic triplicauit laborem poſt filium: ⁊ ſic ſi-
bi vt fingebat filios ⁊ filias: augebat ſibi
laborem ꝓ vxoris ⁊ filiorum ꝓuiſione. Cũ
autem labor multiplicatus eſſet ei intole-
rabilis: dixit. Ergo cum non poſſis de vni
uerſo labore tuo prouidere tot filijs: non
habes neceſſe nubere; ⁊ ſic ceſſauit tenta-
tio. Sed dices. Non habeo qui me defen-

A
Vidua. Stat⁹ viduitatis ẽ liber.

dat: ⁊ ample opes ⁊ diſpenſatio rei fami-
liaris egent autoritate viri. Ad hoc rñdet
Hiero. ad Ageruntiam: ꝙ ſcriptum eſt.
Primum querite regnum dei ⁊ iuſtitiam
eius: ⁊ hec omnia adijcientur vobis. Do-
minus enim eſt tutor ⁊ ꝓtector viduaruʒ
ei ex corde famulantium. Dicitur ſecundo
ſm eundem: ꝙ poſſunt aliqui fideles ami
ci vel ſerui ad hoc inſtitui. Unde ait. Libe
ri vel fideles ſerui tibi ſint: quos ex anti-
quo cognoſcis eſſe fideles: ⁊ quos ad hoc
inſtituere potes. Si enim peregrinantib⁹
viris in longinquum vxores regunt opes
domum ⁊ familiam: cur non etiaʒ vxor ip
ſa regere poterit peregrinante viro in alte
rius ſeculi regionem? Dicitur tertio ſm eũ
dem ibidem: ꝙ tibi melius eſt ſubſtantiã
minui q̃ anime ſalutem perire. et melius
eſt amittere id qð velimus nolimus amit-
temus: q̃ id pro quo omnia dimittenda
ſunt. Nos autem auaritia ardemus: ⁊ pe-
cunijs ſinũ expandimus: non deo. Et quã
uis multis proceſſimus in annis: nemo eſt
tam fractis viribus ⁊ ſic decrepite ſenectu
tis: qui non ſe putet adhuc vnum annum
eſſe victurum: vnde ſubrepit obliuio ſui ⁊
dei. ¶ Tertium motiuum: q: ſtatus ille ho
neſtior eſt. Patet primo: q: ſecundo cõtra-
here matrimonium aliqua pena legali in
antiqua lege mulctatur. Hinc Hieron. ad
Agerũtiã. Legim⁹ ĩ teſtõ veteri põtifices
ſeml̃ maritatos: ⁊ filias ſacerdotũ ſi vidue
fuerint veſci debere de ſacerdotalib⁹ cibis.
Si aũt alios viros acceperint: alienas eas a
pr̃e ⁊ a ſacrificijs fieri: ⁊ iter externas de-
bere reputari. Scðo q: apð Paganas mu
lieres ⁊ ĩfideles etiã reputatũ ẽ nõ multũ
hõeſtũ ſcðas ꝯhere nuptias. Nã Portige-
na Darij filia nutricẽ ſuã occidit: eo ꝙ ſibi
ſcðas nuptias ꝯſulebat. Silr̃ Portia Ca-
tonis filia: cũ q̃dã matrona laudaret̃ que
ſcðm viꝝ hẽbat: ⁊ ꝙ nihilomin⁹ bñ fama
ta erat: ꝓpter qð deberet ſcðo ꝯhere. Rñ-
dit. Felix ⁊ pudica matrõa nũq̃ʒ niſi ſemel
nupſit. Et Hiero. ad Agerũtiã. Dido regia
Carthaginis magis ardere voluit q̃ poſt
ꝑmas nuptias Jarbe regi nubere. Si ſic
cõi lege oẽs vidue gẽtiles dãnãt volupta
tes: q̃d expectãdũ eſt a vidua chriſtiana q̃
pudicitiã ſuã nõ ſoluʒ ei dʒ q̃ defunct⁹ eſt
ſed ei cum quo regnatura eſt? Tertio quia
apud chriſtianos nuptie ille carent ſolen-
nitate benedictionis. Non dico quin ſcðe

B
Nuptie. Scðe nuptie nõ ſunt ita honorabiles ſicut prime.

Universidad de Deusto Biblioteca



et tertie nuptie ſint bone: ſicut voluit dicere hereticus Sabellius damnās ſecūdas nuptias: vt Hiero. ad Marcellā: ſꝫ tn̄ nō ſunt ita laudabiles ⁊ honeſte ſicut ꝑores. Inde Hieron. ad Agerūtiā recitat ꝙ dū Rome eſſet ad viſitādū Damaſum papaꝫ: rumor erat in vrbe de quadā muliere que .xxij. viros habuerat: ⁊ ꝑ mediū quorūdaꝫ deriſorꝝ iterū ꝯiuncta eſt vni viro qui .xx. vxores habuerat. Tūc inter ꝯuiuia viri cū mulieribꝰ deriſorie pugnabant ⁊ diſputabant quis eorꝝ vinceret: dicētibꝰ mulieribus ꝙ mulier: ⁊ viris ꝙ vir: mulier tn̄ primo obijt: q̄ cū ducereť ad ſepulcrū feretrū precedebat vir laurea coronatꝰ: manu geſtans palmā cū multitudine iuuenū ⁊ hiſtrionū clamātiū. Hic eſt vir ille qui victoriam habuit de muliere q̄ .xxij. vicerat viros. In quo ex vna parte notandū eſt illuſio. Ex altera parte quāta fidelitas in illo matrimonio: qn̄ vir ridebat ⁊ ludebat ducendo vxorē ad ſepulcrum. Sed dices. Vidua ſum: ⁊ tenerrima eſt fama vidue: facile de me obloquentur hoīes: et ꝓpter hoc ero impatiēs. Idō melius eſt eſſe ſub tutela viri q̄ famā illibataꝫ cuſtodiat. Rn̄deť: ꝙ vidua dꝫ eſſe patiēs ſi qs cōtra caſtitateꝫ ſuā obloquať. Hiero. ad Furiā. Secūs amor impatiētiā nō hꝫ: falſus rumor cito opprimiť: ⁊ vita poſterior indicat de priori. Fieri quidem nō poteſt vt abſqꝫ morſu hoīm vite huiꝰ curricula qs ꝑtranſeat. Et ſubdit rōnē: qꝛ malorꝝ ſolatium eſt bonos carpe: dū peccātiū multitudīe putant culpam minui pctōꝝ. Sꝫ tn̄ cito ignis ſtipule conquieſcit: ⁊ exundans flāma deficiētibus nutrimētis paulatī emoriť.

E
Nuptie De periculis ſecūdarū nuptiarū.

¶ Quartum motiuū eſt ꝑiculū qđ ī ſcđis nuptijs inueniť. Primū periculū eſt: ne mulier cuꝫ ſecundo nubit accipiat maritū prauum ⁊ prodigum diſſipantē bona ſua: vt multoties videmus. Vn̄ Hiero. ꝯtra Iouinianū Cum matrona quedā interrogareť Rome cur ſecūdo nō duceret virū. Reſpōdit. Si ducā virū ſcđm: neſcio ſi bonus vel malus erit. Si bonus timerē ꝑdere illū: ſicut ꝑorem ꝑdidi ꝓpter luctū ⁊ triſtitiā quā inde habui. Si malus: tormentum mihi eſſet ⁊ prioris mariti recordatio ꝑpetua. Unde ⁊ cōiter tales mulieres ſcđo maritate fiunt regretarie: ⁊ inceſſanter primos regretāt maritos. Scđm periculū eſt ne mulier ſecundum maritū accipiat diſcolum ⁊ iracūdum: ⁊ pro dulcedine prioris ſentiat amaritudinem ſcđi: ⁊ vbi ſocia erat primo marito: cū quo tn̄ multas mrīmonij amaritudines ſenſit: fiat ſcđi ancilla. Hiero. ad Furiā. Sciunt vidue in quantas amaritudines in ipſis primis nuptijs īciderūt. Quid ergo rurſum ſe ingerūt? Bruta aīalia ⁊ vage aues in eaſdē pedicas retiaqꝫ non incidunt. Diciť de quadā vidua ꝙ venit ad curatū ſuū: querēs ab eo ꝯſiliū ſi deberet iterum maritari ⁊ allegabat ꝙ erat ſine adiutorio: ⁊ ꝙ habebat ſeruū optimū peritū in arte mariti ſui. Tunc curatꝰ dixit: bene: accipite eū. Ecōtrario illa dicebat. Sꝫ piculū eſt accipe illū: ne de ſeruo meo faciaꝫ dn̄m. Tunc curatꝰ dixit. Bene/ nolite eū accipe. Ait illa. Quō ergo faciā? Nō poſſum ſuſtinere pōdus illud qđ ſuſtinebat maritus meꝰ: niſi vnū habeam. Tunc curatus: bene: habeatis eū. Ad illa. Sꝫ ſi malꝰ eēt ⁊ vellet mea diſꝑdere ⁊ vſurpare. Tunc curatus. Nō accipiatis ergo eū: ⁊ ſic ſemper curatus iuxta argumēta ſua ꝯcedebat ei. Videns aūt curatus qꝛ vellet illū habere et haberet deuotionē ad eū: dixit ei vt bn̄ diſtincte intelligeret qđ cāpane eccleſie ei dicerēt: ⁊ ſm̄ ꝯſiliū cāpanarū ꝙ ipſa faceret. Cāpanis aūt pulſantibꝰ intellexit iuxta voluntatē ſuā ꝙ dicerēt. Prens tō varlet: prens ton varlet. Quo accepto: ſeruus egregie verberauit eā: ⁊ fuit ancilla q̄ priꝰ erat dn̄a. Tunc ad curatū ſuū cōqueſta eſt de conſilio maledicēdo horā qua crediderat ei. Cui ille. Nō ſatis audiſtis qđ dicant campane. Tūc curatus pulſauit cāpanā ⁊ tūc itellexit qđ cāpane dicebāt ne le prēs pas. ne le prēs pas. tūc ei vexatio dederat ei intellectum. Tertiū periculū pro iurgio filiorꝝ: qꝛ filij ſecūdi mariti filios primi ſolent opprimere: qđ experti ſunt qui ſecūdas nuptias ducūt. ij. Cor. vij. Tribulationē carnis habebūt huiōi. Hiero. ad Furiā. Si euenerit vt de ſcđo marito habeas filios: domeſtica tūc pugna: inteſtinū ꝓliū. Non licebit tibi amare liberos: nec equis aſpicere oculis quos genuiſti. Clā eis porriges cibos. Inuidebit mortuo: ⁊ niſi oderis filios adhuc eorꝝ amare videberis patrem. Si vero de priori vxore hn̄s ſoboleſ te domū introduxerit: etiam ſi clementiſſima fueris: omne comedie genus ⁊ cōmunes rhetorum loci in nouercam ſeuiſſimā declamabunt. Sed dices. Scribit apoſto



A
Nuptie Quō apl's ſecūdas nuptias ꝯceſſit iunioribꝰ viduis

lus .j. Thimo. v. Volo iuniores nubere: filios ꝓcreare: matreſfamilias eſſe: nullam occaſionē dare aduerſario maledicti gratia. Iubet ergo apoſtolꝰ iuniores viduas ꝯtrahere. Rn̄det Hiero. in epl'a ad Agerūtiam. Apoſtolꝰ inquit. Volo iuniores nubere: qꝛ nolo adoleſcentulas fornicari: ꝓcreare filios: ne metu partꝰ ⁊ adulterij filios necare cogātur: matreſfamilias eſſe: quia multo tolerabiliꝰ eſt bigamū eſſe ꝙ̄ ſcortum: ſcđm habere virū ꝙ̄ plures adulteros. Et ſequiť. Nullā occaſionē dare aduerſario maledicti gratia: ne propoſitū vidue erꝗſitior vidue cultꝰ infamet: ne oculorum nutibꝰ ⁊ hilaritate vultꝰ iuuenum poſt ſe greges trahat: ne aliud verbo aliđ habitu polliceať: ⁊ ꝯueniat ei verſiculꝰ ille vulgatus. Riſit et arguto quidā promiſit ocello. Et vt nubendi cauſas oēs breui ſermone cōcluderet: ſubdit apl's Iā enī quedam abierūt retro poſt Sathanā: et ideo apoſtolus ſcđa ⁊ tertia cōiugia (ſi opꝰ eſt) cōcedit vt a Sathana abſtrahat: ⁊ vt magis mulierē qualicūqꝫ viro iūctā faciat eē ꝙ̄ diabolo. Cōſiliū tn̄ eiꝰ eſt ꝙ a ſcđis nuptijs abſtineāt: ⁊ ſeruent ordinē viduitatis qui maior eſt caſtitate ꝯiugali. vn̄. Augu. Angeli nō nubunt: ⁊ hoc erimꝰ cū ſurrexerimꝰ. Quāto ergo meliores eſtis o vidue: qꝛ id qđ erunt hoīes poſt reſurrectionem: hoc vos incipitis eſſe an̄ morteꝫ. Seruate gradꝰ veſtros: ⁊ dn̄s ſeruabit honores veſtros. Cōparata eſt reſurrectio mortuoruꝫ ſtellis in celo ꝯſtitutis. Stella enī a ſtella differt ī gloria: ſic ⁊ reſurrectio mortuorꝝ. Aliter ibi lucebit ꝟginitas: aliter caſtitas coniugalis: aliter ſctā viduitas. Seruate igiť gradus vr̄os. hec Aug. ¶ Quintū motiuum eſt amor prioris mariti: quē non dꝫ tradere obliuioni: qꝛ vir ⁊ vxor ſūt vna caro: ⁊ dꝫ eū quaſi ſemimortua plorare. Fleret enī mulier cuiꝰ manꝰ areſceret: vel cuiꝰ oculū egritudo cecaret. Si ſic faceret pro vna modica ſui parte ꝑdita: qđ faciet pro dimidia? Aug. bn̄ dixit (inq̄t) q̄dā de amico ſuo: dimidiū aīe mee: qꝛ ⁊ ego ſenſi animam meā: ⁊ illius vnā fuiſſe in duobꝰ corporibus: ⁊ ideo vita mihi erat horrori/ nolens dimidius viuere: hec enī loquebatur de quodā amico ſuo defuncto. Vn̄ ⁊ Ber. de fratre ſuo Gerardo defuncto ſic ait. Cū eſſemus cor vnū ⁊ aīa vna hanc meam pariter ⁊ ipſius animā pertranſiuit gladius: et mediā quidē ſcindēs mediā locauit ī celo/ aliam in ceno deſeruit. Nā ego ſum miſera illa portio q̄ iacet in luto trūcata media pte ſui ⁊ pte vtiqꝫ potiori. Si ergo talia Auguſtinus ꝓ amico: ⁊ Bernardꝰ pro fratre ſentiebat: q̄d mulier ꝓ marito cum quo facta eſt vna caro: ⁊ ꝑ amorē animus vnus? Narrat Hieronymus de Arthemiſia regina q̄ tāte prouidentie fuit: ⁊ adeo maritū mortuū amauit: vt ad ꝑpetuā eiꝰ memoriā mire magnitudinis ⁊ pulchritudīs ei ſepulcrū ꝯſtruxerit. vt dū illđ aſpiceret: memoriam dilecti nō ꝑderet. Nō ſic illa q̄ mortuū maritū tradidit in tribꝰ diebus obliuioni: vel illa q̄ peiorē panuū tradidit ſepulture mariti: vel mulieres Lōgobardie quas oportet locare ad flendum et crines detrahendū. Vn̄ Hiero. contra Iouinianū refert de Valeria: ꝙ cū interrogaretur quare ſcđm virum nō acciperet. Reſpōdit ſe hoc facere nō poſſe: qꝛ vir ſuꝰ nō erat mortuus: ſed viuus. Quādiu enī ipſa viueret: vir ſuus in corde ſuo viuebat. Inde ⁊ Dido tantū dilexerat maritū ſuum ꝙ eius nō poterat obliuiſci. Idō dicebat Anne ſorori ſue. Ille meos primꝰ q̄ me ſibi iūxit amores Abſtulit: ille tulit ſecū ſeruetqꝫ ſepulcro. Sed dices apoſtolus dicit ꝙ ſexagenaria eligať in viduam: ſed nondum ſum ſexagenaria: idō non debeo adhuc ſeruare viduitatē quaſi ad nihilū apta. Reſpōdet Hieronymus ad Saluinā. Nō credas propter hoc ab apoſtolo reprobari: ſꝫ te credas ab eo eligi qui diſcipulo ſuo dixerat. Nemo adoleſcentiā tuaꝫ contēnat. Que enī in tumulo mariti ſepeliſti oēs voluntates: nihil habes niſi perſeuerare ī ieiunio. Unde ⁊ propter hoc iuuenis vidua multū commendabilis eſt q̄ modicum cū viro ſuo fuit vt ſacra ꝯmēdat hiſtoria. Annam fuiſſe tantummodo cum viro ſuo ſeptem ānis a virginitate ſua. Propter hoc etiam commendat Gallam nobiliſſimam Romanorū filiam: Symmachi cōſulis et Patricij Romanorum: que poſt annum a nuptijs viduata marito conteptis omnibus ſacro velamine operta in monaſterio ſancti Petri ſe dedit. Et ꝙuis propter caliditatem complexionis dicerent medici: ꝙ niſi volaret ad āplexus viri eſſet barbā habitura: qđ ⁊ factū eſt: ipſa nihilominus propter chriſtū illud opprobrium contempſit. Et cum deus mercedē laborū ſuorum

Universidad de Deusto Biblioteca



quibus ſtuduerat eleemoſynis: ieiunijs: ⁊ hmōi retribuere vellet: cācro in mā̄milla percuſſa iacebat in lecto habēs āte ſe duo candelabra inter que ſemel cum vigilaret apparuit beatus Petrus: quem reſpiciēs ſine tremore petijt ſi ſua eſſent dimiſſa peccata. Cui ille. dimiſſa: veni. At illa ꝯſtans: rogo te vt talis ſanctimonialis mecum veniat: hoc enī dicebat de quadam quā inter alias multum diligebat. At Petrus. Nō / ſed talis veniat tecū. Illa autē de qua loq̄ris triceſimo die de te erit ſecutura. Qď et factum eſt. ¶ Sextū motiuum eſt hominum ⁊ beſtiarum natura. De hominū natura dicit Hiero. ad Ageruntiam. Prima hominis creatura nos docet plures nuptias refutare. Unus Adā: vna Eua: immo vna ex eo coſta ſeparatur in feminam: rurſumq̄ʒ quod diuiſum fuerat nuptijs copulatur. dicente ſcriptura. erunt duo in carne vna. Secundo hoc oſtendit beſtiarum natura in turture de qua Ber. ho. lix. ſup Canti. Turtur compare vno contenta eſt: quo amiſſo alterū penitus non admittit: numeroſitatē nuptiarū in hominibꝰ redarguens: ita vt pudeat ad negotium honeſtatis rationē non poſſe in homine: qď natura poſſit in volucre. Cernere eſt turturem tēpore ſue viduitatis ſancte viduitatis opus ſtrenue exequentē: vbiq̄ʒ ſingularem: vbiq̄ʒ gementē audias: nec vnꝙ̄ ī viridi ramo reſidentē: vt tu ab eo diſcas voluptatum virentia virulēta vitare: ⁊ in iugis montiū ⁊ in ſummitatibꝰ frequentior illius conuerſatio eſt: vt quod vel maxime propoſitum decet doceat mundū deſpicere ⁊ amare celeſtia. Sed dices preceptum eſt. Creſcite ⁊ multiplicamini ⁊ replete terram. Ego vero iuuenis ſuꝫ vidua: ⁊ adhuc potens habere liberos: cur non adiplebo preceptū? Ad hoc dico cum Hieronymo ſi poſſis abſtinere. Scis q2 centenarius fructus pro virginibus eſt: ſexagenarius pro viduis: tricenarius ꝓ coniunctis: nihil remanet ꝓ bigamis. Non dico ꝙ ſint in via perditiōis: ſed tantus fructus eis non debeť ſicut ſemel tantū ꝯiunctis. Un̄ Hiero. Quid ad nos de illa voce. Creſcite ⁊ multiplicamini: ſi viguit ante ⁊ poſt diluuiū. Quid ad nos in quos fines ſeculorū deuenerunt: quibus dicitur Tempus breue eſt: et iam ſecuris ad radicē poſita eſt: que ſyluam legis euangelice ⁊ caſtitatem nuptiarum ſuccidat. Tempus amplexandi: et tempus longe fieri ab amplexibus. Primū in veteri: ſecundum in nouo teſtamēto. Propter quod ⁊ Hieremias captiuitate ꝓpinqua vxorem iuſſus eſt nō accipere. Hiere. xvj. Ex quo dicunt doctores Hebrei ⁊ Latini ipſum Hieremiam manſiſſe virginē.

B
Nuptie Natura volucrū docet ſecū das vitare nuptias.

¶ Sermo. iiij. de eodē ꝑ thema vt priꝰ.

Queri poſſet an Maria vna illarū viduaꝝ fuerit: propter quas ortuꝫ eſt murmur Grecoꝝ aduerſus Hebreos: q2 ſcilicet vidue ille deſpiciebanť in miniſterio. Actu. vj. Et videtur ꝙ ſic: quia Maria erat tūc de viduis ⁊ inter viduas reputata: ⁊ habitabat cum apoſtolis et ceteris mulieribꝰ. Actu. j. Reſpondetur ꝙ murmur iſtud ortum habuit ex ſancta deuotōe. Vidue enī Hebree eo ꝙ doctiores ⁊ de maiori ciuita[te] volebant ſole miniſtrare aplīs: et alias quaſi indignas deſpiciebant ſicut nunc faciunt mulieres Pariſieñ. aduerſus eas de Picardia / vl' de Nortmānia. Et ꝓpter hoc alie indignabantur: occaſione cuius apoſtoli murmur iſtu[d] cōpeſcuerunt ordinando diaconos qui temporale eccleſie miniſtrarent ⁊ ordinarent. Dico ſecūdo ꝙ Maria cum apoſtolis ⁊ ceteris mulieribus vſq̄ʒ ad ſuſceptionē ſpiritusſancti manſit in eodem cenaculo: vt cuꝫ ceteris promiſſum patris expecta[r]et: q̄ in vnitate eccleſie ſuſcipi pōt: ⁊ non aliter. Dico tertio ⁊ probabiliter ꝙ Maria tunc: cum murmur illud ortum eſt erat ſeparata ab illis viduis loco / habitatione / ⁊ conu[ict]io / ⁊ etiam miniſterio. Quod poteſt quadruplici ratiōe pſuaderi. Prima ſumitur ex dignitate Marie. Nam vile vas reputatur quod ad quotidianos vſus famulatur: precioſum vero quod in abditis ⁊ multū ſeratis locis occultatur. Nullū autē vas precioſius q̄ꝫ illud in quo verbum caro factuꝫ eſt: q̄ꝫ illud quod eſt reliquiarum paradiſi et totius diuinitatis contentiuuꝫ. Uas illud mirabile ⁊ opus excelſi maius in infinitū ſe cōtinens. Jō non decebat tale vas neq̄ʒ apoſtolorū miniſterio: neq̄ʒ aliarū viduarum famulatui applicari. Secunda hoc deducitur ratione contēplationis eius: ad quā precipue poſt aſcenſionem filij ordinabatur. Locus enim ſolitarius eſt maxime cōtemplationi aptus. Propter quod cupiēs Dauid contēplari dicebat. Quis dabit mihi pēnas ſicut colūbe: ⁊ volabo: intellectu contēplando: ⁊ requieſcam? Et ſubdit locum contēplationi aptū. Ecce elongaui fugiēs: ⁊ māſi in ſolitudine. Nulla vnꝙ̄ poſt chriſtum perſona aptior fuit contēplatiōi q̄ꝫ Maria que deuꝫ circūiuit ſola gremio ſui vteri. Tū quia amor nature ignee maxime animā eleuat: nulla autē pura creatura magis deū dilexit q̄ꝫ ipſa: ergo inter oēs ipſa fuit contēplationi aptiſſima: ⁊ ꝑ conſequens ſolitaria. Unde ⁊ dn̄s ad contemplandū ſolitariū locū querebat. Sic ⁊ Joannes cum celeſtia contēplatꝰ eſt in loco inſule ſolitario degebat: q̄ ⁊ crediť a cōmunicatione Marie cōtēplandi didiciſſe modum. Tertio hoc deduci poteſt ratione ſue familiaris communicationis: q2 hominum frequentationē tedio hꝫ ⁊ deſpicit: q̄ in frequentia angeloꝝ ꝯuerſari ſolet. Propter quod ſancti eremite mundū derelinquentes ad eremū conuolabant: vt conſolatione fruerentur angeloꝝ. Nulla autem magis cū angelis conuerſata eſt: q̄ꝫ q̄ cum dn̄o angeloꝝ. xxxiij. annis vixit: ergo ꝯuenienter crediť hominū frequētiā deuitaſſe. Quarto hoc deduci poteſt ratione ſanctitatis eiuſdē: q2 non eſt credēdū apoſtolos paſſos fuiſſe eius miniſteriū: q̄ꝫ q̄ꝫ exēplo filij illud deuotiſſime impleuiſſet: qui nō venerat miniſtrari ſed miniſtrare. Nec etiam quemquā illi dignū miniſtrare putauerunt: preter illum quē dn̄s tali officio deputauerat Joannē euangeliſtā: qui virgo virgini miniſtrabat. Unde ⁊ ſm̄ hiſtorias in monte Sion ſatis prope cenaculū morabantur in duabꝰ cellis propinquis. Dico quarto ꝙ Maria cū quatuor ꝯuerſabatur: cū angelis orando ⁊ contēplādo: cum apoſtolis de arcanis diuinis conferendo: cum peregrinis Neophitis. i. de nouo ad fidem conuerſis in fide ꝯfirmando et confortando: cū ſanctis viduis / eas conſolando ⁊ erudiēdo. Quē enī non conſolaretur ortus ille concluſus: omniū benedictionum / omniū virtutum / omniū donoꝝ plantulis adornatus? Ad quē ortū diuertamus: vt ibi aliquid nobis vtile ⁊ odoriferū colligamꝰ: ꝓpter qď ei dicamꝰ Aue.

C
Maria Utrum maria fuerit de viduis ꝓpter quas ortuꝫ ē murmur Grecorum.



A
Maria cū quibus cō uerſabatur Maria poſt chriſti aſcēſionē.

¶ Conſequenter ⁊ tertio de viduis ꝑ hoc ſermone reſtat dicēdū: q̄d ſanctis ⁊ honeſtis viduis debeamꝰ: ⁊ quo honore proſequende ſunt. Quatuor aūt ſanctis viduis debemus. Primo ſunt nutriēde ne nimiaꝫ patianť egeſtateꝫ. Un̄. j. Timo. v. Honora viduas q̄ vere vidue ſunt. Hic aūt honor intelligiť de ſubueniēdo neceſſitatibꝰ verarum viduarū. Hiero. ad Ageruntiā. Honora viduas que vere vidue ſunt: hoc eſt que omni auxilio ſuorū ſunt deſtitute: que manibus ſuis laborare non poſſunt: quas paupertas debilitat: etaſq̄ʒ conficit quibus deꝰ ſpes eſt: et omne opus oratio. Inde et dn̄s in euangelio exponit honorē parentū non in verborū ſono / ſed in victꝰ neceſſarijs miniſtrandis debere intelligi. Ideo antiquitus tēpore bonorū prelatorum de bonis eccleſie ſuſtentabantur: quādo pre infirmitate: aut etate laborare non poterant. j. Timo. v. Si quis fidelis habꝫ viduas ſubminiſtret illis ne grauet eccleſia: vt his q̄ vere vidue ſunt ſufficiat. Nolebat enī apoſtolus ꝙ grauareť eccleſia a viduis q̄ habebant vn̄ viuere: vt id paululum qď habebat eccleſia ſufficeret vere viduis in neceſſitate conſtitutis. Et volebat ꝙ parentes q̄ habebant filias vel neptes viduas: ſi diuites erāt: ſuſtētarēt eas: vt viduis q̄ nō habebāt aliūde ſuſtētari q̄ꝫ ab eccleſia: ſufficerēt bona eccleſie. Ex q̄ manifeſte arguunť multa vitia. Primo tenacitas populi q̄ deberet eis ſubuenire et non ſubuenit: q̄ tn̄ maxie curare deberēt: ne forte dicať eis illud Job. xxij. Uiduas dimiſiſti vacuas. Ex hoc ei falſo arguebať Job. quaſi oīa ei malo ꝓpter talē defectū cōtigiſſent. Scđo arguiť auaritia p̄latoꝝ. Nā a principio eccleſie pauca erant bona in eccleſia: ⁊ tunc vidue curabanť ⁊ ex his nutriebanť: nūc vero creuerūt bona ⁊ decreuit in viduas mīa: nec eſt q̄ vidue manum apiat ad ſuccurrendū neceſſitatibus ſuis. Si dn̄s Deutero. xxiiij. precepit populo de bonis ſuis dimittere paupi ⁊ vidue: q̄ aliquando ꝯfunduť eleemoſynā petere. Cū meſſueris (inq̄t) ſegetē in agro tuo: ⁊ oblitus manipulū reliq̄ris: non reuertaris vt tollas illū: ſꝫ viduā ⁊ pupillū illud auferre patieris. Un̄ ⁊ Booꝫ de induſtria dimittebat ſpicas: vt Ruth colligeret eas poſt terga metētiū: vt nutriret Noemi viduā: que aliq̄n̄ diues fuerat: ſꝫ tunc pauprima. Ruth. ij. Quāto magꝭ hoc dn̄s p̄latis p̄cipit: q̄ hoc ex officio īplere dn̄t. Inde ⁊ dn̄s filium mulieris vidue ſuſcitando reſtituit

B
Honor Quatuor honores debenť viduis.

Universidad de Deusto Biblioteca



C Vidua Quō viſitande ſunt vidue.

ei:eo ꝙ eſſet ſpes nutritionis ⁊ ſubuentio
nis illius mulieris. Luc.vij. ¶ Secundo vi
ſitande ſunt ne deſolent. In afflictione eī
earum plus ſolatij accipiunt cuꝫ viſitant:
q: pondus afflictionis graue eſt: ⁊ leuius
portatur a duobus vel tribus pōdus gra
ue ꝙ ab vno. Iaco.j. Religio munda ⁊ im
maculata apud deum ⁊ pr̄em hec eſt. Viſi
tare pupillos ⁊ viduas in tribulatione eo
rum: ⁊ immaculatū ſe cuſtodire ab hoc ſe-
culo. Sed duplex eſt viſitatio: q̄dā bona q̄
viſitat vidua vt afflictionem leuius ferat:
quemadmodū dn̄s q̄ in introitu porte ciui
tatis Naym ſic viduā viſitauit: ꝙ ei⁹ filiuꝫ
ſuſcitauit non rogatus. Legimus eñ dn̄m
tres ſuſcitaſſe mortuos. Unum ad preces
Archiſynagogi maritati. Aliū ad preces
Marthe v̄ginis. Mediū ꝓ filium vidue
non rogatū: vt diſcamus viduis bn̄facere
nō rogati: ⁊ eas cōſolari ⁊ viſitare. Alia ē
mala qua viſitant a malis: vt affligantur
⁊ auferant eorum bona: cum tñ dn̄s bona
viduarū ⁊ pſonas earum expreſſo priuile-
gio donauerit. Deut.xxiiij. Nō accipies lo
co pignoris vidue veſtimentum. Sup quo
Nicolaus de Lyra dicit: ꝙ alijs veſtimen-
tum qd̄ erat eis neceſſariuꝫ de die ad ābu
landū: nō debebat accipi de die ꝓ pignore
Nec veſtimentuꝫ quod erat eis neceſſariū
de nocte ad operiendum: debebat a credi-
tore accipi pro pignore de nocte: ſed adue
niente nocte reddi debebat: ⁊ illud de die
neceſſarium tradi pro pignore vſqꝫ quo di
es illuceſceret: ⁊ tūc debebat reddi: ⁊ aliđ
de nocte neceſſarium recipi. Non ſic de ve
ſtimentis vidue: ſed nullo mō debebāt ac
cipi ꝓ pignore: eo ꝙ ei neceſſaria erant die

D Vidua Quō cō ſolāde ſunt vidue.

ac nocte. ¶ Tertio conſolande ſunt ne con
triſtent. Iob.xxix. Benedictio perituri ſup
me veniebat: ⁊ cor vidue conſolatus ſum.
Mulieres eñ maritis deſtitute ſolēt mul
tas pati moleſtias: de quibus vix ad ali-
quem niſi ad deum recurrere pn̄t. j. Tim̄.
v. Que vere vidua eſt ⁊ deſolata ſperet in
deo. Dn̄s enim conſolatur viduam: nec di
mittit eam. Unde ⁊ mulieri vidue ⁊ non al
teri dixit. Noli flere. Nec ſolum conſolatur
eaꝫ: ſed etiam libenter audit ⁊ exaudit eā.
Eccli.xxxv. Nō deſpiciet dn̄s preces pupil
li: nec viduam: ſi effundat loquelam gemi-
tus. Nōne lachryme vidue ad maxillaꝫ de
ſcendunt? et exclamatio eius ſuper dedu-
centem eas. i. ſuper oppreſſoreꝫ qui lachry
mari facit eam. A maxilla enim aſcendunt
vſqꝫ ad celum: ⁊ dn̄s exauditor non dele-
ctabitur in illis: immo magis concitabit
contra oppreſſorem vidue. Pupillus eniꝫ
⁊ vidua deſtituti ſunt auxilio humano: ille
patre: iſta marito: ideo magis diuino auxi
lio indigent ⁊ propter hoc deus eis ſubue
nit. Si enim natura non deficit in neceſſa
rijs: multo minus auctor nature: immo et
ſancti ſe deo conformando eas cito exau-
diunt ⁊ eis cito ſubueniunt. Nam tpe fa-
mis paſta eſt vidua que pauit Heliam: cui
⁊ filium reſuſcitauit. iij. Reg.xvij. Et ꝓ vi
dua multiplicauit oleum Heliſeus. iiij. Re
gum.iiij. Et ad inſtantiam viduarum la-
chrymātium Petrus ſuſcitauit Thabitaꝫ.
Circūſteterunt eī vidue flentes. Act.ix. Et
beatus Ioannes Druſianam in reditu de
exilio. Et protomartyr Stephanus ad of-
ficium ⁊ obſequium viduarum ab apoſto-
lis ordinatus eſt. Nec ſoluꝫ in hoc mundo
ↄſolat eas in afflictione ſed etiā extra affli
ctionem conſolationem ſuper conſolatio-
nem inducit. Unde ⁊ viduam ſanctaꝫ pau
lam in deuotione ſua ita conſolatus eſt: vt
etiam videret ipſa Mariam parientem: ⁊
oīa natiuitatis [illegible] Ieſu indicia. Ait enim
Hiero. in ſermone de aſſumptione. Ad pre
ſepe o Paula (te teſte) nato puero iter cre
pundia noui partus: ⁊ querelas neſcij plo-
ratus: profeſcēninis gloria in excelſis deo
⁊ in terra pax hominibus bone voluntatis,
multitudinem angelorum cantantem au-
diſti. Et radiantem ſtellam vidiſti: paſtori
bus inſup euangelizantib⁹ credidiſti. Ma
gos preterea tria deferentes munera in vi
ſione beatis oculis conſpexiſti: ipſa eadem
munera bene intelligendo votis omnibus
fide deo obtuliſti. Nam ⁊ cum eiſdem ma-
gis deum puerum in preſepe adoraſti. Sꝫ
forte conqueſta me delatorem ꝙ te prodi
derim clamabis. Ad quod ego. Si cela-
tum eſſe volebas (teſte conſcientia) mihi
narrare ante preſepium vbi plurimum la
chrymata es non deberes. Quod (vt ve-
rum fatear) Chriſti preconia etiam ſi vo-
luero adiuratus: neqꝫ tuas laudes om-
nino tacere queo. Idcirco te tue interro
gent filie quas lacte nutris: tu ea melius
reſerabis que neſcio: ſi per ſpeciem aliquā
aut in ſpiritu vidiſti. Nec ſolum in hoc
mundo conſolabitur eas: ſed etiam in alio
ſeculo. Conſuetudo enim viduarum eſt



multū flere ꝓpter aduerſitates inſtantes:
ſed abſterget deus oēm lachrymā ab ocu-
lis earū: qn̄ dabit eis requiē cōfundēs ad
uerſarios earum: faciens ſicut ſolet mater
filio verberato: q̄ eū pacificat abſtergēdo
lachrymas: ⁊ dando ei virgas vt in ignem
proijciat. Utinā audirent hec qui nitūtur
contriſtare pſonas miſerabiles ⁊ impoten
tes: ⁊ ↄtra potētes nō audēt mutire. De q̄
bus Ezech.xxij. Pupillū ⁊ viduā cōtriſta-
uerūt apud te: quibus precipit Hiere.xxij.
Viduā nolite ↄtriſtare. Sed audiāt illi fi-
nem ⁊ deſtructionē domus ſue. Prouerb.

A Vidua Quō defēdēde ſunt ī negocijs ſuis vidue.

xv. Domū ſuperborū demolief: et firmos
faciet terminos vidue. ¶ Quarto ſunt ī ea
rum negotijs defendende. Un̄ Gelaſi⁹ pa
pa diſt.lxxxvij. Licet oībus de nobis ſpe-
rantibus non debeamus inquantū poſſu
mus nos negare: plus tñ viduaꝝ ⁊ orpha
norū cauſas ⁊ impenſius duximus exequē
das: quas tueri a nobis: vel ab oībus diui
na manifeſtat aſſertio. Cōiter cani impli-
cato in luto alij occurrunt ad mordēdum.
Sic pauper vidua derelicta: ſi ab vno af-
fligatur: conſequent oēs eā affligunt. ps.
Abyſſus abyſſum inuocat. i. vna mala for
tuna aliā cōmuniter aſportat: ⁊ inducit: et
vulgo dicitur. Unū malū nō ſine alio ve-
nit. Et ideo caueāt qui viduarū bona diſſi
pant: ⁊ eas ad maledictionem incitant, ne
ſup eos veniat vltio diuina: ſicut contigit
illis decē fratrib⁹ ⁊ ſororib⁹ de quib⁹ iam
dictum eſt. Dn̄s enī protector ⁊ tutor eſt vi-
duarum. ps. Pupillū ⁊ viduā ſuſcipiet: et
vias peccatorū diſꝑdet. Un̄ Lactantius.
vj. diuinarū inſtitu. c.xxv. dicit ſctōs mar
tyres nō timuiſſe ſuas vxores derelinque
re viduas: ⁊ omni humano ſolatio deſtitu
tas: eo ꝙ deū eſſe ſciebāt earū defenſorē ⁊
conſolatorē infallibilē. Scd̄o eſt iudex ea
rum. Quia enī ſunt pſone priuilegiate: id
propter cōmuniter inſtātia infortunia vo
luit earum iudex appellari. ps. Patris or-
phanorū ⁊ iudicis viduarū. Tertio eſt ea-
rum ⁊ bonorū ipſarū defenſor. Exo.xij. Ui
due ⁊ pupillo non nocebitis. Si leſeritis
eos vociferabunt ad me: et ego exaudiam
eos. Inde. ij. Macha.iij. Heliodorū q̄ de-
poſita pupillorū ⁊ orphanorū a tēplo vo-
lebat auferri ⁊ ea ad regē aſportare ſupra
modū puniuit ⁊ verberauit: vt ad longum
ibi poteſt videri. Et dn̄s in iudicio terribi-
lis apparebit iudicib⁹ illis q̄ viduas tur-
bauerunt: ⁊ cauſam vidue ⁊ pupillorū nō
iudicauerunt. ps. Turbabuntur a facie ei⁹
patris orphanorū: ⁊ iudicis viduarū. Pro
longant enī cauſas earū: et affligunt eas.
Propter quod ſemel improꝑabitur eis il-
lud quod fuit partim cauſa deſtructionis
Hieruſalem. Hiere. v. Cauſam vidue nō iu
dicauerunt. Et Eſa.j. Pupillo nō iudicāt:
et cauſa vidue nō ingredit ad illos. Si enī
(vt dicit ſaluator. Luc.xviij.) vidua ad iu-
dicē peſſimū: qui nec deū nec hoīem reue-
rebatur accedēs ꝑ importunitatē tādē ob
tinuit pro ſe ſententiā. quanta malitia eſt
eorum iudicuꝫ qui nec eas volunt audire:
etiam in ſuis neceſſitatibus exclamantes.
Eſa.x. Ue qui condunt leges iniquas. Et
ſequitur: vt eſſent vidue preda eorū. Secū
do erit terribilis aduocatis: qui prolongā
do cauſas ⁊ male cōſiliando eas deſtruūt.
Ubi enim in noſtra trāſlatione habemus.
Viduā eius bn̄dicens bn̄dicam. hꝫ tranſ-
latio hebraica. Venationē eius bn̄dicens
benedicam: q: vidue nunc ſunt venatiōes
et eſca aduocatorū ⁊ procuratoꝝ. Nūc enī
idem ſunt venatio ⁊ vidua. Quod ⁊ de ec-
cleſia intelligi poteſt: que dum nūc vidua
eſt paſtore: tūc eſt venatio ⁊ eſca aduocato
rum ⁊ procuratoꝝ: ⁊ etiā Romanorū. ps.
Viduam ⁊ aduenā interfecerunt: ⁊ pupil-
los occiderunt: ſcꝫ auferēdo ab eis ea per
que deberent ſuſtentari: ⁊ dixerūt. Nō vi-
debit dn̄s: nec intelliget deus Iacob. Sꝫ
intelligite inſipiētes in populo: ⁊ ſtulti ali
quando ſapite. Qui plantauit aurē nō au
diet vociferationem vidue: aut qui finxit
oculum non conſiderat lachrymas vidue
et iniurias ſibi factas. Qui corripit gētes
nō arguet: īmo certe cito faciet. Malach.
iij. Accedā ad vos ī iudicio: ⁊ ero teſtis ve
lox maleficis: ⁊ adulteris: ⁊ periuris: ⁊ qui
calūniant mercedē mercenarijs: ⁊ hūiliāt
viduas ⁊ pupillos. Deutero.xxvij. Male-
dict⁹ qui ꝑuertit iudiciū pupillo ⁊ vidue.
Tertio erit terribilis officiarijs ⁊ raptori-
bus: qui earū rapiūt bona: qui dicūt illud
verbū dānatoꝝ hoīm. Sap.ij. Non parca
mus vidue: nec veterano multi temporis.
Un̄ lib. de donis. In dioceſi Matiſconēſi
tempore comitis Guyardi fuit quidā eius
prepoſit⁹ raptor ſup hoīes et eccleſias in-
differenter accipiens. Cū aūt lis eſſet iter
comitē ⁊ epiſcopū Matiſconeñ. ⁊ idē pre
poſit⁹ predas acceptas ad ſuā domū con-

Universidad de Deus[to]
Bibliote[ca]

# De Viduitate.

[illegible] quedā vacca retro manebat poſt alias ꝙ dicebat eſſe cuiuſdam vidue. Tūc dixit garſioni prepoſitus ille. Tange vaccam. Tūc dei iudicio tali flagello ꝑcuſſus eſt ꝙ poſtea loqui nō potuit: ſed cum tentaret loqui ſemꝑ hoc dicebat tāge vaccā: et hoc illi terre erat notiſſimū. Job. xxiiij. Vim fecerunt pupillo depredātes: ⁊ acceperunt pro pignore bouem vidue. Similiter in eadem dioceſi: ſacerdos quidam aſportauit quandam gallinam ad ſynodū deplumatam: quam a vidua quadam furatus fuerat. Cum autem deplumaſſet: coxiſſet: comediſſet: ⁊ plumas ſeorſum proieciſſet diuino iudicio percuſſus plumas q̄s non comederat euomebat: peccatū ſuum coram omnibus confitens. Utrum autem ex illo mortuus fuerit an nō: ad memoriā nō reducit narratoris. Vn̄ ⁊ Petrꝰ Damianus de q̄dā egrotante ad mortē recitat ꝙ clamabat vlulās: q: ſeptē numos a paupcula vidua acceperat: ⁊ vt ſibi videbatur: terribilibus ictibꝰ verberabatur manibꝰ ſanctorū Gregorij ⁊ Ambroſij: et quot illa paſſus fecerat in laborando: vt ab eo redderet numos ſuos: tot ictus a ſanctoꝝ manibus pertulit. Hinc ⁊ in vitis patrum: cū quidam adduxiſſet ad ſanctum Amonem filium ſuum rabidum mirabiliter vexatū: ait eis ꝙ ſi vellent filium curari redderēt prius bouem vidue quem ei furati fuerāt: quo facto oratione curauit filium eorum. Illis autem qui iudicium et iuſtitiam facient: dn̄s dabit eis bona tēporalia in hoc mundo. Eſaie. j. Querite iudicium: ſubuenite oppreſſo: iudicate pupillo: defendite viduam: ⁊ venite: et arguite me dicit dominus: niſi dedero vobis temporalia bona. Secundo dabit eis requiem eternam paradiſi. Unde et a deo bene actum eſt cū Traiano: qui filio ſuo nō pepercit. Is enī cum quēdam equum indomitum equitaret: a caſu cuiuſdam vidue filium pedibus equi conculcando interfecit. Sed Traianꝰ conquerenti vidue pro filio ſuo mortuo ꝓprium tradidit vidue: vt ei obſequeret ſicut filius eius. Propter quod (licet idololatra eſſet ⁊ chriſtianorum perſecutor) ad preces beati Gregorij per quadringentos et amplius poſtea annos ſaluatus eſt. Et vt creditur a mortuis ſuſcitatus: in deſertis locis penitentiam egit. Inde eſt ꝙ rex Francorum ſe ſub deo gloriatur viduarū protectorem: et eius officiarij protectores ſunt earum: ⁊ cauſe earum priuilegiate: et qui libenter eis miniſtrant iuſtitiam: ſalutem percipient a domino. Quā nobis concedat ille qui eſt bn̄dictus in ſecula. Amē.

¶ Optatum ſortſuntur finem ſermones de Penitentia (qui Itinerarium paradiſi dicūtur) ac de matrimonio ⁊ viduitate religioſiſſimi patris artium ac ſacre theologie profeſſoris Pariſien. ⁊ euangelice doctrine concionatoris feruētiſſimi magiſtri Joannis Raulin ordinis Cluniacen̄. Impreſſi Lugdun̄. induſtria ac impenſis honeſti viri Joannis Clein Alemanni: bibliopole ⁊ chalcographi ſolertiſſimi. Anno poſt Chriſtum natum ſeſquimilleſimo decimooctauo die. xviij. menſis Decemb.

Gloria Chriſte tibi: rerum cui ſumma poteſtas:
Cui mare; cui tellus; cœlum cui ſeruit & æther.



